ret:ut inagrū iā usq; patauinum multis oppidis & brixianis & ueronēsibus & uicentinis in deditionem actis omnia circūqua q; bellico more uastarent:ueniens Francisc⁹ sphortia ex picen tibus ut Venetis pro stipendii societatisq; iure auxiliū ferret ī summis difficultatibus:ad Rubicōa; statiua posuerat:cū ex ur be Forolivio noctu ciuis cuiusdā famulus ad eum uenit polli citus illā se urbem sine ullo prorsus discrimine ei traditurum & quo pacto id facturus esset:edocuit. Cui cū respondisset im perator nō eo se aduenisse:quo ꝑfido cuiq; esset adiutor: iussit hominē cōpræhēdi illico:eumq; artius uinctum intra portas usq; forliuiu agēdum curauit:quē re omni diligenter exposi ta ciuibus ad suppliciū tradidit imitatus is quidē tum Camil lum ī Faliscis aduersus magistrū ludi:tum. G. Fabriciū aduer sus medicū regis epirotarum pyrrhi. Possem huiusmodi exem pla iusticiæ summæq; uirtutis prope īfinita in mediū; afferre. Sed aliis duobus tribusue cōtenti simus. Non. n. parentalia ce lebrantes historiam recensemus. Accepta ingenti illa ad Ca rauagiū memorabiliq; clade cū Veneti rebus suis iam despera rēt: ii qui Mediolani factiosi ciues ꝑ id temporis summæ reipu blicæ sorte præerāt:Francisci sphortiæ oēm & uirtutē & glo riam ut erāt animi iudicio hulcerato:uertētes in perniciem su am clam cœperūt ꝑ henericū panicarolam uirum callidum & industriū:qui mercaturā uenetiis exercebat :de pace cū uenetis agere ea cōdicione ut Franciscū unum sphortiā ex hac Gallia cisalpina omnino extruderent:& ipsi certa īter se lege quas ille urbis & oppida possidebat diuiderent. At Veneti q̄quam ītel ligebant nihil tutū sibi futurum cum ciuitate factionibus dissi denti: tamen quia intelligerent omnem mediolanensium cum suo duce discordiam sibi non posse non prodesse :rem ueluti probare:& uana cōsilia uerbis alere:operamq; dare:ut eæ oēs insidiæ ad Franciscum sphortiam perferrentur:qui etiam ipse iam pridem omnia per non nullos optimos ciuis ex Mediola no antea didicerat:dissimulabat tamen futurum sperans: ut ī ꝓborū animi præclaris suis ītegerrimisq; operib⁹ flecterēt:ad sanitatēq; redirēt. Sed ubi uidet ī dies magis atq; magis res su as apud Mediolanēses habere ꝑiculosius:& Brixiā quam iam

Nicolaus picininus
Veneti
Picentes
Forumliuium
Camillus
G. Fabricius
Carauagiū
Veneti
Mediolanum
Heneric⁹ panicarola
Gallia cisalpina

essent in deditionē recepturus e manibus sibi eripi Mediolanē sium ad Brixiāos litteris quæ ne id facerēt: quoniā propediē cū uenetis forēt fœdera percussuri: suadebāt: ea coactus neces sitate ne & ipse & Mediolanenses una perirent: societatē init cū uenetis ea condicione: ut seruato fœdere quod Philippus Maria socer ferrariæ paucis diebus prius q̃ uita excederet: cū illis percusserat: sibi auxilio forent: & eqtib⁹ quattuor millib⁹ & peditibus duob⁹ millibus & aureis nūmis ternisdenis milli bus in menses singulos: donec omni Mediolanēsium dicione quæ Philippi soceri fuerat: potiretur. His humāo atq; diuino iure sanctissime constitutis atq; firmatis: cū Franciscus sphor tia municipia & castella oīa quæ ex Bergomēsi agro atq; Bri xiano nuper abstulerat: restituisset Venetis: & Chremā præte rea ex illo ferrariēsi cū duce Philippo fœdere traditur⁹ prope diē foret: atq; Veneti cōtra annum iam integrū quæ cōuenerāt q̃ absolutissime obseruassent: eo iā res erat adducta: ut Medio lanenses diutius tāti belli molē tolerare nō possent: præsertim quod intestinis seditionibus fluctuarēt: & boni oēs nobilissimi q; ciues eā popularē tyrannida iuxta atq; infelicissimū auspici um quāerumnosissime ferrent. Tum ueneti cepere consilium eius soluendæ societatis auxiliique ferendi Mediolanensibus contra Franciscum sphortiam: ubi minus ipse quamprimum & a bello desisteret: & quidquid intra Padum Ticinum at que Adduā Mediolanensibus bello abstulisset: iis restitueret. Quæ ratio senatus Veneti grauitatem a proposito mouerit: nō satis compertū est. Alii dicūt eos noluisse diutius tantam si ne ullo emolumēto impensam ferre: alii quod uitio sibi dari & a Frederico rege romanorū & a Frācorū rege Carolo & ab Al phonso rege grauiter ducerēt quod q libertatem uni omnium amplecti maxīe tueriq; deberent: ii urbē quæ libera esse uellet: ad seruiēdum cogerent. Sunt præterea: q asserant illos sibi ut uiros prudētissimos metuisse: ne Franciscus sphortia ubi uoto potit⁹ esset tātis auctus elatusq; uirib⁹ uictricia ī se arma cōuer teret. Qui decretū hoc edictūq; Frācisco sphortiæ nūciarēt: lec ti iā fuerāt duo Paschalis Malipperi⁹ & Vrsat⁹ iustinian⁹: hiq; iam ī itinere esse ferebantur: cum Carolus Gonzaga uir strenu us ac fortis ducem hortatur huiusmodi fere uerbis. Quæ Ve neti decreuerint: tenes: quid igitur cunctamur. Sine ipse Bartholomæum hunc Collionem ac reliquas Venetorum

Philipp⁹ Maria
Ferraria
Chrema
Philipp⁹ dux
Padus
Ticinus
Addua
Fredericus rex
Carolus rex
Alphons⁹ rex
Paschalis Malipperius
Vrsatus iustinianus
Bartholomæ⁹ collio

// auxiliaris copias quæ hic ꝓpe apud nos sunt: deiprouiso
// adoriar. facile. n. opprimā: uertamq; in prædā. Idē tu ipse fa
// cito de cæteris Venetorū uiribus: quæ chremā obsidēt. Et
// hoc pacto eadē hora tū Mediolanensiū puicaciā tū uenetorū
// insidiis una uiceris. Ad quæ nobilissim⁹ īperator ita respō
// dit: Doleo eqdem Carole & uæhemēter ꝓfecto: quod me Ve
// netorū societate quos & amaui semp: & feci plurimi: ita ꝓpri
// uatum iri intelligam: ut quos ob maxima utrinque data ac
// ceptaq; beneficia amicissimos semꝑ oportuit: hostes sim ha
// biturus. Cæterum utcunq; res habeat: malo illos īiuriarū
// q̄ me & esse & haberi auctores. Deus est cūctis hominū uiri
// bus longissime superior. Huius ego fretus auxilio metuo
// neminē. Quare nihil prorsus quod me dedeceat: sum factur⁹
// Quæ cum dixisset: curauit illico: ut legatis uenetorum chre
// ma traderet. Id. n. per ipsum Carolū cui⁹ magnæ militū ma
// nus præsidio erat chremæ uel chremēsibus inuitis efficit:
// Nā q̄ antea fuerat p Philippū socerū ferrariensi fœdere con
// stitutū: & ipse postea cōfirmarat: uoluit ratū esset: nequid ab
// se factū uideretur iniuste. Neq; minore se animi uel magni
// tudine uel clæmentia gessit: posteaq; rerū mediolanensium
// est potitus. Nā ubi post acceptā Frācisci sphortiæ beneficio
// chremā Veneti decreto sunt usi: atq; is suo duntaxat marte
& īcredibili sapientia suis cœptis deesset nunq;: tandē post an
num a mediolanēsi republica ꝓstratis atq; cōpressis scelerato
rū quorundā ciuiū nefariis conatibus ultro est ad urbis & to
tius regni gubernacula una cū uxore ipsa muliere & sancta &
pia Blāca Maria summis etiam cū ꝓcibus accersit⁹: q̄ sese mo
deste moderateq; gesserit: auditote: quæso. Vt uniuersa urbs ī
sex ptis distributa est: quas portas appellant: oratores duode
cim lecti sunt bini ꝓ singulis portis. Terti⁹ decim⁹ lectus ē pu
blico decreto Frāciscus Philelfus: siue id linguæ dicēdiq; bene
ficio factū fuerit: siue q̄ hūc existimarīt īperatori esse ꝑgratū:
ut q nō metuerit ī sūma gladiorū īpunitate duas ad populum
acerrimas habere oratiōes ī teterrimos illos īmāisq; tyrānos:
q diuīa oīa humanaq; iura uexarēt atq; cōfunderēt: & id qdē
ī sacratissimo hoc tēplo ī maxīa omniū magistratuū ordinūq;
frequētia. Hic igr̄ cū nomine mediolanēsis reipublicæ sol⁹ ex
oībus oratorib⁹, quemadmodū a publicis magistratib⁹ medio

Carolus gō zaga

Chrema

Blanca Maria

Frāciscus Phi lelfus

lani constitutũ fuerat: orationẽ ad Franciscũ sphortiã qui ad huc se moguntiæ continebat: habuisset quã magis potuisset ad persuadendũ accõmodatã: ut p ĩmortalium suarum uirtutum meritis p tot tamq multarũ rerum gestarum gloria si uellet uniuersis ciuibus rem facere gratã & periucundã: triumphali curru urbẽ ingrederetur more maiorũ: ad hæc ille ut erat unus omniũ ingenio & miti & uerecũdo & graui: locut9 de se pauca // & mira cũ modestia absit: inquit: ut ego in patriã meã tam libe // raliter ueluti reuocatus triũphãs ingrediar. Quod si me cupi // tis pro benignitate uestra maxime honoratum operã date: ut // oĩa pacata inter uos esse offendam. Cessent ciuiles oẽs discor // diæ. extinguantur omnia odiorũ incendia. iniuriæ oẽs mea gra // tia condonentur: quod ut etiã ipsi & priuatim faciatis & publice: // ego primus quidqd ẽ aduersus me meosq perpetratũ aut iniu // ste aut pertinaciter: nõ ignosco solũ. sed oẽs rogo: atq oro. ut sẽ // piterna id obliuione ex aĩo deleatis. Mecũq in posterum ita // mutuis certetis officiis: ut & uici & uincere æque sit dulce. Ita // diuin9 ille princeps locutus ẽ. Et quæ locutus ẽ: re ipsa præsti // tit. Quo factũ ẽ: ut & omnis ciuiles discordias e medio sustule // rit: & ulciscendi flamas oĩs extinxerit. & inimicos omnis red // diderit sibi amicissimos adeo: ut eius obitum nõ secus dolue // rint ac parentis. Sed qua postremo animi æquabilitate se

Philipp9 dux // gessit cũ Venetis: qui ãno tertio post acceptũ soceri Philippi // ĩperiũ pacatis tranquillisq rebus oĩbus ubi cõspirassent cum

Alphõs9 rex // Alphõso rege: maiore hũc belli apparatu adorti sunt: Quos uni Francisco sphortiæ nõ reddiderunt aut hostes aut inimi

Florentini cos alios apertos occultos alios: Florẽtini soli iusticiæ partes

Cosm9 medices tutati sunt: qui auctore Cosmo medice infracto animo uiro at que sapienti nullã impensæ molẽ nullum bellicæ fortunæ pe riculũ recusarunt: quo illi optimo iustissimoq principi bene p spectum esset. Cum semper deus optimus maximus tũ eo po tissimum tempore Luce clarius ostendit sibi nõ esse neglectui uiros bonos & innocentis: Veneti. n. qui nullo iure alienũ ap petebant imperium: suum pœne amisere: Nã præter has duas

Bergomum urbis Bergomum ac Brixiam & oppidum unum Chremã oĩa

Brixia quæ in gallia cisalpina possederant iandiu. intra paucos men

Chrema ses sub unius Francisci sphortiæ dicionem ultro atque alacri

Bartholomæ9 ter deuenerunt. Idemq & brixiani & bergomenses chremen

collio sesq fecissent: nisi Bartholomæus collio usus ea: qua semper fi

de consueuit:in medio uincendi cursu ad Venetos defecisset. Qua ipsa in re bonitas etiã nostri principis prætereunda hoc loco certe non ẽ. Didicerat Bartholomæũ corruptũ pecuniæ magnitudine fugã parare ad Venetos. amici & familiares omnes hortabantur ĩperatorẽ :ut illũ caperet:ne tanta de hoste uictoria iam fere parta p unius hominis pfidiam impediretur Idq́ʒ se facile effecturũ Alexander sphortia frater uir ingenio prompt⁹ & intrepidus & ĩdustrius constãter recipiebat: Tũ Franciscus Nolite me inquit mei obliuisci:ut ei male faciã: quẽ affecerim maximis beneficiis:Nã & senæ gallicæ cum esset p Philippo socero:& ego me p id temporis continerẽ hæsi :audiẽs eum premi nõ mediocri inopia octomillibus nummũ aureum eius inopiæ consului :quos reddidit mihi nunq́ʒ:& mortuo Philippo socero :ab quo quia clã sentiret cum uenetis:fuerat Moguntiæ cõiectus in teterrimum illum carcerẽ:quem nominant furnum :mea est opera miseria illa omni liberat⁹ restitutis etiã omnibus eius & bonis & pecuniis:quæ in ticinẽsi arce quã ego iam possidebã:ab ipsius usq́ʒ captiuitate seruabant̃. Meaq́ʒ dein quoq́ʒ factum est opera atq́ʒ sponsione:ut a republica mediolanẽsiũ conduceret̃ stipendio & amplo & honorifico: A qbus cũ non multo post trãsfugisset ad Venetos cõtempta omni fidei sanctitate quã mediolanẽsibus sponsoriq́ʒ dedisset:nõ destiti tamen ad postremũ ut uidetis eundẽ hunc fugientẽ a Venetis:ab quib⁹ ad suppliciũ quærebatur:inermẽ nudumq́ʒ excipere:& emolumẽtis maximis ac honorib⁹ pleq. Malo igit̃ in tantis bñficiis meis rurs⁹ falli a Collione q́ʒ rationib⁹ ullis adduci:ut falli ab isto credã :præsertim quod ea ẽ uis diuinæ iustitiæ ut nullũ sit neq́ʒ malũ impunitũ neq́ʒ bonũ irremuneratum. Hæc Frãciscus sphortia & benigne & grauiter. Cæterum quo Bartholomæi auiditati occurreret:ei belli summam concessit aduersus bergomum:q̃ eius rei maxĩe ille uidebat̃ cupere. Sed neq́ʒ hoc item pacto mederi potuit ĩgenio auarissimo ac neq́ʒ :quo minus cõtẽpta oĩ hominũ fama deiq́ʒ reuerentia post acceptum grãde auri pond⁹ homo un⁹ oĩum ĩgratissim⁹ transfugerit ad uenetos. Qui sibi tñ rebusq́ʒ suis nihilo eius accessione minus metuentes de pace per Paulum barbum legatum suum uirum patricium & illustrem continuo egerunt:quam ipsam princeps moderatissimus non solum non

Alexander sphortia

Sena gallica
Philipp⁹ dux
Hæsis

Moguntia

Bergomum

Paulus barb⁹

recusauit:sed ultro etiam castella omnia municipia omnia op
pida omnia:quæ iure belli sibi uēdicarat:uenetis dono cessit:
quo nihil deesset omnino ad perpetuæ pacis stabilimentū ac
Euāgelicum // robur imitatus sane quod scriptum est : pacem meam relīquo
p̄ceptum // uobis:pacem meam do uobis:Cum.n.delectaretur omnem per
se pacari Italiam : nihil per sese deesse uoluit ad tollendam
oēm belli nō materiā modo sed ēt suspitionem. Alti⁹ certe ani
mus eius suspiciebat:qui mortalia despiceret omnia immorta
lis illius uitæ gloriam beatitudinemq; contemplans:ad quam
// sola iusticia nos perducit. Ecce rex tuus uenit tibi iustus & sal
Zacharias // uator:inquit Zacharias. Itaq; uenit redemptor humani gene
Ihesus ris rex Ihesus:ut iustissimum nostrum principē corporeo car
cere aliquando liberatum pro sua iusticia saluum faceret . Nā
Homerus // ut recte ac uero apud homerum ait Eumæus : Non amat iniu
Eumæus // stos homines qui iusq; piumque Ornat honore deus . Haud
sane mortuus est Franciscus sphortia: qui per tam multa tam
que præclara iusticiæ opera se in omnem uitam tutatus ē:sed
Christus dormit:ut de puella inquit christus: Reuiuiscet enim ac resur
get in gloria non hac fragili & inani :quam uanæ hominum
circunferunt auræ :sed in illa potius:quam nulla circūscriptu
ra ē ætas nulla deletura antiquitas nullus extincturus interi
tus. Nunc omnibus humanæ peregrinationis periculis liber
ē. Iam nusquam deuiis oberrare potest anfractibus . Quiescit
iam tandem apud creatorem suum omni cura sollicitudineq;
Secūda causa solutus. Nunc tranquillus nunc beatus ē. Nam quid per im
mortalem deum tantopere doleamus? Lugeant sontes. lugean
tur flagitiosi:quorum animi sempiternis suppliciis crucianẗ:
Nam quod ē cuiquam apud inferos supplicium metuendum:
Tertia causa qui supplicio dignum nihil in uita gesserit? Quin potius nūc
posteaq; euasit ex huius uitæ laboribus: quæ stimulis & mo
lestiis & corporis & animi nunquam uacat:fruitur Franciscus
sphortia uera incorruptaq; uoluptate & gaudio sempiterno:
quando quidem coram illum & aspicit: & uidet : & contēpla
tur:qui solus fons & origo ē totius felicitatis atq; beatitudinis.
Quarta causa Præterea nec ullus acerbior ē dolor in morte:quæ aliud nihil
Aristoteles ē q̄ uitæ priuatio in corpore atque absentia:ut docet Aristo
teles & id quidem ex corruptione proportionis corporeæ .
Nam quādiu elementorum ꝓportio humanū continet corpus:

uita animus illud afficit:ac mouet. Ea si corrumpatᷣ:anim⁹ ip
se īcorruptus discedit a corpore:morsq́ꝫ continuo cōsequitur
sensu omni penitus sublato. Quid igitur stultorum hominum
greges mortē adeo ducunt in malis:quæ ut monebat Arcesila Arcesilaus
us illustris uir academicus:ut absens & expectata egritudinis
plurimum solet afferre demētibus:ita præsens nemini est mo
lesta:qppe quæ a perpetuo sopore quodā differat nihil. Do Quinta causa
lere aūt ex incommodo proprio hominis est:qui non tā alterū
amet ꝙ seipsum:quiq́ꝫ a fœneratore differat nihil: Qui enī ex
amissione cōmodi quod sperabat:dolet mortē alterius: gaude
ret is certe:si ex eius uita incōmodum metuisset:ꝙꝙ sapiētissi
mus ille princeps a nobis abiit ita bene atq́ꝫ moderate cōposi
tis rebus suis uniuersoq́ꝫ imperio:ut siquid nobis dolēdum ē:
illud sit sane:quod in unius illius obitu īnumerabilium comi
tatu uirtutū orbati sumus. Sed eo principes ꝓbatissimi uestra
futura illustrior est laus:si annitemini ut nulla uideamini illi
bonitate dissimiles. Ad hæreditatē succedere fortunæ ē bene
ficium. sed eā rerum gestarū gloria propagare uestræ uirtutis
proprium est munus:quasi non pluris faciundus sit Alexāder Alexāder rex
Macedo:quod ad ultimas usq́ꝫ terrarum mœtas imperiū ꝓpa
garit:ꝙ quod Philippi patris regnū acceperit. Nos aūt qui sub Philippus rex
uestra dicione uitam acturi sumus:eo feremus moderatius illi
us absentiæ desyderium:quoniam ante oculos ponētes quæ
a uobis recte & cū laude gesta fuerīt:patrem optimū in liberis
uobis optimis uiuere existimabimus:& ita nihil ex eius mor
te nobis esse incōmodatū. Nec enī mors ī malis habēda est: Sexta causa
quæ cōstituta oībus est natura. nec uitā tollit:sed commutat
corruptibilē hanc atq́ꝫ ærumnosam in simplicē illā & securā
& sempiternā. Præterea quod pythagorei monent:non absur Pithagorei
dū fortasse fuerit audire:

// Quos diuina homini dederit fortuna labores:
// Quæ tibi sors fuerit:capito. neq́ꝫ ferto moleste.

Qui ēt ipsi sētentiæ astipulaᷣ prudēter Anaxagoræ discipul⁹ Anaxagoras
Euripides ille tragicus:cum ait: Euripides

// Casus sinistros qui bene tulerit:mihi
// Vir optimus uidetur ac sapiens quidem.

Quāꝙ si recte rem ipsā interpretemur:neq́ꝫ illi graui⁹ neq́ꝫ no
bis inopinatū qcꝙ accidit:Nā ꝙdiu erat peregrinādū ī huius

D

Dauid

// uitæ humanæ salebris? Aduena ego sũ apud te ĩ terra dicebat // Dauid: & peregrin⁹ sicuti oẽs patres mei. Siue enĩ mors altissi // mo sit sopno psimilis: siue longe atq; diuturnæ peregrinatio ni: ut ait Plato: ea certe nõ bona esse nõ potest: cũ & animi an gorib⁹ & laborib⁹ corporis nos soluit oĩo. Ad hæc an igno ramus quo diuturnior est hoĩs uita: eo esse calamitati magis obnoxiã? stultus pfecto & amens ille mihi uideri debet: q cõ munis hominũ casus & humanæ uitæ fragilitatẽ non extime scit. Si Cyr⁹ clarissimus ille rex persarũ post tot tãtasq; uicto rias potitus etiã babylone continuo esset extinctus: ludibrio Tomyridi nõ fuisset. Idẽ cũ de aliis permultis & dici & cogno sci põt: tũ maxime de Gn. pompeio magno de. G. Iulio cæsa re de Marco Tullio cicerone pspicuum est: q si iuniores obissẽt inimicorũ oculos cladibus suis non satiassent. Quid tantũ no bis afferre queat maior annorũ numer⁹: quãdoquidẽ si Mathu salẽ illius æquaremus ætatẽ: q anno quartodecimo post dilu uiũ morti concessit: cũ annos nouẽ & sexaginta supra nongẽ tos uixisset: nihil tamen ex tãta uitæ longitudine nobis aliud superesset q̃ maior sarcina peccatorũ. Xerxes ille ĩsolens & su perbus qui cum quinquies decies centenis hominum millibus helleponto bosphoroq; constratis & Atho uelificato traiecit in græciam: cum ex altiore loco suum omnem conspicaretur exercitum illachrymasse traditur: quoniã diceret post centum ãnos se ex tanta multitudine uisurũ neminem. Quæ. n. ulla tẽ poris longitudo cũ æternitate contendat? Si ratione rem mali mus q̃ ullo nostro uel cõmodo expendere uel libidine: satis si bi Frãciscus sphortia satis gloriæ satis naturæ uixerat: qui tã tis & tam multis reb⁹ sũma gestis cum laude regno pulcherri mo non cõparato solum sed etiã stabilito annos uixerit quat tuor & sexaginta: mensis septẽ: diebus quattuordecim: relicto tã felici filiorũ coetu una cũ uxore spectatissima prudẽtissima optĩa in tãta italiæ pace quã ipe peperat solus ĩ tãta illustriũ ciuitatiũ potẽtissimorũq; regũ ac prĩcipum societate & amici cia: quos suis sibi maximis deuinxerat beneficiis. Quid ãt mi rari quenq̃ oportet: si naturæ ad cõstitutã diẽ: quã præterire nõ licebat: debitũ soluerit: q natura mortalis erat. Mortu⁹ ẽ in q̃ tẽpestiue Franciscus sphortia non min⁹ quan fortunate id quod ex eius natalis Horoscopo dignosci etiam licet.

Cyrus rex
Babilon
Tomiris
Gn. Põpeius magnus
G. Iuli⁹ cæsar
M. Tulli⁹ cicero
Mathusalem
Xerxes
Hellespontus
Bosphorus
Athos
Græcia
Italia
Horoscopus

Quas ob res ut tandem aliqñ peroremus quæ mea sit sentētia: cognoscite: obsecro moderatissimi prīcipes. Satis ut opīor: modo ostēdimꝰ quæ ī hac uita mortaliū optari cuiqꝫ felicitas pōt: eā ita uni Frācisco sphortiæ cōtigisse: ut fieri maior nulla qret accessio: Nā & aī bōis & corporis unꝰ oīum polluit maxīe. Fortunā hūit sēp splēdidissimis uirtutibꝰ suis adeo ī rebus oībus obsequentē: ut ea pro arbitrio uti uideret. Aliud nihil erat reliquū: ꝙ optaret præter eā beatitudinē: quæ nulli fortūæ nulli corruptioni subiecta ē. Hanc illū post mortē adeptū esse [illegible] sit ambigēdū: Nō. n. solum [illegible] cas uirtutes colectatꝰ est semp dū [illegible]uixit: qbus itur sed multo etiā studiosius qbꝰ puenitur ad deum: Nā religione sanctimonia: pietate nihil apud se unqꝫ antiquꝰ esse uoluit. Nō tenebat solū: sed etiā prædicabat diuinam esse iusticiā: qua & iusti ī altera uita ꝑ his laboribꝰ præmia reciperēt: quos hic inique ꝑpessi essent: & iniusti pro impiis operibꝰ plecterenť: Nullus unqꝫ dies illuxit ne belli qdem & inter īsidias hostiū: quin genibꝰ nudis humi nixꝰ nō deuotas ac supplicis minus quā ꝓlyxas orationes haberet ad deū. Nunqꝫ preterit dies: quo minus religiosis officiis atqꝫ sacrificiis īteresset Idqꝫ ab ineūte usqꝫ ætate. Nunquā. n. aut ineptis ludicris aut tripudiis & saltationibus delectatus ē. sed ad ꝓbitatē suas omnis actiones ad deūqꝫ referebat. Eius fide sanctiꝰ nihil erat. Nemini unquā opus negauit misericordiæ ne inimicis qdem. Viros rerū diuinarū peritos nō minus uenerabať pie: quā audiebat libēter. Et ne sim longior: quā par ē: cōuocarat Pius secūdꝰ pontifex maximꝰ ānis superioribꝰ in cōuentum illū mātuanū principes omnis regesqꝫ christianos ad cōsultandū de cōstituenda expeditione aduersꝰ īpetū īmanitatemqꝫ Turcorū q capta iā & direpta īferiore Pānonia Italiæ ueluti portis imminerēt. Cæteri christianæ reipublicæ potētatus & ii qdē pauci miserūt oratores: q aliud nullū præter uerba iania adiumentū afferrēt ad opꝰ tā piū tā necessariū tā salutare. At solus Frāciscus sphortia nō oratores misit: sed ipsemet uēit cū uniuersa aula & illustri sua illa nobilitate: quæ uniuersam romanam curiam illustraret. Is in quam Franciscus sua illa grauissima & maiestatis plena oratione præsens coramque pollicitus est non solum expositum ire facultates omnis atque uires suas ad propulsandam & profligandā uim oēm conatusqꝫ turcorū sed itu

Conclusio generalis ꝑ enumeratiōnē & āplificatiōnē

Pius pont. maximus

Turci

Pannonia

Italia

rum etiā sese cū exercitu pro ipsius sūmi pontificis uoluntate
neq3 ullū non modo īperatoris sed ne militis qdem aut laborē
aut uitæ periculū omissurum ꝑ libertate atq3 amplificatione
& splendore fidei christianæ. Et dubitabit quisq3 de hui⁹ piē

Christus opt. max.

tissimi principis cælesti beatitudie apud christum:qui christi
opera ꝑ uniuersam uitā representarit? Nec.n.eū mors offendit
incautū:q sexta feria nonis martiis:cui⁹ postridie euolauit in
cælum:cōiectis deuotis trāquillisq3 oculis in saluatoris imagi
ne quā tabula depicta e regiōe lecti cōtinebat:ait miti uoce ac
supplici:uisne domine ita dio?fiat ergo uolūtas tua. Quare po
sitis lamētis oībus & querelis non tā nobis dolendū est:quod
talē principē amiserimus q̄3 lætandū quod talē habuerimus:
cuius mirificas īmortalisq3 uirtutes si semper animo uolutabi
mus:easq3 apud oēs quottidie crebris sermonibus usurpabim⁹
incredibili ꝑfecto mihi credite:uoluptate detinebimur. Nā qd
tantū doloris mors cuiq3 potest afferre:in qua ipsa non solum
nulla est iusta lugēdi causa:ut modo probauimus:sed etiā cū
alia plæraq3 bona īsunt tū illud in primis:quod & uitia sepe

Ambrosius

lit ut inquit Ambrosius:& uirtutes suscitat? Itaq3 rectissime
scriptum est. Moriat̃ anima mea ī animis iustorum. Si Aristip

Aristippus

pus ille cyrenaicus quo humaāæ uitæ consuleret:quidqd auri
qdqd nummorū habuit:dicitur abiecisse:nos ut ī cælo sempi
terni futuri simus:uitā hanc instabilem & incertam tantopere

Menicoeus
Codrus
Phileni
Curtius
Decii tres

tuebimur? Si Menicœus thebanus si rex athenarū codrus si
phileni si curtius si tres illi decii pater filius ac nepos si alii nō
nulli uiri magni & clari inani ducti gloria huiusmodi sponte
morti se dediderunt:nos ut gloriā cælestem adipiscamur:mor
tē hanc adeo doleamus:quæ uel naturæ cursu obuenerit:uel
dono omnipotentis dei prouidentiaq3 cōtigerit? Sed ne si lon
gior fuero:maiorē uobis patres conscripti aulicīq3 ducales ac
reliqui nobilissimi ciues quo ad uos tandē solos nostra se con
uertat oratio:acerbiorē ex recordatione illi⁹ nostri amissi prī
cipis dolorem incutiā:cū omne uulnus eo magis exhulceratur
atq3 recrudescit:quo attrectatur magis:Hoc ego loco finem di
cendi faciā:si unū illud uos prius cōmonuero ꝑpterea esse om
nes reliqas ægritudinis ex animis nostris radicit⁹ extirpādas:
q̄ nō modo non ē mortu⁹ Frācīscus sphortia sed uiuit adhuc
uigetq3:ac sapit:& ī dies magis magisq3 adolescit cū ī reliquis

suis liberis & sua præstanti indole & spe paternæ probitatis insignibus tum potissimū in excellentissimo duce nostro Galeacio Maria: cuius tātus est ingenii splēdor tāta magnitudo aī tanta orationis maiestas tanta in deum ueneratio tāta iusticia tanta benignitas tantum honestatis studium : ut certo sperare iam liceat: hunc paternam gloriam omnem nō æquaturum modo sed etiam nō secus superaturum: quā ab Achille canitur pelleus superatus: Nam de huius matre Blāca Maria regina nostra quid attinet plura meminisse: cuius innocentissima uita sanctissimiq; mores apud ipsos etiā hostis sūt uenerabiles? Quotiens in hos coniecerimus nostros oculos ac mentem: cum nostræ fidei syncæræq; pietatis fungemur officio. tum diui Francisci sphortiæ humanitatem beneficentiā absolutissimasq; uirtutes iucundissima cū animi uoluptate in memoriam reuocabimus: Nam quod ī me est: unum illud uobis polliceor: promitto: spondeo: quantū præstare ingenii potero uiribus quantū lingua resonare quantū arundine latine græceq; scribendo conseq aut oratoria aut poetica facultate semp unus apud me Franciscus sphortia memorabitur: audietur : legetur: ut non mortuū minus quā uiuum ab uno Franco philelfo & amatum illum & obseruatum & celebratum præsentem omnes uenturiq; cognoscant.

Galeacius maria dux

Achilles

Pelleus

Blāca maria

Frācisc⁹ sphortia dux

Frāciscus philephus

FINIS.

Quæ quidem oratio habita est ab eodem Francisco philelfo equite aurato laureatoque poeta in ecclesia cathedrali Mediolani die lunæ vii. Idus Martias anno a natali christiano Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

FRANCISCI PHILELFI ORATIO HABITA IN FVNERE DIVAE VIRAGINIS BLANCAE MARIAE MEDIOLANENSIVM DVCIS.

Galeacius maria

n VNQuAM FVTVRVM EXISTIMARam Patres conscripti:ut nostro huic inuictissimo atq; optio principi Galeacio Mariæ sphortiæ consolator accederē ī luctu tā inopinato tāq; īmaturo clarissimæ īdulgētissimæq; matris ac uiraginis inclytæ Blācæ Mariæ:qua qdē una ex uniuerso mulierū oīum generī nihil ætas nr̄a pulchri⁹tulit nihil illustri⁹nihil præstāti⁹nihil meli⁹nihil uenerabili⁹nihil deniq; ex oī parte pfectius:Nam etsi noram illam esse natura mortalem:tamen cum mecum ipse tacitus cogitarem:quanta foret uitæ continentia: quanta frugalitate : quanta in reb⁹ omnibus moderatione & ordine :minime profecto dubitare poteram homo septuagenarius iam & amplius:me nunquā eius funeri interfuturum:quæ nondum absoluisset ætatis annum quartum & quadragesimum. Sed inanis est prorsus atque irridenda nostra omnis humana prudentia: ut uelimus nobis certi quicquam incertiue polliceri : qui qua hominis parte mortales sumus : omni mutabilitati infirmitati corruptioni subiaceamus. Itaque non possum non misereri & humanæ condicionis & ipsius mei:qui in id miseriarum inciderim:ut eius sim funus deploraturus : in cuius uita certissimū mihi liberisque meis præsidium collocaram. Venione ipse te

Blanca maria

laudaturus mortuam Blanca Maria : quæ ob innumerabilis tuas diuinasque uirtutes digna fueras:ut non morte solū sed mortis omni uacares suspicione?Nam quo magis atque magis tuam probitatem & morum integritatem pudiciciam innocentiam fidem pietatem sanctimoniamque consydero : eo me maior ex obitu tuo mæror adeo inuadit:ut quid de te primum locuturus sim: nesciam . Fulgor enim patriæ parentūq; claritudo ac cætera oīa: quæ sub fortūæ īpio posita cēsenē:tametsi magna ī te fuerāt & excelsa:hæc tn̄ alia sunt :ut ꝓpria nequeāt cuiusquā bona appellari. At excellētia aī tui maiestasq; uirtutis me de te mecū diligēti⁹cogitātē ita reddit

attonitũ ut ab hac omni cõſolãdi oratione deterreat. Oh quã ta & ꝗ̃ grauis ad nos calamitas uirago heroica ex tua deceſſione pducit. Heu ꝗ̃ noſtri nos cogitatus de tua diuturnitate fefellerũt: ut cuius uitã quanlongiſſimã fore putaremus: ea in floreſcentis adhuc ætatis decore deciderit. Sed quo feror fanaticus ſenex? Quo meus me ĩtolerabilis præcipitẽ rapit mæror? Quopacto ſim alios conſolaturus in tãta luctus acerbitate: niſi mihi tantiſp antea moderer a doloris aculleis: donec de tuis diuinis laudibus uerba faciẽs ex illarum breui cõmemoratione digna cõſolatio oriatur. Sed quod tandẽ initium de iis facere aggredior? Nonne id unũ eſt præſtantiæ tuæ certiſſimũ argumentũ: quod natura oĩpotẽs quod deus ipe optimus maximus de te una mulierũ plane oĩum quæ aut ſunt: aut fuerũt unꝗ̃: aut in oẽm poſteritatem futuræ ſunt: ĩnocẽtiſſima & optima admirabilia quædam ac dilucida ſigna tulit: quæ nulla hoĩum queat deprauare malignitas? Cum primũ. n. cœpiſti ægrotare: nouũ aſtrũ exorit: quod ãtea nunꝗ̃ huiuſmõi nec uiſũ nec auditum magnum neſcio quid atq; obſtupendum portendere uidebatur: Nam ut mea fert opinio:

"Non eſt ille ferus qui uexat regna Cometes: — Cometes
"Et ſolet humanis rebus adeſſe minax:
"Sed quod olympiaco deus auctor miſit ab axe:
"Sydere quo tãto regna ſupna colas. Voluit. n. deus: ut quo illuſtriũ uirtutũ oĩum ductu ueluti ſplendidiſſimo quodam ſydere tuæ futuræ poſt mortem beatitudini in terra præluxeris eodem nunc illuſtreris in cælo: Quo factum mirabiliter uidemus: ut una cum tuo obitu aſtrum ipſum ex hominum oculis occidens continuo euanuerit: Nulla eſt ſane tanta uel leuitas uel celeritas: quæ cum animi aut leuitate aut celeritate conferri queat. Tu Blanca Maria tu tu inquam mulier pientiſſima cũ ctis abſterſa humanis ſordibus & omni terreſtri cœno purgata penitus corporeiſque ſoluta uinculis libera omnino atque tui compos leuiſſimo quodam celerrimoque uolatu in cælum ilicet es euecta æterno gaudio inter ãgelos potitura: Non . n. cũ illis ſẽtio prẽs ãpliſſimi: q nemini pateſ putãt neq; bono cæleſtẽ gloriã neq; malo ĩfernale ſuppliciũ ad plẽitudinẽ uſq; temporis ac futurum illud uniuerſale iudicium. Sed aſcendit — Ambroſii opinio ĩ libro de bono mortis

cōtinuo in cælum tū e corpore est egressa diua regina hæc nostra: ubi iā fruitur suorū mercede meritorum ī conspectu creatoris sui. Id uero quanquā ita de te mihi & tenendū uidetur & affirmandū uirago sanctissima: tn̄ cū tanta nos ob tuā ex hac uita migrationem læticia & tanq̄ beatitudīe priuatos ītueor nō possum equidē nō fateri aliquid esse concedēdum imbecillitati naturæ: Nā ut nimia ægritudo animi est mollium stultarumq; fœminarū: ita moderatus quidā atq; sedatus aī motus ī luctu repræhendi nō debet: Quo. n. pacto per deū immortalē nos ipsos cōtineamus generosa excellētissimaq; uirago: quo minus aīo commoueamur: cū te coram iacētem extīctāq; aspicimus? Vbi est tua illa uenusta facies niue omni cādidior? Vbi roseæ nitidæq; genæ: qbus gratiarū: quas fabulantur: mirabilis decor qdam referebatur? Vbi oculorū splendor solarib⁹ micātior radiis? Vbi ubi tuus ille grauissim⁹ sermo mira suauitate conditus? Heu heu me miserū atq; infelicem: Quis usque adeo sit aīo saxeo ac ferreo: q hæc tāta & tā eximia naturæ bona infinitis quibusdā atq; inauditis illustrata uirtutib⁹ non requirat amissa? non queratᵣ? non ingemiscat? non collachrymetur? Cæterū omni ī re modus seruādus est p̄res cōscripti: & ita humanæ infirmitatis cōcedendum: ut neqd minus secundum illius Chilonis lacedæmonii sapientissimū dictū. Itaq; omissis oībus & querelis & lachrymis nostra se oīs ad te conuertatur oratio Galeaci Maria prīceps moderatissime. Scio tibi neq; admonitore opus esse ad acriter recteq; de unaquaq; re iudicandū: qui sis ingenio diuino potius q̄ humano: neq; adhortatore ad singulas uitæ actiones p dignitate atq; officio obeūdas: cuius prudentia tanta est ut uix habeas parem: superiorē certe neminē. Quo fit: ut paucis mihi tecum sapientissimo & īgēti aīo uiro agēdū ītelligā. Aegre tulisse te & permoleste maternum obitum & si dubitat nemo: tamen ea est perspicua cōiectura: quod ubi certior factus es prudentiū medicorum litteris matrem extremo iam spiritu laborare: ipse tam tristi perculsus nuncio confestim relicto firmissimo robustissimoque exercitu quem aduersus adorientis sabbandiēsium copias ad indubitatam ac certam non pugnam sed uictoriam instruxeras: matrē uisurus allocuturusque deuolasti. Neque īterea tēporis usquā a gemitu ac lachrymis es tibi inter equitandum moderatus.

Gratiæ

Chilo lacedæmonius

Sabbaudiēses

Abiatem ad meridiem cum uenisses nec multo post Mediola num:quotiens te intra cubiculum recepisses :lamentationibus & flætibus nunquam abstinuisti. At Melinianum ubi perue nisses ad matrem iã morti propinquam:tu hoc loco facile ostẽ disti ut par erat:& magnitudinem inuicti animi tui: & præci puam quandam singularemque sapientiam :Nam quanquam eam intuens tanta es cõfectus animi acerbitate:ut uix a te ma num continueris:tamen quod unum difficillimum est: uicisti teipsum:qui gemitu omni lachrymisque compressis in hunc modum locutus sine ulla mutatione uultus perhiberis : Ma- ter dulcissima cur adeo te prosternis atq; affligis? Vbi est for titudo animi tui? Vbi constantia? Vbi magnitudo? De te mihi medici spem dant optimam. Teque propediem omni aduersæ ualetudinis periculo liberam fore certo pollicentur .Noli ob secro mater indulgentissima a teipsa desciscere. Collige animũ tuum. Noli te ultro deserere. Nũ fortassis ignoras meã uitam a tua pendere uita? Propter me saltem quem ex omnibus tuis liberis maxime diligis:dilexistique semper:redi ad te : spemq; uiuendi reuoca. Quibus mater inter frequentis anhælitus au ditis & spiritu:quem iam pœne amiserat:ueluti reuocato ocu los in te unum coniiciens: Vero inquit :Galeaci fili mi iucun dissime locutus es. nullum ex omnibus meis liberis neque ma gis dilexi unquam neque pluris feci quam te . Sed ego ut po tes animaduertere:naturæ satisfeci. Deus noster me pro sua misericordia ad se reuocat. Huic parendum est. Commendo ti bi animam meam:deinde fratres hos tuos omnis Elysabetam que sororem:quorum te patrem esse oportet. Hippolytæ uero filiæ mihi dulcissimæ ut quibuscunque in rebus opus fuerit: nunquam sis defuturus:ita abs te peto:ut aliud ex animo ni hil magis. Commendo tibi Mediolanenses meos cæterosque paternæ dicionis populos. Cremonenses uero qui mihi ex pa terno iure dotales sunt:tibi do atque relinquo dono:quos nec alterius cuiusquam fore unquam uolui. Ea tamen lege cremo nenses tibi do atque relinquo dono:ut urbs tui sit iuris:sed ur bis prouentus omnes æqualiter inter te fratresq; tuos diuidã tur. Eos autem omnes ciues ut commendatissimos habeas :ue lim:Ita enim meriti de me sũt. Ad postremũ familiã nr̃am oẽm ita tractabis:ut ĩtelligat obseq̃a ĩ me sua nõ fuisse frustra. Ego

Abiatis
Mediolanũ
Melinianũ
Elysabeta
Hippolyta
Mediolanenses
Cremonenses

Maria uirgo
Ihesus christ⁹
Fratres obseruantiæ
Beatus Franciscus
Aeneas
Virgilius

iã pœnis corporis liberata beneficio beatæ Mariæ uirginis cũ Ihesu christo redẽptore nr̃o futura sum. Quib⁹ dictis perinde quasi obdormisset: uitam deseruit. Quod ipse princeps humanissime aspiciens diutius naturæ aduersari nequiuisti: quin sẽsibus cunctis fere amissis uoce etiã interclusa excideris. Quo q̃dem tp̃re a fratribus obseruantiæ beati Francisci: qui diuino quodã nutu sex ac triginta ex ordine illo primarii eo die in id cubiculi nec accersiti nec rei conscii cõuenerant: ulnis except⁹ in proximum cubiculũ es delatus. Vbi cũ post spatiũ redisses ad te: & ĩterceptas corporis uires uix recuperasses: tum est ab omnibus ĩtellectum idem dici de te uerissime potuisse: quod de ænea uirgilius cecinit: Spem uultu simulat. premit altũ corde dolorem. Simulabas tu modo hilaritatẽ quandam in facie: cũ matrem ad bene de se sperandũ adhortabaris: cũ doloris tamẽ uulneribus cor tibi tuum transfigeretur. In quos. n. singultus euestigio es solutus? Quæ mæroris uerba ĩ medium protulisti? Quos lachrymarum effudisti riuos? Quæ nõ es quest⁹? nõ lamentatus? nõ uociferatus? Oblitus tu q̃dem ob maternã pietatem id quod tua bona cũ uenia dictũ uelim: decere principẽ nihil hẽre cõe cum uulgo. Lamentẽtur mulierculæ. Eiulentur indocti. At uir magnus atq; idem sapiens se sui similem semp̱ præstet. Tu sicuti unus es ciuib⁹ tuis uniuersis ut potestate ita etiam omni uirtutis genere superior: te talem ostende: qualis & es: & hẽris infracto & forti aĩo principẽ: præsertim cum nulla sit tibi oblata honesti cuiusquam flætus & eiulatus causa: Mater tibi mortua ẽ? Mortua sane mulier omni muliebri sexu & dignitate præstantior. Quã. n. Artemisiam quam Pãtheam quam Corneliam quã Liuiã augustã cũ unius Blancæ Mariæ tot sũmis tantisq; uirtutibus cõparemus? Quid. n. loquar ut hinc primũ ordiar de ei⁹ animi pudicicia: quæ nesciam: maiorne fuerit an castitas impolluti illius corporis: quam semp̱ non uenerati minus q̃ admirati sunt oẽs. Sermonis autẽ pudor cũ facti cuiusq; uerecundia cõtendebat: ut æque in uerbis nulla depræhendi posset uel oscœnitas uel scurrilitas. atq; in factis quicq̃ quod minus cõueniret cũ grauitate & scĩmonia. Itaq; cynicorũ ineptã impudentiam loco flagitii ducebat: qui & suis uerbis nude oĩa appellarent: & facere multa ĩ propatulo non erubescerẽt: q̃bus nihilo differrent a spurcissimis aĩantib⁹. Nec

Artemisia
Panthea
Cornelia
Liuia
Pudicicia
Castitas
Pudor
Verecundia
Cynici

tñ interdũ non utebatur sa'ib⁹ & cauillis:qb⁹ ita utebatur :ut offenderet neminẽ: & placeret omnibus. Humanitate uero & clæmẽtia erat tanta:ut uirũ etiam Frãciscum anteiret:quo quidem uno nec .G. Iulius cæsar ille:qui humanitatis & clæmentiæ laudibus fertur in cælũ:uel humanior uel clæmentior haberetur. Quã naturæ bonitatem & animi magnitudinẽ per uniuersam uitã adeo est amplexa:ut nedũ oẽm obliuisceretur iniuriam:sed iis etiã benefaceret:a qbus iniuriã accepisset secuta ea // quidẽ diuinũ præceptum illud mihi uĩdictã:& ego retribu // am: Omnia.n.mulier integerrima semp ad deum referebat: quẽ norat supra hoĩum merita munificẽtissime retribuere. Artaxerxes cognomẽto memor ut adeũtibus & facilem sese præstabat & obsequentẽ:ita legitimæ iubebat uxori : ut carpenti regii aulæis undiq; sublatis aditũ adeundi sui inter proficiscẽdum iis ꝗ facillimũ faceret:qui re aliqua egerent; At Blãca Maria ita ingenio erat miti ac placido:ut sine cuiusquã admonitione adire se uolẽtem intempestiuũ duceret neminem. Quinimo ea attentione atq; lenitate unũquẽq; audiebat:ut obsequẽtissimi numinis benignitatẽ repræsẽtaret: Videmus plærasq; prope oĩs mulieres & cõparandæ & congerẽdæ pecuniæ per cupidas: A quarũ natura ac morib⁹ ꝗ esset hæc aliena operæ ꝑtium est breuiter audire. Nondũ excesserat infantiæ termĩos cũ hanc Philipp⁹ pr̃ ad sese accersitam:nã huius & suauissimo affatu & aspectu ipso delectabatur plurimũ uel ob eam rẽ maxime:quod circa liniamenta corporis uideret eam sibi ꝗ simillimã:ut aureos nummos:quorũ millia permulta casu iacebãt ĩ apposita mensa a Genuensib⁹ missa dono:acciperet:quotquot uellet:hortatus ẽ. At infantula ne oculos quidẽ conuertens in genuinos nõ mihi istis op⁹ est:inquit:mi pr̃:nã nihil istiusmodi mihi deest ꝑ matrem meã. Quæ uerba Philippus admirat⁹ At uolum⁹: ĩqt:accipias saltẽ decem . Tum illa pr̃nis obsecuta iussis aureis decẽ acceptis & ei gr̃as egit:& manũ uerecũde osculata cũ primũ reuertisset ad matrẽ eã oẽm pecuniã ĩter ancillulas distribuit:accipite ĩqens:quo mr̃i meæ carissimæ libẽti⁹ simul ac diligẽti⁹ pareatis. A qb⁹ sãe initiis ĩfãtiæ cũ nullũ unq; peculiũ fecit:tũ quascũq; ex ãplissimis ꝓuẽtib⁹ suis cõsecuta ẽ pecũias:eas oĩs ꝗ liberalissime & ꝑ dignitate merentiũ usq; distribuit. Quid sigillatĩ eos memĩero:quos nullo q̃si nũero suæ mũificẽtiæ magnitudĩe sibi ꝗ diu uixit deuĩxerat: Quot ĩ

Sales
Humanitas
Clæmentia
Frãcisc⁹ sphor.
G. Iuli⁹ cæsar
Bonitas
Magnãimitas
Beneficentia
Artaxerxes rex
Facilitas
Auaricia
Philipp⁹ dux
Genuenses
Genuini
Liberalitas

genuas puellas quæ ob dotis inop'am forsitan turpiter pisset suis pecūiis uiris legitīe & hōestissīe collocauit? Quæ mōaste

Pietas

ria ñ restituit? quæ ñ āplificauit?quæ ñ ornauit:ac locupleta uit?Quos religiosos quos dei seruos īmunes suæ beneficētiæ unq̄ esse uoluit?Profecto hæc una ex omnib⁹ fuit:quæ cōem bonorum oīum nata utilitatē posset iudicari.Quantā aūt cu ram p iis gereret:q uita defuncti essent:ei⁹ tam multa nec un

Anniuersalia
Parentalia
Iusticia
Fides

q̄ intermissa anniuersalia atq̄ parentalia dilucido sunt argu mēto.Neq̄ minor eius fuit iusticiæ obseruātia erga hoīes: q̄ pietatis erga deum:Nā ei⁹ fide sanctius nihil erat: Quidquid .n.promisisset:emori mallet q̄ minus q̄ primū effectum redde re.Quare cū diem obiturā se aīaduerteret:aiebat ob eam rem duntaxat uitā tantisper cupere:donec æri alieno satisfaceret: Nam ob donandi magnificentiam æs alienum non mediocre conflarat.Idq̄ ut dissolueret:accuratissimo cauit testamēto. Oīa iusticiæ munera ī mediū referā nō ē op⁹ :cū neminē præ tereat non modo illā oī iniuria ac maleficio semp abstinuisse sed ita operam atq̄ industriam semper adhibuisse : ut nullus sibi locus propulsandæ ab aliis iniuriæ relinqueret . Quam

Frācifcus dux
Galeacius dux
Galli
Lodouic⁹ rex

ob aliā cām putemus cū & ei⁹ uir dux Franciscus non esset ī uiuis:& Galeacius hic prīceps noster cū exercitu abesset in Gallis in auxiliū Lodouici regis missus a patre nullos tumul tus nullos oīo motus ī tanto rerū discrimīe cōsecutos:cū ter ror pter superiora bella īmineret a finitimis oīb⁹ præsertī

Veneti

q̄ a Venetis:q & potentissimi forēt:& ob nō absurdas quasdā suspiciones honestā uiderentur hēre causam iusti belli . At ii ut sunt uiri iustissimi:nefas esse atq̄ piaculi simile iudicarunt armis lacessere sanctissimam mulierem: Quimpotius eam per benigne hortati sunt:ut bene de sese amicissimeque speraret: cum nihil prorsus prætermittere decreuissent:quod ei eiusq̄ re bus omnibus profuturum ītelligerent.Quam uenetorum mē tem cum finitimi cæteri cognouissent:longe facilius sūt addu cti:ut quiescerent:nec in ducem clarissimam temptare aliquid auderent:quam ii etiam præ uirtutis magnitudine uerebātur: quos hostili in eam animo esse censebant:Habebat cum iusti

Acrimonia
Prudentia

ciæ cōiunctā opibus Blanca maria non solū īgenii acrimoniā qua dicto citi⁹ res singulas discernebat:sed prudētiā q̄dam su pra hoīs naturā:ut suo falli iudicio nūq̄ posset.Hāc mūiebat

cõrroborabatq; ualidius tẽperantiæ adminiculis :qua existĩa Temperantia
tio potissimũ seruatur omnis:Nã & cybo erat moderatissimo
& uino dilutissimo utebatur atq; aqua mera nõ nunq̃:cũ diui
nis ieiuniis ĩdulgeret:quod ei⁹ rei sæpissime faciebat. Quanta
uero ĩ ea esset dicendi grauitas quantus lepos quãta suauitas:
hi oẽs meminere : qui quottidie loquentẽ audiebant. Et lo Eloquentia
quebatur illa quidẽ ornatissime:uel potius eloquebatur : cum
opus foret:& rursus tacebat:cũ locus tempusq; requireret :Au Taciturnitas
dierat.n.quod legit̃ apud sophoclen poetã:Mundum mulieri Sophocles
// fert silentiũ o mulier. Verũ quoniam norat ĩ perpolita casti
// gataq; oratione [illegible] maximã inesse ad omnes animi motus
uel cõcitandos uel sedandos:curauit assidue:ut liberi sui cũ sa Eloquentia &
piẽtiæ studio eloquentiæ cõiungerent maiestatẽ:Non.n.igno Sapientia
rabat mulier prudentissima q̃ Parysaris regina illa persarum Parysatis regi
Cyri iunioris & artaxerxis mater filiis cõsiliũ dabat:decere eũ na
principẽ qui apparate atq; imperiose quicq̃ dicturus esset:ora Cirus iunior
tione uti grauissima atq; ornatissima. Tradũt Corneliam afri Artaxerxes
cani superioris filiã atq; Gracchorũ matrẽ permultum filiis ad rex
eloquentiã profuisse:quoniã latinitatem perpulchre calleret: Cornelia
essetq; disertissima:Nũ fortassis existimemus paruo adiumento Scipio africa
a prima usq; infantia nostro huic sapientissimo eloquẽtissimo nus
q̃ principi matrẽ hãc Philippi mariæ filiam Francisciq; uxorẽ Gracchi
extitisse:cui⁹ ut uita oĩs erat honestatis plena:ita quottidian⁹ Philippus ma
sermo mirificã dulcedinẽ quandam oĩ melle suauiorem graui ria
tatemq; redolebat sententiarũ crebritate atq; acumine redun Frãcisc⁹sphor
dantẽ:Quantũ momentum habeat copiosa elegãsq; oratio & tia
ad p̃suadendũ accommodata.M.Tull.Cicero cum in aliis plu M.Tull.cicero
ribus causis tum ĩ illa præcipue demonstrauit :quã hũit apud G.iuli⁹ cæsar
G.iuliũ cæsarẽ dictatorẽ pro Qu.ligario.Ita erat cæsar in Qu. Qu. ligarius
legarium aĩo inflamatus: ut eum oĩo foret condemnaturus.
Quare cũ uenientem Ciceronem uidisset:ut hoĩem defẽderet:
// cõuersus ad amicos clã dixisse fert : Quanq̃ re⁹ mihi certo
// dãnandus ẽ:nil tñ p̃hibet:ut ciceronẽ audiam⁹. Quãtũ fue
rit dicẽdi pond⁹ quãtus torrẽs quãta uis quãtus ĩpetus ĩ diui
no illo ĩgenio.M.Tullii ciceronis:uel hĩc ĩtueri licet:q̃ & cæsa M.Tull. cice
rẽ & dictatorẽ & romãorũ oĩum eloquẽtissimũ & ira exæstuã ro
tẽ ĩ reũ ut quẽ aĩo iã cõdẽnarat:absoluere coegerit ul'ĩuitũ.Nõ Cæsar
solum enim Cicerone cãm agente pro dignitate inter attentius

audiendum cæsar se continere non potuit: quin & uultum sæ pe & colorem mutaret in facie: sed ubi ad commemorationem

Pugna pharsalica

pugnæ pharsalicæ prudens deuenit oratio: seque cicero côuertens in accusatorem Tuberonē turbato uultu uoceque altiore

Tubero

eaque ueluti iracūda in hæc uerba erupisset: Quid enim Tube // ro ille tuus districtus in acie pharsalica gladius agebat: cui⁹ // latus petebat: quis erat sensus armorum tuorum: quæ tua // mens oculi manus ardor animi: Quid cupiebas: quid opta // bas: Cum in hæc inquam Cicero non artificiosius minus ꝙ uæhementius uerba erupisset: ita cæsar animo est commotus: ut perinde atque sui immemor ac pene amens per toti⁹ corpo ris conquassationem libellis quos inter manus habebat: abiec tis contra pertinacem illam animi sententiam eum absolueret

M. Antonius orator

quem non iniuria oderat. Quid dicam de. M. Antonio illustri illo & grauissimo oratore: Nonne quos Mari⁹ ac Cīna milites

Marius

Cinna

ad se obtruncandum miserant: ita sermone suo flexit: ac placa uit: ut quos in eius sanguinem mucrones distrinxerant: & iam uibrabant percussuri: eos obstupefacti omni cruore uacuos in

Ahenienses

Pisistrat⁹

Pericles

uaginas remitterēt: Athenienses uero sola pisistrati capti facū dia regium eius imperiū perpeti maluerūt ꝙ solonis consilium sequētes publica frui libertate. Idemq̧ pericli quodāmodo cō tigisse legimus: q quoniā sapientiam cū eloquētia côiunxisset:

Anaxagoras

fuerat.n. Anaxagora usus præceptore: agebat in atheniēsi po pulo pro uoluntate oīa. Delectabatur placa Maria ubi diui nis officiis cæterisq̧ rebus necessariis fūcta esset: nā otiosa erat nunꝙ: semper aliqd lectitare: quo & sibi ꝓdesset: & melioris red

Plato

deret suos liberos. Quare cū in eā platonis sententiam incidis set: qua ille dixisse traditur: Tum demū terrarū orbem beatum fore: cū aut sapientes regnarent: aut reges sapere cœpissent. lon ge maiore studio curauit: ut filii sui quantū humanū pateret ingeniū: & ignorarent nihil: & quod didicissent: apposite deco req̧ loquerētur: ut quos parentū diligētia munisset tā opulēto tam florenti īperio: hi quo recte saperēt: doctrina & eloquētia ornarent: huiusmodi.n. studiis eos præditos lōge apud oēs fo re admirabilioris arbitrabatur. Id uero quantā præse ferat uti litatē: exēplū oīb⁹ perspicuū reddidit nr̄ hic pīceps: cū adhuc esset adolescentul⁹. Fatebor āt uel præsēte ipso ꝙ uerū ē: haud quaꝙ dissimulāter: Noui.n. humanitatē & modestiā ei⁹: q non modo mentiri me nolit sed ne mendaciū qdē dicere: Nā tam

etsi honestissimis semper f-ctis delectatur magis quam ullis secū dis laudationū auris: uerā tn̄ gloriā aspernari non debet præ ferti eā: quā sibi cōem esse intelligit cū ciuibus suis: cū īdignis parere prīcipibus permolestū sit ac dedecorosū. Legimus Cy ro seniori illi qui primus ī persis regnauit: multas gentes na/ tionesq; paruisse terrore eius nominis: utpote q & sapientissi/ mus qdā fortissimusq; uir quidqd aggrediebat: ex sententia sua q̄ celerrime efficeret: sed multos pluris ei⁹ īperiū ultro ex petisse: quod & iusticia & animi moderatione inter mortales oīs hēretur īsignis: Solis inquā aī bonis splēdidissimisq; uir/ tutibus rex Cyrus tantū sibi nomen tantā gloriā in uniuersū terrarū orbē cōparauit: ut oēs ad sese cōuerteret: & ita beniuo lentia deuinciret: ut ab eo regi gubernariq; exoptarent. Cui q dē uni nō finitimi populi solū sed illi quoq; nō inuiti paruere q distarent a Perside non modo plurimos dies uerūetiā men/ ses: cū alii ne ipsum quidē uidissent unquā: & alii certo futurū existimarēt: ut ꝓpter īmensum regionum interuallū nunquā uiderēt. Et.n. prudentissimo optimoq; principe qd optabili⁹ qd beatius qd deniq; diuini⁹ dari queat ī hominū uita? Talē aūt esse principē hunc nostrū & in dies magis atq; magis fore haud obscure licet non dignosci min⁹ quā sperari. Aberat is quod modo memineramus: ī Gallia trāsalpina iussu paterno auxiliū ferens regi francorū Lodouico: ab quo agnati ei⁹ oēs necessariiq; defecerāt: cū repēte īter ipsam de hostili præda ui ctoriā p maternū fit nunciū certior Franciscū sphortiā prem ī opinato pisse obitu. Quare hortat⁹ ut nullo prors⁹ ītermisso tēpore iter quā posset tutissime: ꝓperaret ī patriā: iis nocte iū cta cū die ut res postulare uidebatur: īdutus mercatoris habi tu cū q nq; fidelissimis comitib⁹ quasi mercatorib⁹ p alpes ip sas obeqtat quāuelocissime: Nā idcirco hac ē usus calliditate militari Galeacius: quoniā iure sibi metuendū esse censebat a Sabbaudiensiū īsidiis. Exercitū uero oēm loco tuto ī delphi/ nato reliquerat: Nā eū secū agere ī tāta qua opus erat: celerita te q poterat? Quo die octauo id⁹ martias dux Frāciscus mor tuus ē: erat Mediolani Petrus lignanēsis: q sub eius merebat ī perio. Is cōtinuo p celerē nūciū Augustino abbati mōasterii casæ nouæ q ut erat homo facinorosus: reb⁹ semp nouis ma leficiisq; studebat: rem omnē significat: eūq; hortat: ut quod accidisset: cōmuni dn̄æ hyolanti Sabbaudiæ duci cōfestim

Cyrus rex Persæ

Persis

Gallia trāsalpina

Lodouic⁹ rex

Frācisc⁹ sphortia dux

Sabbaudiēses

Frāciscus dux

Petrus lignanensis

Augustinus abbas

Sabbaudia

exponat:& quod faciũdum sit:par·t:Nam Mediolani tumul tuaria esse omnia. At abbas Augustinus ĩgenium ueritus mu liebre cum primorib? quibusdam senatoribus solum eam rem cõmunicat:quorum etsi aliqui intercipiendum esse Galeaciũ suadebant:qui se tamen magis grauitate consilioque præsta bant:id dissuadebant omnino ut rem iniquam ac periculosã: quinĩmo liberum præbendum transitum consulebant & tan tum tamque formidandum principem quãhonorificẽtissime excipiendum. Egerat in sententiam suam abbas Augustinus equitem auratum ac uirum sane strenunm Vgolinum aleman num cambiensem:qui Taurini per id temporis prætorem gere bat:Ii duo ex chambriaco mox abequitant citato itinere mõ tẽ cinisium transgressuri italiam uersus:quo ex ea parte quæ Mediolani gerebantur:agnoscerent. Et superato iam eius mõ tis cacumine famulus illorum aduenit inquiens se uniuersam adequitasse noctem amisso equo:posteaquam ex chambriaco ubi ab iis ob negotium quoddam cõficiundũ relictus fuerat: discessisset adhuc cum die:quodq; in Galeacium ĩcidisset ĩdu tum ornatu mercatorio:quique laneo pilleo tectum caput ca pitioq; haberet atque faciem fere totam præter oculos. Adde bat etiam se cum illo frustra sermonem cõseruisse:cum ne mi nimum quidem uerbum ex eo excipere potuerit:habere autẽ secum ad quinque comites identidem indutos:nec deesse posse quantum ex eius equitatione posset animaduertere:quin po stridie eius diei transitum illac faceret in italiam. Quibus au ditis cum nihil locutum frustra sagacem sollertemq; famulũ censuissent:ambo omni sublata mora Abbas & Vgolinus cõ uocatis cum primo diluculo iis hominibus qui plus posse ui debantur Noualiciæ:qui uicus est italiam uersus situs ad ra dices eius montis:eis iub.nt.ut sumptis armis diligenter ob seruent transeuntem Galeacium Mariam papiæ comitem ĩdu tum una cum paucis habitu mercatorio:& eum captiuum fa ciant:ita.n.sibi imperasse illustrissimam suã dominã Sabbau diæ ducem:& ut captum agerent quãprimum in arcem secu siæ:atque arcis præfecto traderent custodiendum:dõec a du ce ipsa imperatum aliud fuerit. Cum uero non multopost mõ tem descendisset:uidissetque Galeacius ex Nouacia uico ma gnam montanorum hominũ manum armis instructã currere

Augustinus abbas
Vgolinus ale mannus
Taurinum
Chambriacũ
Cinisi? mons
Mediolanum
Noualícia
Galeacius ma ria
Secusia

aduersus sese:ab illo diuerti itinere cõmonefactus a Petro me diolanensi mercatore:cui cognomentum est aquobibo: is enĩ Galeacium comitabatur:non longe abesse Sancti petri ædem: cui p sacrosanctæ ecclesiæ romanæ priuilegia asyli ius foret. Eo igit̃ Galeacius per loca deuia scopulosque asperrimos maximo cum labore ac difficultate uix peruenit montanis illis usque rusticis insequentibus:cum præsto adfuerunt duo industrii strenuique iuuenes Amideus iuris pontificii professor filius clarissimi equitis aurati ac iurisconsulti illustris Antonii marchionis romagnani eiusque ex cõsobrino natus Briãti⁹: hos enim Antonius romagnanus transituro Galeacio obuiã miserat cũ aliis multis:quo illi non fauori solum sed etiam auxilio essent:ubi opus foret. Residebat autem per id tempus antonius Taurini in ducali sabbaudiæ senatu:cum ab infracto animo muliere Blanca Maria edoctus est p litteras de obitu uiri sui ducis inclyti Francisci sphortiæ ac rogatus:ut curã oẽm atq; diligentiam adhiberet:ut Galeacio filio quantutissimus pateret in patriam reditus. Et Briantius quidem cognita periculi magnitudine dimisso Amideo regreditur cõtinuo ad Antonium quæ accidissent:renunciaturus oĩa. At amideus ĩ mõtanos rusticos qui alii templum circũsederant:alii intra tẽplũ comitem Galeacium obseruabãt:grauiter est inuectus eorum increpans audaciam:quod tã detestabile facinus essent aggressi:Qui responderunt se id fecisse facereq; inuitos:Ita uero iussisse Augustinum abbatem & Vgolinũ alemãnũ taurini prætores. Tum amideus ad galeacium reuerenter ingressus ubi est eum hortatus:bono ut esset aĩo:quoniam ab Antonio romagnano patre ita eius saluti & dignitati prouisum foret Taurini in ducali senatu:ut ei nihil quod nollet:posset accidere.monuit:ne illic diutius inter rusticos illos barbaros tp̃us tereret: quin se tutissimæ uiæ ducem e uestigio sequeret̃:Iacere enĩ ad postremã eius ædis testudinẽ subiectã uallẽ a nemine custoditã minusq; frequẽtatã: qua trãsit⁹ esset pbreuis ĩ loca pr̃is sui quo ubi peruenerit:tutissimũ iter fore ad Taurinũ:Nã taurini oĩa futura p suis optatis. Verũ oportere:ut p fenestram :quæ erat ĩ pariete eius ædis post altare magnũ:se demitteret ĩ subiectã humũ.Nã equitationẽ inde futurã p uallẽ. Quod ut clã faceret:corrũpendos esse pecũia montanos illos:q ĩtra ædẽ se

Petrus aquobibus
Sancti petri ecclesia
Ecclesia Romana
Asylũ
Amideus romagnanus
Antoni⁹ romagnanus
Briantius romagnanus
Blanca Maria
Fr. Sphotiæ dux
Augustin⁹ abbas
Vgolin⁹ prætor
Antonius romagnanus

continebant. Quæ locutus ferẽ plerosq; aureos Galeacio tradere dono uoluisse: qbus ad eã rẽ uteretur: quos accipere ipse noluit: inqens satis sibi esse pecuniæ. Rursus amideus celeritatem hortatus ait se cõtinuo idcirco añcedere: ut per fenestram illam ubi se demiserit: sit parat⁹ etiã cũ equo: quo per eam uallem q̃ cõmodissime ueheretur. Et ita rursus celeritatem hortatus abiit. Nec Galeacius longius cunctandũ esse iudicauit ea ductus fiducia: quod iampridem norat Antonii romagnani fi-

Francisc⁹ dux

dem atque obseruantiam in patrẽ suũ ducẽ Franciscum. Verũ quopacto inde abiret clanculũ. nõ uidebat: Nã tam&si montanos illos armatos intelligebat manũ in se inicere non audere: q̃diu esset in eo tẽplo ꝓpter ĩhibitionẽ ecclesiasticã: tñ cũ secũ ipse cogitaret eos nullas admittere suas munerationes quas facere tẽptarat: & pauloãte uenisse quendã ad se iuuenẽ ab Vgo-

Vgolin⁹ prætor

lino prætore uersute missũ tanq̃ salutãdi grã: nõ ab re sibi cauendũ norat: ne inde abiens ab illis offenderet. Et iã dies ialbescebat. Itaque post altare se recipit tanq̃ sopno interceptus cãcellario prius edocto: quod facto sit opus. Is rusticos mitibus adit uerbis: rogatq; tãtisper ex æde secedant: donec dñus suus q tota nocte uentris dolorib⁹ uæhemẽter uexat⁹ fuerit: sopno aliquo recreetur: Qui qdẽ oẽs nescio quo humanitatis afflatu se exorari sunt passi ea fortassis rõne qm̃ de uẽtris dolorib⁹ uera audiebãt. Et ita ex æde egressi sũt. At Galeaci⁹ ꝓpere muta-

Bonifaci⁹ aliprandus

to hĩtu cũ suis oĩb⁹ ex ea fenestra se d̄misit: cãcellario Bõifacio aliprãdo relicto dũtaxat ad simulandũ sopnum: cũ paulopost Vgolin⁹ prætor aduenit: ut inde cõtẽpti atq; despecta oĩ eccle-

Secusia

siastici iuris censura Galeaciũ Secusiã transferret custodiendũ: Is cũ ex cancellario dormire eũ audiret: inãbulabat alios aliosq; sermones de industria cõferens. Sed cũ a superuenienti quopiã didicisset comitẽ Galeaciũ in fugã se uendicasse & abesse iã longi⁹: tũ excandescẽs iubet cancellario ædẽ curriculo patefaciat: nã eã ille quo princeps eius abire cõmodius quiret: ualuis suis occluserat: Aitq; tu mihi mentiẽs Galeaciũ dormire suadebas: q se fuga subripuit. ad eaq; cãcellari⁹ rñdit: eqdẽ ñ meo cõsilio sed dñi mei iussu sũ usus: q diceret nõ ẽẽ dimitten-

Boreas

dũ: q capiũd⁹ nõ fuerat: ac se malle auẽ esse siluestrẽ q̃ caueale.

Euxinũ pelagus

Vgolin⁹ uero ita delusus ira feruens equum ascendit boream ĩ euxino pelago secuturus; Nam Galeacius cũ inde mouisset.

iter min⁊ cæteris frequẽtatũ faciẽs iam ĩ portu nauigabat. At amidei pr̃ Antonius cũ ex briãtio accepisset: quãto ĩ periculo pẽderet Galeacius: senatũ cisalpinũ uniuersũ Taurini coegerat quẽ & quia præerat: & quia grauitate & eximia quadã bonitate polleret: uel Augustino Vgolinoq; ptinaci⁊ repugnãtib⁊ illũ oẽm cũ mira assensione traduxerat ĩ sententiã suã de excipiẽdo Galeacio Maria ut ducis frãcisci filio & ipo futuro post illũ duce nõ solũ perhumaniter uerumetiam perbenigne atq; honorifice. Tum uero Antonius ipse romagnanus multis uiris nobilibus sociatus iter capit ad templum sancti Petri: quo Galeacium inde liberum reddat: cum offendit eum prudentia & ingenio amidei filii inde exemptũ plæraque passuum millia p loca inculta atq; siluestria factitasse: ut idem antea filiũ faciundum monuerat. Interea heroica hæc uirago Blanca Maria cũ rescisset: qbus erat ĩsidus Galeacius fili⁊ circunuẽtus: mittit illico uirũ strenuũ & ex nobilitate mediolanensi præstantem Petrũ posterulã: cui oĩum uni maxime fideret: cum legatione libera: ut nihil oĩo prætermitteret ob filiũ Galeaciũ liberãdũ: etiã si cæteri liberi sabbaudiẽsib⁊ obsides dedẽdi essent: & suũ ad hæc dotale pr̃imoniũ cremona tradẽda dono. Nec tñ ĩter ea tpris quicq̃ negligẽti⁊ curat: q ad bellũ ptineat: ubi sabbaudiẽses nullas honestas cõdiciones admitterent. Cæterũ nulla ui fuit opus nullis obsidib⁊ nulla donatione: Nã & Taurini Galeacius & p oĩa sabbaudiensiũ oppida atq; urbes liberalissime & sũmo cũ honore except⁊ est. Cũ uero Nouariã peruenisset: oẽs undiq; subiecti populi ĩcredibili multitudĩe cõfluxere lachrymas gaudiis cõmiscẽtes. Lachrymabant̃.n. recẽtem ducis francisci obitũ. Gratulabant̃ ãt comiti Galeacio insperatũ reditũ: sibiq; plurimũ lætabant̃ cũ nõ sec⁊ præ stupore ĩtuẽtes q̃ numẽ aliq demissũ e cælo. Vbi uero reuertisset mediolanũ statuto die. xiii. Kalẽdas aprilis: & ducat⁊ ĩsignia more pr̃io accepisset: nulli se uoluptati nulli relassationi tot tãtisq; laborib⁊ fatigat⁊ nulli otio dedit. sed ea quottidie obibat oĩa: quæ & ĩ parẽtes erant pietatis munera ĩ ciues ãt caritatis ac iusti. Et iudicabat̃ certe ab oĩb⁊ supra ætatẽ sapere. Sed q ei & nomẽ & auctoritatẽ mirũ ĩ modũ auxit: pulchrũ ẽ audire & id q dẽ cursĩ. Quod mõ attigerã: diuĩa hæc regia nr̃a cui⁊aĩa pridie huius diei in cælum pro sanctissimis eius meritis una cũ suo sydere est assumpta: cum omni in re circa liberos regie

Antonius romagnanus
Briantius
Augustin⁊ abbas
Vgolin⁊ prætor
Frãciscus dux
Galeacius
Scĩ petri eccl'a
Amideus romagnanus
Blanca Maria
Petrus posterula
Cremona
Taurinum
Nouaria
Mediolanũ
xiii Ka. apriles

educandos præcipua diligentia utebatur tū in ea apprime sin
gulari:ut eloquentiā cum sapientia copularent: Rebatur.n.
id inertis cuiusdam nequiciæ esse persimile:ut quæ prudentis
sime quis sētiret:ea inepte loquere. Id quantū Galeacio duci
profuerit:quæso:attendite. Iussit conuocari ordines cunctos
Curia ducalis atq; magistratus in semotū ducalis curiæ locū:quē ipse delege
rat:Nā neq; pater nec alius quisquā ex eius maioribus id unq;
egerat:Qui ubi oēs conuenerūt:tū is aggressus ab ordine sena
Cōsiliū secretū torio cui secreto cōsilio nomen est:deinceps a prætorum col/
Cōsilium iusti legio quod iusticiæ consiliū appellatur:gradatimq; ab utris/
ciæ q; ædilibus & ordinariis & extraordinariis qui dicuntur:& a
Magistri ordi quæstoribus deinde magr̄atibusq; cæteris dicendo prosecut⁹
narii ita memoriter ita copiose ita ornate atq; eleganter locutus ē:
Magr̄i extraor ut ex eius lingua quod de Nestore apud homerū legitur :mel
dinarii le dulcior profluere uideretur oratio cum ea sententiarum ui
Thesaurarii atq; grauitate:quæ ex uniuersa philosophorū schola colligi
Nestor maior queat:nullū is profecto præteriens munus:quod ad sin
Homerus gulos pertineret. Ad postremū uero subdidit cū quadā impa/
toria maiestate eā sibi esse mentē:ut singillatim præmia ꝓ di
gnitate rependeret & secundū iusticiæ sanctitatē:neq; affectio
ni cuiq; locū apud se fore:proinde quisq; opam daret: nequid
præter officiū perpetraret:Quæ ubi locutus est:ita oēs a se di
misit. ut eius eloquentiā atq; sapientiā admirati dicere nō du/
bitarēt:certe nr̄ hic princeps iuuenile nil sapit : q ita superat
Peleus prēm:ut pelea tradit achilles. Inter hæc Bartholomæus col/
Achilles lio bergomēsis ut nunq; sua sorte cōtētus erat:cōtractis undi
Bartholomæ⁹ q; uiribus cōfisus magnitudini rei pecuniariæ : cui⁹ auiditate
collio semp ardebat:abdicat se ab ingenti uenetorū stipēdio ne illis
Veneti quidem inuitis ꝓpter inexplebilem hoīs auariciā:cui auri cō
Flaminia gerēdi satis esse nil poterat. Mouetq; ī flaminiā ea ductu s spe :
Immola ut Immola nullo prorsus īpedimento potiretur:quā iā uænā
Borsius dux lem proposuerat Borsio æstēsi:Borsius enī ut est animo incly
to & ueluti natus ad īperādū:in rempublicā bononiēsem ocu
Bononia los cōiecerat:quā facile putabat ob ciuilis factiones:qb⁹ ea ci
uitas sēp fluctuat:suæ uolūtati īperioq; cessurā:modo ii quos
in ea urbe fautores hēbat ꝑmultos:se id facile cōfecturos aīad
Callist⁹ pont. uerterēt. Auxerat hui⁹ rei cupiditatē Borsio callistus pōtifex
max. maximus:q ei pollicitus foret dono Bononiā datū ire:cum pri

mũ sibi hui⁹ munificentiæ gratia dinumerasset centum millia nũmum aureũ. ac deinceps quotannis iure ecclesiastici tributi aureos penderet quadragintamillia: id quod ex eo usq; tẽpore utrinque confectum esset: nisi dux Frãciscus hoc tã execrabile facinus ꝓhibuisset suis uiribus Iohãni bentiuolo auxiliũ ferẽs aduersus Callisti borsiiq; cõucta. Existimãs igr̃ Bartholomæus collio sibi ĩmolam extincto duce Frãcisco sphortia esse in manu: nã Galeaciũ ducem nil cõtra ausurũ ut adolescẽtulũ iudicabat: idemq; dux borsius sentiebat: q̃ potest celerrime p agrũ ferrariẽsẽ copias agit. Quod ubi apud Galeaciũ ĩcrebruisset: ut est oĩ ĩ re sollers ac diligẽs: senem iã prope decrepitum adolescẽs strenuus anteuertit expressũ & ĩcorruptũ de sese oĩbus documentũ exhibẽs nõ minus bellicã disciplinã ex patre Frãcisco sphortia q̃ urbanã oẽm ex matre blanca maria didicisse habereq; ĩ promptu: Nã quoniã & quos pr̃ moriẽs eqtatus peditatusque reliquisset: & quos ipse ex trãsalpina gallia reuocasset: iã antea ad cõtinendos ĩ fide populos suos oĩs circũquaq; ubi op⁹ ẽẽ cẽsuisset: distribuerat: iis sine labore ullo seq iussis ĩ agrũ pmensẽ deuolat: ut inde pro tp̃re cõsiliũ caperet. Fredericũ uero feretranũ comitẽ urbinatẽ q nõ lõge ab Imnola se cũ suis copiis cõtinebat: inde bononiã uers⁹ ꝓpter bartholomæi bergomẽsis aduentũ mouisse audiẽs nõ diutius differendũ ratus p Regii mutinæq; agrũ citato agmine ĩ bononiẽsẽ agit exercitũ: quo & bononiensib⁹ ipsis aĩos excitaret aduersus hostilis ĩsidias: & ĩmolensibus auxiliũ ferret contra Bartholomæũ uel cõtra borsiũ potius: cui⁹ iductu bartholomæus oĩa moliret̃: Putabat enĩ Borsius ubi Immola potiret̃: facili⁹ sese bononiã acturũ ĩ dicionẽ suã. Galeacius ubi bononiã cũ maxĩo ciuiũ applausu ẽ ĩgressus: curauit apud oĩs magistratus urbisq; primores hẽre orõnem: Qui ubi oẽs alacriter cõuenissẽt: eos hortat⁹ est. neqd sibi neq; a Bartholomæo nec ab aliis ullis uiribus timẽdũ existimaret. Non. n. se modo sed ẽt Pherdinandũ regẽ & florẽtinos & cæteros quosq; socios bononiẽsibus auxilio semp fore: modo secũ ipi ad publicã utilitatẽ dignitatẽq; cõuenirent: & cõcordiã alerent. Quæ tãta cũ maiestate & ornatu uerborũ locut⁹ ẽ: ut ab oĩbus ñ min⁹ eloquẽtia q̃ sapiẽtia uniuersos prĩcipes anteire iudicaret̃. Sã tã uero ĩ eorũ animis excitauit erga se beniuolẽtiã. ut ĩ oĩum

Frãciscus dux
Iohãnes bentiuolus
Ferrariẽnsis ager
Frãciscus dux
Blanca Maria dux
Parma
Fredericus comes urbini
Bononia
Regium
Mutina
Pherdinandus rex
Florentini

ore honorifice & incredibili quadã cũ obseruãtia uersaretur: nec aliud quicq̃ mallẽt quã uni Galeacio Mediolanentiũ duci gratificari oĩa. Rebus ita apud bononienses cõpositis mouet illico ĩfestis signis Immolã uersus: quã Bartolomæus iam obsederat: Iungitq̃ sibi renouato stipendio Fredericũ feretranum: Is. n. quod stipendiũ sub Francisco patre meruerat: eo fũctus iam erat. At Bartholomæus collio longe secus quã sperarat. sibi accidisse ĩtutus obsidionẽ soluit primo ad Rubicona nõ longe a castrocaro dein uero ad fauentiæ suburbia se recipiens. Nilq̃ omniũ magis cauebat q̃ pugnandi necessitatẽ: quã ipsã effugere tandẽ nõ ita potuit quin ĩgenti cũ detrimento ac dedecore intra difficillima ferrariensis agri stagna se tutaretur: & ita coactus eiusdẽ Borsii uenetorumq̃ ĩteruẽtu solueret oẽm belli suspicionẽ eodem regressus re ĩfecta: unde modo egressus maria uidebatur ac mõtes subiugarurus. Cũ hæc a Galeacio geruntur in flaminiis: Sabbaudienses quos Sabbatenses licet a Sabbatis montib⁹ atq̃ allobrogas appellare. rati sibi opportunitatem oblatã agrum nouariẽsem hostili manu adoriuntur igni oĩa ferroq̃ uastãtes: Qua quidem re factũ est: ut dux Galeacius raptim regrederetur sabbaudiensibus occursurus: quos breui oẽs & repressit: & uicit non nullis eorum oppidis aliis direptis aliis expugnatis: Quæ tñ oĩa illis pacẽ petentibus perbenigne amiceq̃ restituit. & Hyolante splendidissima Sabbaudiensium duce Caroloq̃ nata rege francorũ affinitatẽ cupidius petente Blancã filiã eius filio Sabbaudiæ duci Filibertho iunxit matrimonio. Cũ hæc tam multa tãq̃ & uaria & præclara & belli & pacis tam breui tp̃re a filio Galeacio duce gesta cũ aĩo uolutasset Blanca Maria mater: eum certe dignissimũ censuit: qui se tã difficili tanti ĩperii gubernãdi prouincia liberaret. Ad quod obeundũ eo magis adducebatur: quod diuino quodã sopnio iã præsagiret se non admodũ diu futurã in uiuis. Sopniã aũt fuit huiusmodi. Cũ post castigatissimũ cum multa sobrietate se uniũ soluta esset ĩ sopnum: apparuit ei quãquietissime dormienti ita. n. uidebaẽ. dux Frãciscus sphortia: quẽ uel mortuũ uxor pudicissima æque amabat atq̃ uitã suã. Is ĩ hæc uerba eã adire uisus ẽ. Blãca Maria qua mihi in uita iucundius nihil fuit: iam quiescendi tempus aduenit. Non multopost una futuri sumus in illa cæle

Side notes in the margin:
- Immola
- Bartolomæ⁹ collio
- Fredericus comes urbini
- Rubicon
- Castrocarum
- Fauentia
- Sabbaudiẽses
- Sabbatenses
- Sabbati mõtes
- Allobroges
- Ager nouariensis
- Hyolãtis dux
- Carolus rex
- Blãca infantula dux
- Filiberth⁹ dux
- Galeaci⁹ dux
- Blanca Maria dux

sti patria: ubi oía sunt plena tranquillitatis & gaudii semp iter ni. Tuæ de me pientissimæ orationes apud clæmentissimum humani generis redemptorem exaudiri meruerunt. Vides or natum meum ac uultus hilaritatem. Nihil triste apud me est. nihil lugubre. Apparuerat enim in habitu ducali habereq; ui debatur supra caput aureã illã coronam: quã Ladislaus nobilissim ?rex siciliæ dono miserat ad Philippum Mariam ducẽ. Prosequebatur deinde: suspice ad dexteram altius. Contẽplareq; illud sydus: q̃ multis illustratur stellis. Hæ angeli sunt: quorũ tu comitatu tolleris ĩ cælum. Cũ primũ sydus id apparuerit: itineri te accinge: Nõ enĩ tibi diutius laborandum fuerit. Itaq; tanti tamq; difficilis imperii gubernacula trade Galeacio filio: q etiã tibi monẽdus est: ut pro acrimonia ingenii sui g rat omnia moderate. neque rei cuiquam magis confidat quam deo: qui solus eum tueri potest reddereque ĩcolumem. Nam num ina cuncta præsidia uana sunt nulliusque momenti. Coniiciatque oculos ad coronam: quæ paucis post annis ei debetur. si iuiticiæ maluerit q̃ cupiditati studere. Quibus dictis & ipse euanuit. & blanca sopno est soluta. Secum igitur ipsa consyderans quæ dormienti apparuerant: nihil sibi cum insopniis quæ græci ενυπνια enypnia uocant: esse iudicauit: nec item cum uisis: quæ φαντασματα sunt: cum hæc duo genera nihil post sopnũ portendãt futurum sed aut esse sopniũ hoc est ονειρον oneiron aut uisionem quod οραμα horama appellatur. aut oraculũ potius quẽ χρησμον chresmon græci noĩant. Et oĩa quam accuratissime disquirẽs nõ difficulter cõiectauit tria hæc genera ad futuras actiones referri oportere. Itaq; admonito filio Galeacio ꝑ iussis p̃nis nihil ex ea die aliud curabat q̃ ea oĩa: quæ ad aĩæ salutẽ spectabãt. De q̃bus quidẽ rebus quoniã satis multa ꝑ tp̃re suum atq; loco ãtea locutus: luctui mæroriq; nimio finẽ imponendũ cẽseo nobilissime dux Galeaci: cũ bñ atq; ꝑbeate cũ sãctissima tua mr̃e blãca Maria actũ sit. præsertim cũ nihil unq̃ optarit ĩ uita: cuius non se uiderit affatĩ adeo cõpotẽ factã: ut iã decessio magis metuenda foret ĩ tãta humanarũ rerũ mutabilitate q̃ accessio expectãda. Itaq; soluta aliquando aduersæ oĩ cuiusq; rei sollicitudine & formidine bonitatis suæ pietatisq; pẽnis euolarit ad cælũ. Quãta ꝑ deũ ĩmortalem cũ animi æquitate arbitremur reginam nostrã migrasse ex hac caliginosa uita ĩ serenũ illud

Ladislaus rex Sicilia

Philippus Maria dux

ενυπνια enypnia

φαντασματα phãtasmata

ονειρος oniros

οραμα horama

χρησμος chresmos

cælesteq; domiciliũ in tanta ciuiũ oĩum & populorũ beniuo-
lentia fide cõcordia obseruãtia: quos æque amauit semp atq;
uitã ipam. Quamobrẽ ẽt moriẽs non desinebat mediolanẽ ẽ
populũ ĩter cæteros tibi præcipue cõmẽdare idq; iterum atq;
Mediolanum iterũ: Id unũ dũtaxat pinde atq; suspirans: q mediolani diem
obire pp ingrauescentẽ uĩ febris nequisset. Illud aũt in primis
addebat pmagnæ sibi esse cõsolationi: q foret relictura te fili
um pientissimũ nõ ducẽ solum ac principẽ tanti & tã florẽtis
ĩperii uerũ etiã beneficũ clæmentissimũq; pr̃em illustriũ tuorũ
frum. Quare cũ ĩtelligebat iã sibi ad hãc humanã felicitatẽ ni
hil amplius optandũ esse ĩ uita: nihil etiã sibi ducendũ esse ĩtẽ
pestiuũ nihil ĩmaturũ: quo diutius ĩter hoĩes laboraret: nec. n.
se corpore moriturã existimabat mulier sapiẽtissima: quæ sup
stes foret ĩ liberis: at animi ĩmortalitate nõ se prius frui didice
rat: q̃ ĩ illius cõspectũ peruenisset: ad cuius imaginẽ & similitu-
Peroratio dinẽ nouerat se creatã. Igiẽ ut rẽ tãtã breui oratione cõple
ctar: non mortua ẽ: sed uiuit mr̃ tua prĩceps illustrissime diua
Blãca Maria: quæ cõmutata hac tẽporali uita cũ sempiterna
illa iã id præmii ĩ cælo adepta ẽ: q usq; optarat: cũ esset in ui
uis. Fruiẽ præsentia. fruiẽ uisu corã: fruitur cõsuetudine & col
loquio humãi generis redẽptoris. Hũc orat: hũc orat: hũc pre
catur: ut tibi semp in oĩbus reb⁹ actionibusq; tuis & propiti⁹
adsit & adiutor. teq; dirigat assidue ĩ uiã iustitiæ atq; pietatis
Quæ cũ ita sint: æquo nobis aĩo ferenda est hæc oĩs uel natu
ræ necessitas ul'uolũtas diuinæ mẽtis: Nã ut nullum malũ sit
natura: ita qdquid ab deo est: id bonum certe æque atque sa-
lutare ducendum esse nemo sanæ mentis ignorat.

Francisci philelfi oratio funebris pro Magnifico ducali Sena
tore & clarissimo equite aurato Philippo borrhomæo Comi
te haronæ.

p Er difficile mihi profecto & apprime laboriosum
oblatum esse dicendi argumentum intelligo uiri ex
cellentissimi: qui cum ipse consolandus sim: uos cõ
solaturus aduenerim. Quid enim non admodum
Philippus bor doleam atque ingemiscam Philippi huius borrho
rhomæus mæi splendidissimi uiri obitum: in cuius uita permagna erat

bonis omnibus spes reposita? Quare cum publicum & cōmune quoddam perfugium atque præsidium e medio uideam ēē sublatum: iure mihi dolendum possum existimare. Itaque merito libet mihi exclamare: Oh duram & ineuitabilem naturæ humanæ necessitatem: cui nulla nostra remedia aduersantur. Oh inexorabilem & immitem hominum sortem: quæ tum opprimis maxime: cum nullas abs te putamus impendere insidias. Sed quo feror demens? leuaturus accersor non exasperaturus acerbitatem crudissimi uulneris. Vinciatur igitur obstringaturque omnis animi dolor rationis custodia: ut quem denique tempus tollet omnino: eum iam hinc sedet prudentia & consilium. Nam animus perturbat⁹ ita sese abhorret: ut recte iudicare nihil queat. Et quoniam uulgo putant nō esse humanitatis solum sed etiam iusticiæ lugere plurimum eius mortē quem plurimum dilexerimus: quæ adduci possint istiusmodi mæroris causæ: uidetur dicendum paucis. Nāq; hæ diligenti⁹ cogitanti mihi offerūtur quinque numero. Aut .n. dolem⁹ nostra causa: quod existimemus ex alterius morte magnis nos quibusdam priuari commodis: aut illius causa: quoniam eum opinemur uitæ huius suauitatem amittere: aut qa arbitremur mortē sine acerbissimo dolore accidere posse nemini: aut quod uereamur fore: ut animus ipse intereat una cum corpore: aut propter futuros apud inferos cruciatus. Et dolere quidē nostra causa hominis est sese amantis non alterum ob eamq; rē neque magnanimi neque liberalis quin potius ignaui prorsus nulliusque uirtutis. In morte autē qui dolor inesse pōt: quæ simillima sopno ē adeo ut Diogenes ille cyon solutus ī sopnum anteaquam moreretur: ueluti iocabundus dixerit a fratre sororem anticipari. Nam eadem uia atque ui & mortem & sopnum fieri acutissimi philosophi tradidere. Sed ut sopno ita etiam morte ne sentientes quidē corripimur. Qui uero censent animos simul cum corporibus interire: ii sane cum maxime uidentur uiuere: mortui sunt non ea scilicet morte: qua huius uitæ cursum munusque explemus: neque ea qua peccato morimur: & deo uiuimus: ut inquit Apostolus: Consepulti enim sumus cum illo per baptismum ī mortem: sed ea potius: quæ ē peccati: de qua etiam scriptum legitur: anima quæ peccat: ipa morieť. Futuri autē apud inferos cruciat⁹

Quinq; lugēdi causæ

Prima causa

Secūda causa

Diogenes cyon

Philosophi

Tertia causa

Apostol⁹

Quarta causa

illis horrendi sunt: qui semetipsos cum uiuerent hanc mortalem uitam: per omne flagitii immanitatisque genus quamfoedissime uolutarunt: Non Philippo borrhomæo: cui⁹ uniuersā uitā plenā fuisse hōestatis & officii nostis oēs. Quis. n. uno Philippo cōtinētior? qs modestior? qs cōstātior? qs ī oī re moderatior? Nā & humāitate & bñficētia semp q̄ta fuerit: nemo ē: quem lateat: Et nō modo nemini unquam iniuriam intulit: sed ne cuiquam inferretur: omni ope operaque curabat. Religionis eius & pietatis studium ne parietes quidem ipsi ignorant. Intelligebat enim homo prudentissimus non esse in hac mundana uita patriam nostram sed in cælo. Et quandiu hic peregrinamur: oportere nos meminisse illius patriæ: ubi nr̄a mansio futura sit sempiterna. Quare ut ab omni contagione peccati & maleficio abstīebat: ita die noctuque aliud nihil neque agebat neque cogitabat quam prostratis & cōculcatis turbulētissimis animi motibus: ad illius se uoluntatem componeret atque confirmaret: ad cuius imaginem & similitudinem factus esset. Nullis inquam nunc suppliciis est obiectus innocentissimus & optimus uir Philippus Borrhomæus: sed illis fruitur præmiis: quæ in cælo his proposita sunt: qui dum in huius uitæ curriculo se exercēt: quam minimam sibi societatem cum corporibus esse sinunt. Nam quam mihi fabuletur quispiam uitæ suauitatem? Quæ nam est in hac procellosa uita suauitas? quæ tranquillitas? quæ requies ulla? Quod si quam tandem suauitatem deprauata hominum Ratio sibi finxerit: non tam eius accessio ulla optanda fuerat in Philippo quam metuenda secessio. Impleratiam quītum ætatis & quadragesimum annum ualetudine prospera & eadem integritate sensuum qua ab ineunte adolescentia semper fuit. Bona uero externa quæ animo bene instituto erant maiora alia expectanda? Natus est Vitaliano patre uiro in omni genere laudis probatissimo: quo uno illustrissimus ille & sapiētissim⁹ dux Philippus uix habuit apud se quicquam aut carius aut splendidius. Vitalianorum autem originem altius siquis repetere uoluerit: inueniet eam manare a Vitaliano antiqnissimo totius Venetiæ rege: a quo etiam ipso fluxisse compertum est sanctissimam Virginem hanc Iuitinam: cuius sacratissimum nomē per tot religiosissima monasteria ī uniuerso prope orbe terra

Humanitas
Beneficentia
Religio

Philippus borrhomæus

Vitaliauns

Philipp⁹ dux

Vitalianorum origo

Vitalian⁹ rex

Iuitina

rum celebratur. Sed ne curiosius q̃ par est: uetera cõsectemur: & ut reliquas etiam affinitates propinquitates: necessitudines quæ sunt fere innumerabiles: breuitatis gr̃a prætereamus: reliquit ut omnes scitis: nobilissimus uir Philipp⁹ borrhomæ⁹ filias tris easq; pudicissimas filios uero duos. Nonne ex illarũ honestissimis matrimoniis tris sibi clarissimas potẽtissimasq; familias perpetuo affinitatis ac beniuolentiæ uinculo coniunxit Rusco nes comi: Vicecomites Mediolani: Parmæ autẽ rufos: Nam ex huius Iohannis coniugio ornatissimi equitis aurati in quo uno patritæ auitæque uirtutes mirifice resurgũt: Magnificos carpi dominos habebat affinis. De Vitaliano autem ingẽti spe puero quẽ hic præsentem lugubremq; uidetis: nondũ per ætatem ei licuerat aliam curã capere: q̃ id præstare: ut & fratris & sui q̃ simillimus foret. Quid. n. loquar de patriæ splendore: qui qualis q̃ tusq; sit: satis superque patet. cum de eius maioribus sum locutus: Nam siue Patauinum Philippum dixerimus siue Mediolanensem: patria natus ẽ & uetere & in primis inclyta. Nã patauium troianus Antenor cõdidit: q quidquid iacet ĩter alpes & sinum hadriaticum magna sua cũ laude subiugauit. Mediolanũ uero ab Heduis Gallisq; trãs alpinis conditũ esse constat: q ipsum nomen accepit ab Vrbe prisca illa & nobili Mediolano: quæ ĩ xanthonib⁹ adhuc extat. Quanti aũt Mediolanenĩ ẽ hanc urbẽ fieri oporteat: ex ei⁹ reb⁹ tã multis & tã præclaris cũ superiorib⁹ sæculis tũ nr̃a ẽt tẽpestate assidue gestis nõ obscure iudicari põt. Accedũt opes & ãplissimæ facultates: q̃bus cæteris Mediolanensibus oĩbus post ipsos prĩcipes superior philippus erat atq; habebat. Dominabatur enĩ non Angleriæ & haronæ solum: cuius erat Comes. sed aliis quoq; nõ nullis municipiis & castellis. Quid enĩ meminero uel militiæ uel senatorii ordinis ĩsignia: q̃bus a diuo prĩcipe nr̃o ꝓpter eximias eius illustrisq; uirtutes ornatus ẽ: Quã uero car⁹ esset & piucundus uniuersis ciuib⁹ atq; peregrinis ex præsẽtis funeris põpa licet aĩaduertere. Quod si duo maxĩe ĩ oĩ rep. expetũt: honos & utilitas: ĩ q̃b⁹ ipsis ꝑmagnã positã uoluptatẽ rentur. q̃d uni Philippo defuit ĩ tãtis ul' suis uel fortunæ cõmodis ad uitæ suauitatẽ: Tẽpestiue ig̃r excessit ex hac una turbulẽtissima ĩ eã ꝑfectur⁹ uitã: quæ nulli est motui nulli mutabilitati subiecta. An fortasse nescimus: quo

Philippus borrhomæus
Ruscones
Comum
Vicecomites
Mediolanũ
Rufi
Parma
Philippus
Patauium
Antenor troianus
Alpes
Mediolanũ
Hedui
Galli
Xanthones
Angleria
Harona
Municipia
Castella
Pompa
Honos
Vtilitas
Voluptas
Philippus

diutius uiuitur:eo magis peccatur? Itaque optanda profecto
Mors — est ea mors: cuius interuentu fit: ne culpa reddatur quottidie
Aristippus cyrenaicus — cumulatior. Quod si Aristippus uoluptarius ille cyrenaicus quo uitæ consuleret: quidquid nummorum ferebat secum: abiecisse fertur: nos quo uitam possideamus æternam: miserabilem uitam hanc atque ærumnosam quæ & caduca est: & lubrica & incerta: tanti ducendam arbitrabimur? Cupio: inquit
Paulus apl's — Paulus: dissolui & esse cum Christo. Quis uero cum Chri-
Ihesus christ' — sto futurus sit: ubi se minus eius imitatorem gesserit? Quod si ille nostra causa mori uoluit: nos propter nos ipsos dubitem' mori? Nec enim ea mors mala esse ullo pacto potest: quæ ubi aduenerit: omni malo nos liberat. At dixerit quispiam: quod uitam tollit: non malum esse non potest. Nec illud rursus in bonis non est habendum: per quod uitam adipiscimur sempiternam. Nisi boni plurimum esset in morte: nunquam dixisset
Dauid — sapientissimus ille Dauid: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Quod si beneficio Mortis terrestri hac omni mortalitate perturbatio͠ibusque exuti immortalitatem simul cum tranquillitate induimur: si ne resurgere quidem licet: nisi animi a corpore separatio antecesserit: Nolimus per deum immortalem: nolimus mortem in malis ducere: quæ aut est optima aut optimorum bonorum causa. Itaque ponendæ sunt la-
Dolor — chrymæ: reprimendi gemitus: & animi dolor sedandus penit' Nam cum omnis perturbatio grauis sit: omnium tamen mole-
Aegritudo — stissima est & perniciosissima ægritudo: cuius ui atque impetu sæpe factum legimus: audiuimus: uidimus alios in ægrotationes incurabilis incidisse: alios furore insaniaque correptos: alios sibi manum consciuisse. Et ne prolyxius nostra ꝑtrahatur oratio: prudentissimus ille mihi uideri debet: qui & naturæ legi non aduersatur: & æquo animo fert necessitatē.

Quæ quidem oratio habita est in templo Diui Francisci. xiii. Kalēdas septembres anno a Natali christiano Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Francisci philelfi oratio funebris pro magnifico equite aurato ducalique Senatore Stefano frederico todeschino.

q Vanquam non obscure futurum animaduertam illustres uiri & amplissimi patres: ut mea hæc omnis de Stefani frederici Todeschini obitu hominis sane & præstantis & magni tumultuaria consolatio non tam persuasionis apud uos locum quam impetitudinis cõsequatur: uolui tñ in hac uæhementi ac prope cõmuni omnium uestrum acerbitate pertinacius eorũ uoluntati refragari: qui apud me & auctoritate & gratia ualere plurimum & possunt & debent: Nã si alia etiam omnia: quæ huic tanto tam pio tam singulari tã eximio muneri pernecessaria sunt mihi adessent: quæ certe adesse nequaquam sentio: duo tamen sunt: quibus non temere a dicendo non deterreor. Quo enim pacto aut ausit aut speret quispiam consolari alios: qui uel in primis consolandus ipse sit: Non enim possum non dolere & grauiter ac permoleste ferre eius uiri obitum: cuius uita tam nostro diuo principi Philippo Mariæ anglo suauissimis suis moribus periucunda tum bonis omnibus grata: Quippe qui intelligerent commune sibi quoddam & firmissimum patrocinium præsidium opem in eius salute positam ac locatã esse: his igitur non absurde cum officii aut auxilii quicquam uel aduersis uel secundis in rebus suis desyderant: Virgilianum illud liceat crebra memoria atque lachrymis usurpare. Quis te palinure deorum cripuit nobis? Quod autem secundo loco me ab huiusmodi oratione magis atque magis dehortatur: est recentior & in usitatus dolor acerbi uulneris: cui si mederi intempestiue studeo: uereor ne uim doloris aggrauascam potius quam ulla ex parte leuem: faciam tamen necesse est quod imperiti medici non nunqnam solent: qui ubi grauius ægrotantes curandos acceperunt: ueriti ne si diutius tardarunt fore ut morbus & inualescat & incrudescat magis: nõ graues solum sed etiam periculosas curationes adhibent. Et ita fit fortuna quadam: ut quam sana ratio desperarat: temeritas bonam sæpe ualetudinem afferat. Nolim autem miretur quisquam: si in hoc subito et repentino dolore ac luctu subita quoque & repentina nostra erit oratio: sapiatque

Stephan⁹ fredericus

Demades
Demosthenes

Demaden magis quam demosthenen. Ex tempore enim mihi dicēdum fuit nullo apparatu nulla præmeditatione nullo or dine uti licuit: tanquam tumultuarius Miles in aciem descen do: Magna profecto iactura nobis & ea pœne intolerabilis pa tres amplissimi in huius Magnifici & excellētis uiri Todeschi ni obitu facta est: Amisimus enim eum qui nullius officii nul lius bonitatis nullius erat uirtutis expers. Nam cum ab ineū te ætate accepisset duas esse uirtutes ac uias hominum animis propositas quarum altera per temporales actiones: altera quæ in contemplandis eternis rebus uersatur perueniretur ad de um non solum ut sciret: sed longe magis ut saperet operam omnem suam industriam omnem diligentiam accommoda uit: Memoria enim tenebat quod Iob uir sanctissimus loque batur: pietatem sapientiam esse: malis autem abstinere scien tiam: Nihil uero magis esse ex media pietate quam deum co lere: quippe qui & uera & unica sapientia sit: & omnis rerum temporalium sciētia ab ipso manat id quod tum alii non nul li tum apostolus paulus plane docet: inquiens: Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiæ alii sermo scientiæ secun dum eundem spiritum: Quamobrem non solum has nobiles inferiorisque uirtutes Prudentiam Iusticiam Fortitudinem Temperantiam egregie in omnem uitam sequutus est Thode schinus sed multo magis atque magis sapientiam ipsam. In telligebat enim per huiuscemodi temporalium rerum cogni tiōem & humanæ turpitudinis fugam iter sibi quoddam pa rari ad immortalem deum: quod tamen se nunquam esset ad eum omnino deducturum: nisi & pium ipse se & illius incom præhensibilis & ineffabilis maiestatis indefessum obseruato rem cultoremque præstitisset. Itaque nihil tanti faciebat quā ti diuinam religionem. Ea se recreabat & reficiebat: ea se dies noctesque oblectabat: nec illorum quicquam aut omittebat aut prætermittebat: quæ sacrosancta christiana fide præci piantur. Tunc se sancti & boni uiri officio maxime fungi ar bitrabatur: cum nihil quod a diuina lege abhorreret: sed quæ fas piumque uidisset. factitaret. Prædicare palam con sueuerat quod Pausanias plistonatis filius cuipiam olim re sponderat. leges uiris non legibus uiros dominari oportere: Et quoniam omni in re deum semper ante oculos poneret: cui

Iob

Paulus aposto lus

Pausanias

nihil occultum esse iudicabat. nihil erat eius fide constanti-
us nihil certius nec promissi pœnitebat unquam: Ea enim in
promittendo grauitate utebatur & ita metiri omnia ac con-
spicere studebat: ut nemini unquam iniuriam faceret. Qua in
re illud regis Agesilai minime probabat: cui cum quidam ali
quando diceret. At promisisti: eodemque sæpius reuolueretur
Ita mehercule promisi inquit: si istud quidem est iustum: sin
autem iniustum locutus sum non promisi. Nihil enim neque
promittendum neque ullo pacto per simulationem dissimula
tionemue dicendum esse censebat: quod a iusticia honestate-
que foret alienum. Itaque Agin illum: quem lacedæmoniorũ
ultimum regem prodidere: mirum in modum laudabat: qui cũ
parẽtes ut quippiam per iniusticiam sua gratia ageret horta-
rentur ac rogarent: Vbi aliquandiu contradixisset & illi nixius
urgerent ait: Quandiu apud uos fui nullam tenebam iusticiæ
notionem. At posteaquam me patriæ tradidistis huiusque ui
ribus itemque iusticia atque probitate pro uirili parte institui
stis: hæc enitar: & non uos sequi. Et quia uultis me quæ op-
tima sunt agere. optima uero sunt: quæ iusta fuerint: cum hõi
priuato tum ualde magis principi: quæ uultis agam: quæ dici
tis missa faciam. Non igitur mirari quenquam oportet: si tan-
ta cum æquitate moderatione & abstinentia ius omnibus di-
ceret: si nullius nec precibus nec opibus a iusticiæ & pie-
tatis regula dimoueri unquam potuit: adeo erat & magno &
inuicto & elato animo: ut nulla earum rerum cupiditate cape
retur: quas uulgus maxime haberet in pretio: Quotus enim
quisquam est: qui si cui negotio procurationiue præfuerit: nõ
iure possit repetundarum arcessi? nequaquam hi cum ani-
mo secum reputant: quod & prudenter & uere Alchanes
Thelecri filius aliquando respondit: Nam cum quis percun
ctaretur: quam ob rem a meseniis munera non accepisset.
Quoniam si accepissem inquit: leges pace frui nequiuissent: At
cum Thodeschinus ei a nostro humanissimo principe magi
stratui præfectus esset: quo nullus alius inter insubres liguresque omnis neque maior est neque illustrior: Quippe quod eius
dicioni iurique reddendo omnes sacerdotum omnium digni
tates: quæ permultæ amplissimæque sunt: subiiciuntur ac pa

Agesilaus rex

Agis

Alchanes

rent :non modo a nemine munera inquam accepit: sed eos etiam pro sua grauitate acerrime castigabat: Qui uel post iudicatam causam disceptationemque omnino compositam & tranquillam huiusmodi aliquid sibi detulissent: Existimabat enim homo prudentissimus decere iudicem & magnum uirum non corruptela solum sed omni corruptelae & auariciae suspitione uacuum esse. Proindeque & M. Curii factum: quia a samnitib⁹ aurum dono missum noluisset accipere: non poterat non probare: & quod Photion atheniensis his responderat: qui centū ad se talenta donaturi attulissent: laudibus ad caelum extollebat. Nam cum rex Alexander regale id pulcherrimumque munus ad eum misisset: nuncios rogauit Photion quid tandem in tanto atheniensium numero se solum Alexander ea pecunia dōaret: qui cum respondissent: quoniam solum ipsum Alexander duceret: & bonum & aequum uirum: proinde ait sinat me & uideri & esse talem. Quis igitur heu talem & tantum uirum non iure nobis ereptum doleat: praesertim hac turbulentissima tempestate cum eius tum praesentia tum uirtute maxime opus esset: Nō enim is erat: qui titanum: ut ita dicamus ac gigantum genere se natum existimaret: Nam qui ex illis ortū sibi uendicarēt: perpetuas cum deo inimicicias gerere: ab eoq; puniri non dubitabat. Sed quod iustis omnibus innocentib⁹que uiris commune est: & ab deo se certe opinabatur & ad deum reditum sibi facilem expeditumque patere. Nos enim quasi diu coloniam inferiorem hunc orbem incolere: quia & coloniae ciuitatum illarum a quibus missae fuerunt: & iura & leges sequi obseruareque consueuerint: itidem & nos diuinae iusticiae atque pietati lege caelesti obstrictos esse. Quod si religiose casteque tueremur: breui fore: ut tanquam ex laboriosa quadā peregrinatione atq; exilio poti⁹ q̄ carcere ex hac mortali uita moleque corporea in ciuitatem patriam ī caelestem libertatem in beatitudinem sempiternam reuocaremur. Itaque stultos & insanos appellabat: qui uentri & sopno dediti: qui uel inanib⁹ uel turpissimis obnoxii libidinib⁹: nec unde uenissent: nec quo redeundum foret: nec qui tandem ipsi essent cogitarent. Nec. n. nos corpus esse: sed aliquid maius corpore multoque praestantius & diuinius: Nam minime dici frustra nos ad dei imaginē creatos. Praeterea nunquam ignorauit antiquum illud siue

M. Curius

Photion

Alexāder rex

Agis

dei Apollinis siue sapienti[s] alicuius dicere maluerimus: & apud omnes celebratum grauissimumque praeceptum. Nosce te ipsum: Nam aliud nihil esse interpretabatur se ipsum noscere: q̄ ut & animum suū esse immortalem & corpus mortale q̄sq; cognosceret: Quaecūq; igitur ageret: quaecunq; diceret: quaecunq; denique cogitaret ad immortalitatem animi ad beatam uitam caelestemque referebat. Meminerat quod Simōides poeta Pausaniae regi lacedaemoniorum consuluerat se hominem esse: Meminerat bonorum mortem non esse interitum omnia dissipantem atque delentem: sed uel separationem quandam animi a corpore hoc est immortalis uitae a uita mortali uel sēpiternum sopnum: ut Plutarchus ait: Tam diu autem sempiternum quo ad caelestis illa tuba insonuerit. His igitur cogitationibus Thodeschinus utens ac se se per omnes humanae ac diuinae uirtutis modos exercens: & deo carus & hominib[us] ad mirādus ē redditus: Non enī sine quadā diuina dilectione atq; benignitate tantam ī huius saeculi fluctibus ac naufragiis p̄speritatem ad ultimā usq; diē expertus est: & eā certe p̄speritatē p̄pterea firmā atq; īmutabilē quod oīa deo & nō fortunae quod leutychides etiam ille primus monebat: semper credidisset: Qui enī spem suā ī deo collocarit: nunq̄ se sua fallit spes. Respicit semp̄ de[us] pios & iustos homines: eosq; nō modo tuetur: sed reb[us] secūdis oībus auget atq; amplificat. Verū q̄d caelestia quaeq; supra nos sūt plurib[us] consectemur: Quanti esset hic uir florētissimus faciundus: satis nobis illustrium uirorū laudatissimarumq; uirtutū optim[us] estimator premiatorq; ostēdit sapiētissim[us] pīceps nr̄: qui ubi mirabili illa sua acutissimi ingenii ui & diuino quodā mētis aspectu oīaq; diligentissime rimat[us] penit[us] p̄spexisset nihil ī eo esse quod minus fidē & ītegritatē saperet: Quem adhuc īfans a p̄re summo pīcipe ad se se instituendū formandūq; acceperat nō aliter semp̄ apud se hūit & oī honore dignatus p̄secutusq; est: q̄ uel chironē uel phoenicē Achilles traditē: nec id q̄dem ab re: aīaduertebat enī in Thodeschino facilitatē humanitatē & modestiā singularē mirificā aī constantiā atq; magnitudinē rerū gerendarū intelligentiā non uulgarē eximiā grauitatē quadā ingenua comitate cōd t[a]m praecipuā īnocētiā egregiā equitatē fidē īcorruptā pietatē inauditā: Quae certe singillatim oīa aliaq; p̄m alta

Simonides
Pausanias
Plutarchus
Leutichides
Chiron
Phoenix
Achilles

dum mecum ipse cōsidero:non possum equidem eius obitu nō uæhementer moueri angi excruciari. Nec stoicis assentior:qui quod natura fieri nō potest:ægritudinem omnem amouēt: nō enim sum aīo pfracto saxeo ferreo adamantino. Verum cum rursus explendo me:& qua condicione nati oēs sum⁹ intueor: facile ītelligo huiusmodi oēm dolorē frustra a nobis suscipi. Quid enim per immortalem deū tantope mouere nos debet? Num uolumus cum natura pugnare? Quæ tāta dementia nobis est? Quæ deliratio? Quæ tāta demū īsania? An illud quod græcorum sapiētissimus apud homerū Vlysses loquitur:nūq̄ audiuimus. Nihil hoīe infirmius tellus aīalia nutrit inter cuncta magis. An qui mortales nati sumus pinde atq̄ dei similes qn potius supra deum: Nā deus ipse mori etiam uoluit:ueluti cum deo ipso:quo immortales futuri sumus:contendere audemus? An ignoramus non in hoc terreno cœno sed in cælesti illa & triumphali gloria īmortalitatem parari nobis. Homo enim:ut inquit Plato :non terræ neque immobilis planta est sed cæli:cuius caput:in quo mentem & rationem & intellectum posuit:Et ex quo reliquum corpus uersum ad terram prodeat:ueluti radix sit erectum ad cælum. Quid præterea hæc uita quæ tot tempestatibus tot naufragiis tot incendiis tot ruinis obnoxia erumnosa plāe mors ē: adeo delectare nos debet:ut cum eius ergastulis & uinculis nostri aliqui liberantur: flere lamentari lugere non desinamus. Non iniuria illud prudentissimi ducis Epaminondæ dictum uideo a ueteribus laudari:qui cum tempore leuictricæ cladis audisset bonum quendam & fortem uirum animam efflasse: O hercules īquit: quod otium uir hic nactus est:ut inter tot negotia ac turbationes per ægrotationem ex hac uita discesserit. discessit inquam Thodeschinus ex hac mortali uita ætate iam ultima mente sana & sensibus integris: post omnia quæ externa uocantur bona in mediis totius Italiæ procellis ac fluctibus: Et ita discessit:ut quoniam bene ac beate uixerat mortem quam inuocare non cogeretur :felicissimam sibi duceret :Nam cum sciret eum male uiuere:qui semper in uita fore se putaret : ita bonis animi smper studuit:ut nihil ei inopinatum posset accidere: & mortem ipsam quandocunque ueniret non inuitus expectaret:Quibus quidem rationibus id tandem est mea sententia

Vlysses

Plato

Epaminondas

assecutus : ut quod semper optarat:nunc per hanc quam mortem uulgo appellamus:immortalis effectus immortalem deum coram aspiciat:& quod humano generi ultimum sempiternumque bonum est:& uero & solido & incommutabili & æterno fruatur gaudio. Quare nolim⁹ obsecro patres amplissimi uæhementius dolore affici quam oporteat: & quod non diu post tempus docebit:huiusmodi necessitatem æquo animo ferendam esse: Iam hinc ratio ipsa docere nos incipiat : ne nostro uideamur non alterius torqueri ĩcommodo:& alienæ quodam modo inuidere felicitati. Mediolani in templo diui Ambrosii .M.ccccxl.

ORATIONES NVPTIALES.

FRANCISCI PHILELFI ORATIO DE INITA SOCIETATE INTER ILLVSTRISSIMOS DVCES BONAM EIVSQuE FILIVM IOHANNEM GALEACIVM ET HERCVLEN AESTENSEM.

a RISTOTELES ILLE PERIPATETICVS Qui ob singularẽ q̃dam ac ꝓpe diuinã ĩgenii acrimoniã & uarietatẽ magnitudinẽq; doctrinæ & diligentiã præterea indefessã atq; incõparabilẽ inter uniuersos philosophos habitus ẽ illustris: docet ĩ iis præceptis:quæ ad Alexãdrũ macedoniæ regem reliq̃t scripta:op⁹ esse ĩ oĩ rerũ publicarũ genere eorum societatẽ constituere.q & potentissimi sint: & ĩ proximo hĩtent: quo tũ adesse tẽpestiue inuicẽ tũ usui mutuo ẽẽ possint :Quæ ãt societas aut cõiũctior aut cõueniẽtior aut etiã certior ac tutior q̃ ea offerri queat:quæ maxĩe ẽ secundũ naturã & deum? Scim⁹ hoĩem ex oĩbus aĩantib⁹ natũ ad societatẽ :& hũc deũ oĩpotẽtẽ ubi creasset:ĩ amœno illo atq; iucũdissimo deliciarũ paradiso ĩpolluti uĩculo matrimonii cõtinuo mũiisse atq; decorasse:cũ ait:Crescite:& multiplicamini:terrãq; replete. Sapientissime igr̃ atq; optĩe gloriosissimi prĩcipes Bõa simul cũ Iohãne Galeacio filio mediolanensiũ duces & uos itẽ magnifici oratores Bõifaci aquobibe Nicolaeq; Roberthe iuriscõsulte q̃ noĩe ac uice illustrissimi ducis Herculis æstẽsis hic adestis:cũ

Exordiũ cum diuisione

Alexãder rex

Narratio

Bona dux

Iohãnes Galeacius dux

Hercules æstẽsis

Anna Maria
Alphonsus
æstensis
Amplificatio

uobis ipsis tum uestræ posteritati consuluistis: qui per sacratissimum coniugii uinculum innocentissimæ īfantulæ Annæ Mariæ uicecomitis & præclaræ indolis Alphonsi æstensis q & ipse item est infantulus: eam hoc die initis societatem: quæ utrique principatui & decori plurimo & utilitati non mediocri futura est. Cæterum ut rem omnem præstantissimi senatores & uos alii ducales magistratus uirique nobilissimi apertius intelligatis & melius: conuenerūt inuictissimi nostri duces cum excellentissimo duce Hercule: ut pro mutua beniuolentia beneficiisque quamplurimis citro ultroque collatis ad perpetuam societatem utriusque principatus Anna Maria ducis Bonæ filia & Iohannis huius Galeacii ducis soror coniungatur per legitimi ius matrimonii Alphonso Herculis ducis filio primogenito. Quod enim ad tantæ rei confirmationem ac stabilimentum potest aliud sacramentum interuenire aut uenerabilius aut incorruptibile magis: q quod in primis parentibus suo ineffabili ore statuit deus optimus maximus per cōiugii sanctitatem? Nonne Christus etiam ipse humani redemptor generis in coniugio nasci uoluit? qui ad nuptias quoque inuitatus non interfuit modo: sed eas ornauit: ac iuuit: cum aquam uertit in uinum. Quinetiam apud priscam illam gētilitatem quanto in honore habitum coniugium fuerit: satis sdilucide declarat nobis perpulchra illa atque perurbana fictio poetarum: qui perhibēt Cecropa primum extitisse inuentorē auctoremque matrimonii: eundemq; fuisse dissimili corporis figura: quippe qui a dimidio sursum repræsentaret hominem ī feriore aūt parte bæstiam. Vertisse hunc scilicet uolunt incōpositam illam & incontinentem hominum uitam: qui bestiarum more in montibus ac siluis passim nullis certis neq; nuptiis nec legibus nec domiciliis uagabantur: in usum ciuilem atque coniugalem. Itaque ob tantæ rei gloriam Cecrops ab atheniensibus pro deo & habitus est & cultus: a cuius etiam nomine ii sūt Cecropidæ appellati & urbs athenæ cecropis. Et sunt hi sane duo principatus non finitimi solum sed iis muniti ciuitatib⁹: quæ nullā Italiæ potentiā metuant. Thesauris uero tot tantisq; abūdāt: ut & ī pace oēm aliorū ornatū superēt: & siqua bellādi: ut fit: necessitas acciderit: possīt & terra & mari copias maxīas robustissimasq; parare. Ad hæc q pñtes

Cōfirmatio

Christus

Cecrops

Athenienses
Cecropidæ
Athenæ
Cecropis
Amplificatio
Italia

affinitates ĩter se cõueniant. expediã paucis. nec altius repetã: ne q dicẽdo gratus audientibus esse uelim: afferam prolyxita/te ipsa fastidiũ. Quattuor mihi requirẽda occurrunt ĩ quolibet matrimonio nec ea q dem in sponso minus q̃ in ipsa spõsa probitas pulchritudo nobilitas diuitiæ. Probitas hoc tp̃re non tã ĩ ipsis infantulis est consyderanda q̃ in parentibus: Nã ea ætate sunt: ut spẽ de se optimã ex educatione duntaxat nobis præstare uideanẽ. Alphõsus cũ ab ĩclyta matre Leonora regis Pherdinãdi filia & alatur: & educetur: nõ debet nõ egregios de se fructus polliceri: Est enĩ leonora nullius uirtutis inops: Nã de Bona ĩclyta duce nr̃a quæ possint laudes a quoq̃ excogitari: qbus ip̃a nõ superet oẽm hoĩum opinionẽ? Præte reo ei⁹ pudiciciã humanitatẽ benignitatẽ modestiã cõtinẽtiã religionẽ sanctimoniã clæmẽtiã & oẽ deniq̃ bonitatis gen⁹. Vidistis certe uos oẽs: audistis inq̃: q̃ta cũ animi magnitudine ac robore proximis domesticæ cõiurationis tumultibus illis nocturnis uel furorib⁹ potius occurrerit. Quo ip̃o in discrimine tanto tamq̃ repentino atq̃ inopinato & formidabili qs non mireẽ atq̃ obstupescat intrepidũ ĩuictũq̃ heroicæ bonæ aĩum: quæ incredibili quadã cũ fiducia uoluerit arma capere atq̃ arcem egredi m inumq̃ cõserere cõminus cũ perditissimis tanti tamq̃ truculenti atq̃ immanis sceleris auctoribus? Quã ergo Myrinã q̃ Penthesileam q̃ Tomyrin magnanimæ huic uiragini cõparemus: quæ in tanta animorũ consternatione tã præclarum facinus uel sola aggredi nõ pertimuerit? Huiusmodi igiẽ nata educataq̃ uiragine Anna Maria talis sponsa futura est: quæ nulla ꝓbitate speranda sit matre ipsa inferior. De pulchritudine aũt utriusq̃ uel ex hac diiudicare possumus & sponsam & sponsũ ea uigere formæ bonitate: ut cũ angelica specie quadã existimenẽ comparandi. Quod si de nobilitate utriusq̃ ꝓ dignitate loqui uoluero: dies me deficiat: Nã maternum Alphonsi genus auum refert Pherdinãndũ regẽ manu ꝓfecto strenuũ & aĩo infractum. Quid.n. meminero Alphonsũ proauum illũ: q talis tantusq̃ fuit: ut nõ absurde cũ omni antiqtate potuerit de regia maiestate contẽdere? Nam pater Hercules quantam de se laudem polliceatur: probant eius res clarissime gestæ cum sub Alphonso & Pherdinando regibus nobilissimis tum multo clarius in recuperando seruandoque pa

Quatuor in cõiugio requiri
Probitas .i.
Alphonsus
Leonora dux
Pherdinandus rex
Bona dux
Myrina
Penth. silea
Tomyris
Pulchritudo .ii.
Nobilitas .iii.
Pherdinãdus rex
Alphons⁹ rex
Hercules dux
Alphõsus rex
Pherdinandus rex

trito auitoque principatu. Quis autem est nescius: quanta ī lu
ce uixerit splendidissimus dux Borsius: qui omniū primus du
calē dignitatē iuexit in æstensem prosapiā? Cuius frater Leo
nellus marchio doctrinæ splēdore cæteros suæ ætatis princi
pes antecelluit. At Nicolaus: horū oīum pater nulla uirtute
carens īmortalitatis sibi memoriā cōparauit. Annæ aūt Ma-
riæ genus unde originē ducat: nemo ē: quem censeā præterire:
Nā maternū nō solum a Sabbaudiēsibus: qui Allobroges sūt:
manat principibꝰ sed a Cypriorū francorumq; regibus. Pater
num uero si uetustatē Sphortianorū ī medium efferamus: iue
niemus a Daciæ regibꝰ originē sumpsisse. Verum cæteris bre
uitatis gratia prætermissis illos tātum attingamus: quos oēs
& uidimus: & nouimus: Philippum Mariā Franciscum sphor-
tiā & Galeaciū Mariā: tris mea q̄dē sentētia ī oī gloriæ nume
ro præclaros atq; sūmos duces. Ingenio & prudētia atq; consi
lio Galeaciꝰ non difficulter mortales oīs mirabiliter anteibat:
Eloquentia uero fuit tanta: ut ex eiꝰ lingua quod de Nestore
Homerus cecinit: melle dulcior proflueret oratio. Insuper re-
bus bellicis quantum claruerit: testis est Gallia transalpina:
qua tempestate uiuo adhuc patre auxilium tulit regi franco-
rum Lodouico. Testis est post patris obitum flaminia: quo
tempore Bartholomæus collio ac cæteræ tam multæ hostiū
uires profligatæ sunt. Testis est semel & iterum extrema illa
atque opulenta cisalpinæ Galliæ regio: quam uulgo pedemō
tanam uocant. In ea enim ingentis hostium copias superauit
uicit: oppressit: perdidit. De Francisco autem Sphortia huius
patre quid dignum eius memoria recitemus? Is per omnem in
uictus ætatem & uictor semper tale tātumque imperium nul
lis hominum adminiculis sed sola sua immensaque uirtute
adeptus est. & italiam uniuersam quandiu uixit: perinde at-
que peculiarem haberet in manu: in pace perpetua tranquilli-
tateque seruauit. Nam de huius socero nobilissimo illo princi
pe & si uerecundius uerba facio: quod non parem eius diuinis
meritis orationem referre me posse intelligo: tamen non am-
bigam ꝓfiteri & id uerissime quidem neminem unquam mihi
neque uisum neque lectum nec auditum: qui & belli & pacis
artibus cum uno egregio duce illo Philippo Maria fuerit con
ferendus: usque adeo supra omne humanum ingenium fuit

Borsius dux
Leonellꝰ marchio
Nicolaꝰ marchio
Anna Maria
Sabbaudiēses
Allobroges
Cyprii reges
Frācorū reges
Sphortiani
Daciæ reges
Philippꝰ Maria dux
Frācīscꝰ sphortia dux
Galeacius Maria dux
Galeaciꝰ dux
Nestor
Homerus
Gallia transalpina
Lodouicꝰ rex
Flaminia
Bartholomæꝰ collio
Gallia cisalpīa
Pedemontana regio
Fr. sphortia dux
Italia
Philippꝰ Maria dux

animo infracto ac sublimi & amplo. Quod autem ad postre mum quarto loco mihi dicendum proposueram: id omne circa utriusque partis opes diuitiasque uersatur: quæ cum aliis multis in rebus ac maximis plurimum ualent: tum in parãdo gerendo conficiendoque bello necessariæ sunt omnino. Hæ uero tales tantæque existunt in huius sponsæ sponsique parentibus: ut cunctos Italiæ exercitus quandocunque fortunæ aliqua uis turbulentiorue casus ingruerit: aut hominũ ĩsidiæ uoluerint aduersari: minimo cum labore cõducere audeãt: & quandiu uoluerint: sustinere. Quare cum & diuitias & nobilitatẽ & pulchritudinẽ iuxta ut ꝓbitatẽ utraqꝫ pars de se merito ꝓfiteri q̃at: reliquũ ẽ: ut quæ utriusqꝫ prĩcipatus societas potẽtia plurimum pollet: & confinia habet admodum proxima: ea solido atque inuiolabili futuri coniugii sacramento quan sanctissime confirmetur: & uinculo roboretur indissolubili. Quod igitur felix faustum fortunatumqꝫ sit: uos magnanimi duces Bona mater Iohannesque Galeacii frater Annæ Mariæ infantulæ: & uos item ornatissimi oratores qui uicem ac personam constantissimi ducis Herculis pro eius filio Alphonso infantulo primogenito repræsentatis: quæ cætera ad tantam rem pertinent post auxilium induiduæ trinitatis Mariæque uirginis imploratum per expressam uultus hilaritatem animique læticiam facitote.

Diuitiæ. iiii.
Italia
Conclusio per enumerationẽ
Bona dux
Iohãnes Galeacius dux
Anna Maria
Hercules dux
Alphõsus
Trinitas
Maria, uirgo

Quæ quidem oratio habita est ab eodem Francisco philelfo Mediolani in arce portæ Iouis. vi. Idus Iunias. M.cccclxxvii.

Francisci philelfi poetæ laureati & oratoris egregii Epithalamion in Ill. Beatricis & Tristani sphortiæ nuptiis habitum.

Tsi lætandũ mihi admodũ sentio Illustrissime dux Borsi: quod eã sum nactus dicendi materiã: quæ cũ fecunditate sua tũ ẽt dignitate sit tanta: ut ne tenui quidem exiliqꝫ ĩgenio uerba deesse unqꝫ possint: nõ ad loquendũ modo: sed ad copiosissime quoqꝫ & ornatissime eloquẽdũ: tñ nõ debeo nõ cõmoueri: cũ ĩtelligo nõ tã ipsius rei ãplitudinis atqꝫ splẽdoris q̃ꝫ tẽporis poti⁹ rõnem habere me oportere. Dicẽdũ ẽ. n: de nuptiali bono: cui⁹ nobilitas

Prohoemium
Borsius dux
Narratio

q̄ta sit q̄tiq; faciunda:uel ex eo probari auctore potest:q primus matrimoniū instituit. Et quem nā hunc fuisse dixerimus? Num Cecropa illum uetustissimum legumlatorē: qui genere ægyptius eadem apud græcos tēpestate claruit:qua sapientissim⁹ Moses apud hebræos? An Vulcanum:q Mercurio apud ægyptios successit in regnū. Nam uterq; horum q̄ longissime fuit antiquior Romulo:quem tamen nō mediocrem laudem assecutum phibent:qm̄ Vrbe condita nihil sibi potius duxit ad salutē decusq; imperii:q̄ fide caritateq; coniugali ciuium aīos deuincire. Tradunt enim & Vulcanum legem tulisse de pudicicia muliebri. & Cecropa ipsum posteaquā homines qui ī siluis ac montibus passim ritu ferarū nullis domiciliis:nullis certis nuptiis:nullo deniq; uitæ cultu dispersi uagarent̄. unā in ciuitatem quamprudētissime coegisset:eaq; urbe munisset quam a suo nomine Cecropida primū dici uoluit: Athenas deīde nominatam:salutiferas dedisse leges:quibus promiscua illa concubitus inconsyderataq; libidine sublata certos redderet partus: & omnem uiuendi feritatem e medio tolleret. Quibus sane pulcherrimis atque optimis non tam inuentis quam inuentorum imitationibus eam legimus utrique gloriam contigisse:ut & Cecrops in græcis:& Vulcanus in ægyptiis regnauerit:honoribusq; diuinis ornatus fuerit: Quid enī e gentilitate:quid ex humano genere quenquam meminerimus:cui huiusmodi inuentio danda sit:cum rem tum multo antiquiorem tum adeo nobiliorem esse uideamus:ut si ad ullum humanum ingenium referatur: quam stultissimum sit? Nullus certe uir usquam tantum coniugii fructum tantam sāctitatem tantam suauitatem tantam bonitatem primus inuenit:Fuit enim solus. fuit inquam deus ipse omnipotens solus: qui in primis parentibus prior ostendit nihil esse humano generi conuenientius nihil conducibilius nihil omnino melius dilectione & necessitudine nuptiali. Quantum autem hoc unū matrimonii sacratissimum institutum cæteris omnibus institutis mirifice antecellat:ea rōne licet intelligi quod reliqua sacramenta humanæ sunt uel inuētionis uel pietatis. at cōiugii immortalis deus ē auctor & id quidem quod modo dicebam in primis parentibus illisq; īnocentibus & nulla adhuc titillatione sensuum irritatis. At quo in loco? Nunquid in cubicu

Vulcanus

Cecropis
Athenæ

Cecrops
Græci
Vulcanus
Aegyptii

Deus oīpotēs

lo ?num in tenebris ?In sereno certe illo atque floreo & per/amœno delitiarũ horto quem græci παράδεισον paradison uocant: hedem ab hæbræis nominatum. Et hunc quidem lo/cum rerum omnium uisibilium atque inuisibilium deus con/ditor idcirco in terra quasi quandam regiam nullius prorsus neque pulchritudinis neque bonitatis inopem constituit: ut quem ad suam imaginem ac similitudinem proinde atque re/gem terrestrem creauisset: uitam in sanctissimo agens pientissimoque coniugio felix in ea beatusq́ sederet: uniuersæq́ terræ imperitaret. Non igitur est mirandum: si deinceps Christus optimus maximus qui & uerus est deus & ueri dei filius: tum in coniugio nasci uoluit: tum uxorem nisi adulterii causa di/mittendam prohibuit: tum etiam nuptiis inuitatus interfuit: easque probauit. Quo fit: ut quam rectissime utrique uestrum prospectum existimem & tibi Beatrix illustris ac præclara totius muliebris uirtutis atq́ dignitatis species & tibi item Tristane paterni illius Sphortiani insuperabilisque splendoris fulgentissimum lumen? Satis es præsens satis es coram o Tristane: qui per legitimum procuratorẽ auunculũ tuũ ornatissimum equitem auratum Lancelotum mainum oĩa tuo nomĩe transigi uolueris: quam rectissime inq́ uobis prospectum consultumq́ existimo? qui ut est is incomparabile continentiæ & pudiciciæ ornamentum: sacratissima uos coniugalis necessitudinis caritatisq́ lege mutuo deuinciri institueritis: ut quæ humanæ societatis coppula prima est natura: iã uestrum alterũ uirum in alteram uxorem & dici & haberi oporteat: Non enim parua sunt aut negligenda nuptiarum bona: si ea nobiscũ docte cogitemus: quippe quæ tripartita esse uiri sapiẽtissimi prodiderunt fidem prolem sacramentum. Atq́ sacramento quidẽ ipso quo æterni uerbi repræsentatur ecclesiæque coniunctio: hoc uel maxime præstatur: ne diuortium fiat: ne quoniam cõiugale decus in regendi matrimonii suscipiendorumq́ liberorum officio positũ ẽ: alter ab altero separetur: ne dimissa dimissusue alteri coniũgatur ne prolis quidem ullius gratia. At proles cum pie suscipienda est: tum benigne alenda: & quam religiosissime educanda. Fidei autem munus est: ne quam in libidinis intemperantiam præter coniugalis uinculi sanctitatem delabamur. Idque æque uiro aque uxori cauendum censeo:

Græci παράδεισον paradison

Christ⁹ optimus maximus

Beatrix

Tristanus

Lancelot⁹ mainus

Fides
Proles
Sacramentum

quo neuter adulterii crimini fiat ob noxius: sed mutua se dile
ctione prosequantur. Itaq; memineritis iam utrunq; uestrum
quantum ad corporis potestatem attinet: alterum alteri serui/
Aurelius Augustinus
re & uxorem uiro & uirum item uxori. Num ut Aurelii Au/
gustini grauis est ueraq; sententia: ne continere quidem coniu
gi licet: ubi cõiunx noluerit: Hæc autem una seruitus usque a
deo est libera ut alia libertas nulla in ciuili uita neq; liberior
Lycurgus
sit neq; utilior nec sanctior. Itaque non absurde Lycurgus la/
cedæmonius sapiẽtissimus legumlator eos omnis qui nubere
Gymnici ludi
uoluissent: a spectaculo gymnicorum ludorum arcẽdos iussit
& quem honorem atq; obseruantiam iuniores præstabant se
nioribus assurgendo cedendoq; eosdem carere uoluit. Quo fa
Dercyllidas
ctum est: ut illud postea dictum in Dercyllidan improbaretur
a nemine: Dercyllidas qui spectatus esset & clarissimus ĩpator
cum aliquando uenisset in consessum: adolescens quispiam ei
subsellium haud cessit: quin quasi exprobrando inquit: nam
nec tu mihi qui cessurus esses genuisti. Et ut reliqua bene con
uenientis felicisque coniugii commoda breuitatis gratia præ
teream: quid de eius iucunditate: quid de laudatissimo insupe
rabiliq; amore dicendum sit. Nam nec secũdis nec aduersis in
rebus qui se tanto ac tam pio coniugii bono dignos præstite
re: inferiores usq; iudicati sunt: quominus oĩs uel fortunæ uel
Penelope
naturæ difficultates superarint. Quid enĩ aut Penelopes quã
Euadne
fabulantur: cõstantiam: aut Euadnes tum patientiam tum aĩ
Tiberius
magnitudinem in medium referam? Nonne Tiberius ille Grac
Gracchi
chorum pater uxoris uitam suæ uitæ prætulit? Nam Artemi
Artemisia regina
sia regina carũ non modo se uiri mausoli cineribus sepulchrũ
præbuit: sed ne diutius esset in uiuis tabescendo inuenit. Omit
Cares
to utrunq; Plaucium. Omitto. M. Bruti. Omitto Mithridatis
Mausolus
Pompeiiq; uxores: quæ tamen ipsæ perspicue declararũt nul
Plaucii
lum esse ĩter humanas societates uinculum: quo magis quam
M. Brutus
coniugio modesto atq; morigero nos uinctos esse in omnem
Mithridates
fortunam gaudeamus. Possem innumerabilia pœne exempla
Pompeius
meminisse: qbus cõiugalis felicitatis ius atq; decus magis ma/
gisque pateret. Sed quoniam breuitate utendum est: cæteris
omissis uos illud unum fortunatissimi coniuges etiam atque
etiam moneo atque hortor ut nihil uobis maiore studio ma/
gnifice ex animo curãdũ existimetis: q̃ ut deũ semp aĩ oculos

coramqꝫ habeatis:quo proinde atqꝫ præsentē uidenteqꝫ & co gitetis & agatis omnia ad eumqꝫ mentem omnem aīumqꝫ ue strum sancte pieqꝫ referatis. Quod si feceritis:sicuti certe facie tis:agetis omnia sobrie.omnia continēter.omnia pudice. om nia ritu moreqꝫ diuino. Itaqꝫ deus cunctis in rebus propitius uobis aderit. uos cōplexabit. uos tuebitur. Propediem uobis: cuius rei gratia matrimonium est constitutum : optati liberi iucundiqꝫ dabūtur. cōsequentur nepotes.posteritas propaga bitur.oīa deniqꝫ uobis fausta felicia fortunata erunt. Et quod proxime accedit ad deū facile obsecro:ut parentū generisqꝫ ue stri laudatissimos mores præstātissimasqꝫ uirtutes quo ad ei⁹ rei fieri a uobis poterit:dies noctesque imitemini. Tu enī Bea trix splendidissimum pudiciciæ castitatisque documētum ut reliquos illustris maiores tuos tempori obsequens conticescā nata es eo patre Nicolao æstensi florentissimo principe : qui grauitate & animi magnitudine cum oī antiquitate potuerit de gloria contendere. habuisti Leonellum fratrem :cuius sapi entia uirtusque tanta fuit:ut nulla sit ætas laudes eius obscu ratura. Est enī tibi nō fr̄ solū sed humanissimi & bn̄ficētissimi patris loco: quem hic præsentem & mirabili cum animi uolu ptate coniectis in te oculis astantē intueris. Illustrissimus dux Borsius: qui & belli & pacis laudibus q̄ti sit faciundus cum aliis permultis argumentis ostendi potest:tum uel ea ratione maxime quod primus suorum omnium in præclaram & præ potentē æstensem familiam cum īmortali sui nominis gloria ducatum īuexerit:quam quidem dignitatem hoc tempore sci mus ad regiam esse proximam. Quare tui ē officii atqꝫ probi tatis Beatrix nobilissima:ut tuis te maioribus atqꝫ domesticis q̄tum fert ingenium tuum castissimiqꝫ mores:rebus ī omnib⁹ dignam præstes:& ita præstes ut & luce functi in tua pruden tia integritateque reuiuiscant:& dux Borsius qui te non secus ac filiam mira caritate prosequitur:de tuis laudibus audire in dies magis magisque delectetur. Id autem una re facile conse queris:si tecum assidue memīeris :& quo genere nata es & cui tradita coniugio:Tristanus enim uir tuus inter uniuersos no stræ ætatis iuuenes : siue ingenii splendorem : siue robur magnitudinemque animi : siue corporis dignitatem ac ui res consyderemus : talis est ac tantus : ut ea de se quæ

Deus

Liberi

Nepotes

Beatrix æstēsis

Nicola⁹ æstēsis

Leonellus

Borsius dux

Tristanus

Iason at oĩa non iniuria polliceri: quæ de Iasone in argonauticis fin
Orpheus git Orpheus: cum illum cæteris heroibus præferẽs ita cecinit
Iuno // Clarior in cunctis diuus fulgebat Iason: Iuno & enim lætos
// oculis afflarat honores: Ac pulchrum dederat magnumq; &
Fr. sphortia pectore fortem. Nam quid de ipsius patre Francisco sphortia
fortissimi illius ac summi imperatoris Sphortiæ filio: quem
Italia omnis mirata est sensitque Italia: in præsentia mihi in tam
breui temporis curriculo dicendum sit? Cum eius res clarissi-
me gestæ tot tantæque sunt: ut si eas non dicam exponere:
// sed enumerare uelim: ante diem clauso cõponet uesper Olym
// po. Satis illud superque sit quod unum ex omni hominum
memoria esse nouim⁹. qui parua etiam manu uniuersos Italiæ
ac maximos robustissimosq; exercitus: qbus cũ est cõgressus:
cũ quibus. n. congressus nõ ẽ: et ne id quidẽ lacessens unq̃; sed
lacessitus semp coactusq; iniuria eos semp cũ gloria fuderit. fu
garit. uicerit. oppresserit. Quæ certe nũq̃; aduersus omnis for-
tunæ turbines atque procellas potuisset efficere: nisi ob ma-
ximas innumerabilisque uirtutes: quibus mortales cæteros
mirabiliter anteit: omnipotenti deo gratus carissimusq; esset.
Et enim frustra sunt hominum conatus: qui se a iusticia abdu
xerũt. Illos solos tuetur deus ac rebus secundis auget atque
ornat: quos uiros iustos bonosque cognorit. Quare mirari ne
minem oportet: si aduersus florentissimas opulentissimasque
resp. aduersus maximos potentissimosque reges. aduersus om
nem irruentis & infestæ fortunæ: quam uocant impetum. il-
lud imperium est adeptus nullis humanis opibus sed deo dũ-
taxat in tantarum & tam illustrium uirtutum præmium auc
Italia tore duce atque uexillifero: quo nullum est in Italia nec opu-
lentius. nec pulchrius. nec magnificentius. Et quod magis stu
pendum esse iudico: cum uniuersa Italia mutuis bellorum
incendiis modo conflagraret: reliquis omnibus principibus:
Ciuitatibus regibus de pace omnino desperantibus: Solus
Franciscus sphortia est inuentus: qui singulari sua ingenii
acrimonia diuinaque sapientia ardentissimas bellicorum fla-
mas præter omnem omnium opinionem subito represserit.
extinxerit. deleuerit. tantamque repente pacem intulerit: quã
ta ex omni hominum sæculo in Italia nunquam fuit. Cum-
que desperati quidam prostratique Antæi romanæ ecclesiæ

oppida urbesq; disturbare atq; dissipare moliantur: solū hūc unum esse prospicimus: qui quasi uitalis salutarisq; oībus bonis aura ecclesiam ipsam iam metu exaīatam atq; sui inopē cōseruet. alat. augeat. sustineat. sesuq; afficiat. Indignum sane & impium esse ducēs: si qui rebus in cunctis deo utitur salutifero adiutore: nō eius sacrosancto se domicilio & adiutorē & liberatorem praebeat. Cū tales igitur parētum uestrorum splēdidissimiq; generis ideas per oēs uirtutis numeros uobis propositas esse ītelligatis felicissimi cōiuges: curate quaeso efficiteq; ut corporis oculis & mētis luminibus ita eas ītuamini īspiciatisq;: ut uestris omnibus honori: uobis uero ipsis emolumēto & q̄ iucundissimae uoluptati esse possitis. Quod autē ad rē attinet: iure gratulandū esse uideo: & tibi praestantissime dux Borsi & optimo illi meo maximoq; prīcipi gloriosissimo Mediolanensiū duci Francisco sphortiae: q per conuenientissimi hui⁹ pulcherrimiq; coniugii uinculū nō modo pristinā necessitudinem uestram singularique beniuolentia confirmastis: sed bonis omnibus totique Italiae spem certissimam attulistis perpetui otii exoptataeque quietis. Quis enim dubitet bene uobis inter uos consentientibus pacem Italicam firmam inconcussamque duraturam. Sed ne sim dicendi prolyxior ad ea ueniens: quorum gratia tanta omnes frequentia conuenerunt: quae reliqua sunt: materno usitatoque sermone transigam.

Borsius dux
Fr. sphortia dux

Ferrariae. viii. Idus apriles M. cccclv.

Franciscus Philelfus sal. d. Lodouico casellae.

b Aldassar cremensis: qui medicinae studet apud uos: renūciauit mihi hoc die sese īterfuisse nuper sermoni cuipiā Guaryni ueronensis: q affirmaret idcirco in proxīo Epithalamio: quod ī inclytae atq; pudicissimae Beatricis & Magnifici Tristāi sphortiae nuptiis habuissem ferrariae: nullis me donatū munerib⁹ a praestātissimo duce Borsio: qm̄ dicere praeter misissem de aestensium principum origine: idque omnium maxime dicendum fuisse Guarynum nostrum contendere: Haec ipse audiens Lodouice partim cogor tibi quodammodo: ut

Baldassar
Beatrix
Tristanus
Borsius dux
Lodouicus casella

ita loquar:succensere:partim Guarynı memoriæ ridere atque commiserescere:qui oblitus uideatur Philelsum in scribendo omnino neque præterire nec negligere solitum. Quid.n.Guarynus nouit:quod Philelfus ignoret? Nam si quid plus ualeat Philelfus an id minus:doctiores iudicent. Omniū primū breuitati:ut scis:fuit inseruiendum:id quod in meæ orationis initio paucis quæstus sum.deinde non altius repetendum de principibus æstēsibus fuerat: q̃ de Sphortiis facerem. At plures sunt a me laudati æstenses q̃ Sphortiæ:cum tamen essem a Francisco Sphortia tali ac tanto principe ad id negotii obeundū & delect⁹ & missus. Quid quod multo fuissem & copiosior & ornatior:si me per tuas litteras docuisses:q̃ de tuis imo nostris æstēsibus abs te ātea trib⁹ deinceps epistolis cōtenderā?Nunqd es oblit⁹me tertiū scripsisse tibi eā esse prīcipis mei sententiā:ut istuc irem habendi epithalamii gratia?teq; etiam atq; ēt rogasse:ut qm̃ mihi nulla esset eorum cognitio:quæ ad æstensis familiæ laudes maxime ptinerent:ad me omnia q̃diligentissime perscriberes:quæ laudanda ac principi tuo grata cēseres?Nonne eadem quoq; abs te per lr̃as tū per Antonium Triciēsem ducalem aulicum cōtinuo petii:quo die in suburbanos illos ferrariæ hortos diuertimus?Ad hæc quis est uel mediocriter doct⁹ quem latere debeat extraria ista omnia:quæ tāti Guarynus facit:ab aliis uiris sapientibus in minimis duci bonis:ab aliis uero ne in bonis quidē duci?quo fit : ut omnis uera laus uirtutis sit. At uirtutis a me æstenses sūt pro tempore egregie laudati. Nulla igit̃ aduersus me quisq̃ utat̃ insimulatione nulla calumnia:quare minus me munifice munificētissimus dux Borsius tractarit:cū ab ipso equidem q̃ta mea fert opinio:perhumāiter tractat⁹ fuerī & ut græci dicūt μεγαλοπρεπωσ quippe qui me tum publice miris laudibus extulerit:tum hilariter priuatim monuerit si quid esset: quod de se mihi usui foret:id omne in mea esse potestate politum. Aut igitur nihil a me erratum est:aut si quod est erratum:id omne tibi amicissime Lodouice dandum existimo. Itaq; uel meam tu apud insimulatores istos uel tuam apud me causam tuere. Vale. Et me illustrissimo isti principi unice commēda. Ex Mediolano. vi. Idus Augustas. M.ccccLv.

Guarynus
Philelfus

Aestenses
Sphortiæ
Fr. sphortia

Laus

Borsius dux
μεγαλοπρεπωσ
megaloprepos

Lodouicus

Francisci philelfi oratio nuptialis habita i sponsaliciis Theodori plati iureconsulti & Elisabet Vicecomitis.

[S]iue ipsum naturæ ductum siue rationis atque honestatis uim consyderemus: nihil esse in actiua ciuilique uita aut antiquius aut dignius reperiamus bene conuenietis coiugii caritate & sanctimonia: Nā si ex omnibus gregalibus aīalibus homo est maxime ad societatem natus: quis non id uel institutum uel sacramentū maiorē ī modū probet: laudet: admiret: q hāc naturæ cōmunitatē & tuet: & propagat? Hoc aūt mrimonio præstari q nescit: seipm uidet ignorare. Recte igr ac uero scriptū legimus ab Aristotele acutissimo illo eruditissimoq philosopho hoīem solitariū aut bæstiā duci oportere aut deū: utpote bæstia paucis egēte reb⁹: deo āt nulla. Secus uero de hoie usu uenit: q cū multarū uariarumq rerū ad uitā īdigeat: eas sol⁹ parare sibi nullo pacto possit. Itaq prima uitæ domusq societas ī cōiugio est sita. Ex hoc .n. tanq sæminario reipublicæ manāt liberi nepotes posteriq oēs: q cū unis ædibus capi nequeant: in uicos primū dein ī ciuitatē propagant & regnum. Quare nō prudēter solū uerumetiā sancte ac pie ille mihi hūano generi uidet consuluisse: q primus ad hāc naturæ coītatem matrimoniū instituit: ab quo ipso q abhorret: nō debet nō fateri cū deus nō sit: se simillimū esse belluæ. Et quinā is fuit? Nū Romulus? nū Cecrops? Nū Vulcan⁹? Stultus pfecto existimādus uidet mihi: q huiusmodi inuentū humāo igenio tribuat. Alti⁹ certe repetendū ē nobilissimi hui⁹ ac sanctissimi īstituti pricipiū. Fuit inq fuit oīpotens ille ac sūmus rerū oīum & auctor & creator de⁹: q cōtinuo ī primis nris illis parētib⁹ cōiugiū cōstituit iubēs. Crescite: & multiplicamini: terráq reple te. Itaq possum⁹ liqdo ītelligere: quāta insit ī mrimonii sāctitate nō laus solū. sed ēt ueneratio: cū id a mēte diuina & pfectū sit & constitutū & iussū. Et ē sane cōiugiū hoc ē uiri atq mulieris fm legē ad procreandos liberos cōiūctio ea prima societas: quæ cū societatū oīum inter hoīes & origo ē & fundamētū: tū & suauissima ducit & utilissīa honorificaq ī primis: hæc .n. tria maxīe expetūt ī uita honos utilitas uoluptas l'ea potissimū rōne: q honos debet uirtuti utilitas necessariis reb⁹ cultuiq domestico: uoluptas āt ea: q ul' corporis ul' aī labore

Aristoteles

Romulus
Cecrops
Vulcanus

atque negotio aliquādo conquiescimus: Quæ quidem omnia inesse in bene morato coniugio non difficulter inueniamus: si uelimus nobiscum ipsi animo uolutare: a quot quātisque fla/gitiis per matrimonii sanctimoniam & tuti reddimur & salutares ob eamque rem maxime honorifici. Temperantes enim atque pudici coniuges nihil agunt: nihil cogitāt: nihil loquū/tur: nisi quod honestum decorumque sit atque secundum deū: quippe qui semper ante oculos habeant ad illius se imaginem ac similitudinem creatos nihil agere oportere: quod minus creatori suo gratificetur: sed omnia sobrie omnia caste omnia innocenter omnia secundum legem diuinitus cōstitutam. De utilitate uero quid est opus prolyxiore utamur oratione: cum nemo sit natura usque adeo profusus aut inconsyderatus: q dū se uidet obstrictum coniugali bono: non continuam hēat rationem amplificandæ rei familiaris: qua sese atque uxorem suosque omnis non alat solum: sed cum dignitate tueatur! Eademque mente uxor omnia ad conseruationem rei domesticæ omnia refert ad parcimoniam: Quibus utriusque studiis quanta conflетur utilitas: nemo est: quem lateat. Quem præterea fugit eorum: qui sine coniugio sunt: rem omnem familiarem habere deterius in dies: utpote cui parcat nemo: sed obligurianт eam omnes: atque diripiant! At uoluptatem non ea metior ratione: qua pecudes uidemus: ut sit suauis quædam sensuum titillatio læuisque pruritus. Sed ea mihi uoluptas uidetur optanda: qua quod modo dicebam & nimii corporis labores remittuntur: & animi perturbationibus quandoque pressi uelu ti relaxantur. Huiusmodi uero uoluptatem bene compositū matrimonium in sese continere nemo sanæ mentis ignorat: Nam & uir in uxoris probitate pudicicia parcimonia diligentia atque caritate mirifice conquiescit: & uxor in uiri pruden/tia strenuitate industria ac mutua erga se uolūtate omnes animi molestias curas sollicitudines & reponit: & sedat. Ad hæc uero quanta est ea animi uoluptas: quæ continuo ex procreatis liberis percitur: cum in iis sese parentes intueantur non solum esse sed perpetuo fore! Possem alias plærasque rationes ī medium afferre: quibus ostenderem in hac actiua atque ciuili uita nihil esse coniugio nec præclarius nec melius: sed unum illud potissimum: quod cætera sacramēta hominū prudentiū

excogitatione atque auctoritate & inuenta sunt & cõstituta. Matrimonium uero cum deus ipse in prima nostra origĩe suo ore constituit ac iussit & id quidem in horto deliciarum & in sũma uitæ continentia atque puritate tum etiam christus optim⁹ maximus dilucide confirmauit qui & in matrimonio nasci uoluerit: & diuortium temere fieri prohibuerit: & ad nuptias inuitat⁹ eas sua præsentia honorauerit: ac iuuerit. Perbeate igitur illis ego prospectum reor uiri magnifici matresque nobilissimæ: qui hac felicitate coniugii muniri sese insignirique instituerint: Quorum honorifico splendidissimoque cœtui uos hoc die ascriptum iri Iureconsultorum clarissime atque integerrime Theodore plate & nobilissima pudicissimaque uirgo Elisabet uicecomes iure ac merito pro mea erga uos innocentissima uoluntate & lætor: & gaudeo: Intelligo enim ĩ hoc mutuæ caritatis uinculo fore: ut tranquillam ac faustam & fortunatam uitam uestrum utrique partam & animaduertant omnes: & fateantur. Hoc autem loco haud absurdum fuerit mea sentẽtia: ut quid uobis tenẽdum seruandumque sit: paucis commẽter. Eninuero prima coniugii causa est spes quædam immortalitatis: quæ ex liberis nobis paritur: Nam qui corpore mortales sumus: per illos reddimur immortales: propagatur enim caro nostra in iis: quos genuerimus. Accedit etiam illud: quod coniugati haud difficulter uitant illicitos omnis prohibitosque congressus: ob quam quidem rem monet apostolus: ut quisque habeat suam. Est præterea uxor uiro permultis in rebus adiumento non mediocri. Solere etiam per uxoriam caritatem & acerbissimas inimicicias tolli ardentissimaque bella restingui raptæ sabinæ nobis exemplo sunt: Possem alia meminisse ꝑmulta: quibus cõiugii bonitas elucesceret. Sed quoniam res patet ipsa per sese: ea breuitatis gratia missa facio: modo unum illud uestrũ prætereat neutrum triplicia esse bona cõiugii secundũ aureliũ augustinum fidẽ prolem sacramentũ. Fidei aũt illud ẽ munus: ne præter uinculũ coniugale cũ altero aut altera cõcubat: id quod nõ min⁹ uiro seruãdũ est ꝙ uxori. In prole uero attendit: ut cũ caritate suscipiat: religioseque educet & urbane. At in sacramẽto cauendũ est omni studio: ne coniugiũ separet ne ꝑ diuortiũ alteri coniungat: ne prolis qdẽ ipsius cã. Estque præceptũ illud ꝑpetua recordatione usurpandum: Quos deus

Matrimoniũ

Christus opt. maxi.

Theodor⁹ platus

Elisabet uicecomes

Bona triplicia

Fides proles sacramentum

coiūxit: homo nō separet. Quare illud ē maxie ī officio: ut oī ope atq; opera studeaē: ut nō corporū modo sed nec etiā aīo rum ulla sit diuortii suspicio: Debent enī coiugati assidue mu tua se caritate cōplecti meminisseq; idcirco matrimonium ap/ pellari: ut quae uiro coiungitur mater fiat: haec. n. est tanq; re gula nuptiarum: quo generationē regeneratio excipiat. & ita deinceps regenerādo perpetuo propagetur p mutuū caritatis & obediētiae uinculū: cū neuter hēat sui corporis potestatem: sed alter alteri sint adeo obstricti: ut se continere nequeant al/ tero cōnubii debitum postulāte. Caeterū quid pluribus ē op?. Solum coiugii sacramentū diuino ore constitutū est: cum cae tera sacramēta humanae sint īuentioni ascribenda. Quod de us igiē uoluit: constituit: iussit. id si qs negarit ulla carere bo nitate: hūc ego ausim appellare & sceleratū & impium. Nunc autem separatim ad utrunq; uestrum quaedam pauca sim dic

Elisabet turus. Atq; te primo alloquar Elisabet. Habes tu sane ea oīa:

Probitas quae in sponsa spectari consuerunt: probitatē uenustatem no bilitatem dotē. Tua probitas ē tota: quippe quae in aīo est po sita. hanc tibi eripere nemo potest. Quare cū tibi sit peculiaris noctes tibi ac dies curādū est: ut ei semper aliquid addas: eam āplifices: exornes: illustres. Venustas corporis est: quae eo ma gis hētur in pretio: quo magis fuerit cū uirtute coiuncta. No/

Nobilitas bilitas & diuitiae fortunae censenē bona. Dos tibi & pulchra

Dos est & pro ciuitatis consuetudine satis ampla. Nā de tui gene/ ris splendore quid attinet multa memorare. Non enī familia

Vicecomites uicecomitū aut obscura ē aut noua: sed & prisca admodum & illustris & praepotens. Nā ut reliquos missos faciam uiros in omni dignitatis gradu clarissimos: qui ex hac prosapia ema/ narunt: id satis mihi superq; uidetur q uni uicecomites incly ti & excellentissimi principes annos iā prope centū ac septua/

Mediolanum ginta non Mediolanū duntaxat qua una urbe nihil habet or/

Italia bis terrae populosius nec uniuersa Italia magnificentius: sed

Gallia cisalpīa alias item permultas & Galliae cisalpinae & liguriae potentis

Liguria simas urbis felicissimo imperio & tenuerunt quandiutissime: & hac etiam tempestate tenent quampacatissime. Sed ne in maioribus tuis enumerandis amplissimis certe omnibus opti

Gasparinus ui cecomes misque uiris uidear dicendo prolyxior: satis pro tempore fue rit meminisse Gasparini uicecomitis parentis tui uiri profecto

& generosi & singulari bonitate præditi: qui illustrissimo illi principi Philippo Mariæ ob incōparabilis suas multiplicisq; uirtutes & carissimus fuit & piucundus adeo: ut nihil unq; ab eo frustra postularet. Quid enī loquar de tua nobilissima illa Iohanna matre: quæ præstantissimis Rusconibus nata qui tū alia nō nulla oppida tū etiam urbem Comum quondā tenuere dominatu: in oī pudiciciæ ac prudentiæ gloria nulla se gessit clarissima fœmina inferiorē. Habes præterea q hic adsunt tū ornatissimū equitē auratū Iohannē aloysiū tū Franchinū nō fraterno solū sanguine sed ēt mirabili caritate cōiūctos: q ut sūt corporū magnitudie ac forma īter oīs mediolanēses spectatissimi ita plurib⁹ uirtutib⁹ ac maximis apprime celebrādi ob easq; res excellētissimo nr̄o prīcipi gratiss. mi. Sūt ad hæc tibi ī uiuis sorores tres nō uulgari celebres honestate Agnes uiro grauissimo eidē sapiētissimo & optīo Antonio marliano comiūcta mr̄im onio & Lezadra comitis Frācisci turriani uxor q qdem ambo ītegerrimi sūt prudētissimiq; ducales ædiles: quos uulgo magros uocāt duc aliū ītratarū. Est itē soror tertia Margarita nupta ducali aulico aloysio dugnano. Quibus sane sororib⁹ tuis Elisabet pudicissimis ꝓbatissimisq; debes nulla uirtute cedere: In primisq; meminisse hūc te uirū esse hī turā id q̄ faustū felix fortunatūq; sit: Theodorū platū. q & genere natus ē splēdidissimo & parētibus optimis & ipse quoq; ꝓbitate eruditione eloquētia posterior nemine: siue cū iurecōsultis conferat siue cū philosophis siue cū oratorib⁹ maximisq; uiris in oī genere laudis & gloriæ. Vellē mihi liceret Elisabet ea oīa de tuis laudib⁹ dicere: quæ & pulcherrima sunt & uerissima. Sed cū ea sit apud oēs de te fama pudiciciæ prudētiæ ꝓbitatis: ut uirginib⁹ oībus una tu exēplo ēē & possis: & debeas: iā tp̄s me admonet: ut oēm meū orōnis cursū ī futurū hūc sponsū tuū breuibus cōuertā. Quid āt de te primū laudē Theodore plate: uel qd nō laudē potius? Nā qs oīum est: qui de tuis pulcherrimis maximisq; uirtutibus ingenio disciplina certius testimonium uno Francisco philelfo afferre queat: cuius uel admodū adolescens instītutus es disciplinis: & cū ætate ꝓfect⁹ & sapiētia ab eiusdē te familiaritate & amicicia nūq; alienū te uoluisti? Fixit te nā īgēio uigili acri strēuo dextero.

Philippus maria
Iohanna
Ruscones
Comum
Iohānes aloysius
Franchinus
Agnes
Antoni⁹ marlianus
Lezadra
Fr. turrian⁹ comes
Margarita
Aloysi⁹ dugnanus
Elisabet
Theodor⁹ platus

Quare non modo quæ recte dicta audires: celeriter tanq̄ præcipiebas: sed permulta quoq; assiduo studio diligentiaq; tua ex uariis lectionibus cōquisita atq; collecta perinde atq; in optimæ quendā atq; frugiferæ messis aceruum congerebas nihil quod uel ineptū esset uel minus luculentum admittēs. Quib⁹ quidē naturæ tuisq; institutis factum est breui: ut nihil quod ad oratoriā attineret: nihil quod philosophiæ grauitatē saperet: ignorares. Cū uero intelligeres & pro cōdicione temporū & pro maiorū tuorum gloria legum ciuilisq; iuris sapientiam oīo tibi esse obeundā: ad hanc te totum tanq̄ in p̄ritam & auitam possessionem recepisti. Idq; usus & ingenii acrimonia & memoriæ bonitate & continua quadam diligentique īdustria breui temporis curriculo præstitisti: ut iurisconsultorū & eruditissimus habereris & innocētissimus. Nec tamen inter hæc studia siquid otii uenari poteras: id uacuū fluere patiebaris. Sed quod alii plærique omnes ad relaxationē & uoluptatis illecebras cōferunt: id tu oē aut ad rerum diuinarum perspicientiā aut ad aliarum disciplinarū cognitionē transferebas: Quo factū uidemus: ut omni ī laude uersatus existimeris. Nec enim te fugiebat duo esse hoīum genera alterum doctū & urbanū alterum indoctū & rusticum. & hoc quidē humanæ præstantiæ q̄minimam partem repræsentare: quo de uno uerecunde locutus est hieronymus inquiēs: Sancta q̄ppe rusticitas soli sibi prodest. At alterū illud longe propius uidetur ad diuinam bonitatem accedere: cum non sibi solum sed uniuerso humano generi natum iure queat iudicari: quod & cōsulēdo & monendo & instituēdo & tuendo sit oībus usui. Et enim cū duæ sint animi partes: quarū altera rōnem habet: altera caret: ī utriusq; ui eximius esse uoluisti. Quapropter uirtutes oīs cōplex⁹ est & contēplationis & actionis: quo utriusq; felicitatis etiam inter uiuos fieres cumulatissime particeps: Turpissimū certe iudicans a primis tuis illis maioribus platoneq; & solone ulla ex parte degenerare. Platorū enī familiā & priscā esse & per celebrē satis nobis ostendit ipse un⁹ plato: ab quo plati defluxere: Quis enim audeat negare extitisse platonē philosophorum plane oīum & maximū & grauissimum? Vt diuini illius īgenii sūmæq; sapientiæ cætera argumēta prætercam: fuit ille oīum philosophorū prim⁹: q & de trinitate & de reb⁹ diuinis

Duo hominū genera

Plato Solon Origo domus theodori plati

ac nostris multo ante humani generis redemptorē q̃ apertissi me fuerit pientissimeq; locutus: Qua ipsa re una quanq̃ philo sophorum oīum nobilissimus iudicari debet: altius tñ eius est nobilitas recēsenda. Plato uir fuit atheniēsis Xenocratis aca demici & Aristotelis peripatetici doctor. Is suo ꝓprioq; noīe aristocles dictus est: Nā platonis appellationē aut a pectoris latitudine aut ab oratione huberiore deductū putāt πλατυς platys .n. græce latum latine significat. Huius paternū genus a Codro manauit atheniēsiū iustissimo rege melanthi filio at maternū a Dropide poeta elegantissimo Solonis legūlatoris fratre: Qui qdem ipsi altius referunt genus suū in Nileum he roa neptuni filiū ac peliæ fratrē. Ex quo item nileo & chlora amphiōis filia nati sunt filii duodecī: quorū natu minor fuit Nestor is: q in bello troiano sapiētia & eloquētia īter græcos cæteris præstitit. Itaq; mirādū certe nō est: si Theodorus pla tus huiusmodi ortus genere & ipse iuxta ac pater Georgius clarissimus ille iurisconsultus legum ciuilisq; iuris sapientia est illustris: & Petrus antonius hui⁹ frater cum militiæ gloria tum poetica est & oratoria laude īsignis: Theodorus. n. ꝑ trāf fusa & propagata in posteros ui sollertiaq; naturæ platonem solonaq; repræsentat. at Petrus antoni⁹ tū nileū illū qui & py lum cōdidit & res gessit maximas: tū amphiona & dropiden: quos eloquētia reddidit celeberrimos. Vterq; aūt bonitate re ferent codrū regē: Is. n. pro iusticia & caritate pr̄ia sese ultro morti obiicere nō dubitauit. Ea demq; ratione hi duo fr̄es ꝓ diuino prīcipe nr̄o pr̄iaeq; salute si opus esset: uitā ipsā ultro alacriterq; exponerent: præsertim cū aīaduertant ī principis salute patriam salutem esse constitutam: Quanq̃ in uno ipso Theodoro oēm maiorū suorū laudē & gloriā ita liceat reperi re. ut nullus nobis neq; amphion neq; dropides nec ēt nestor sit desyderādus. Nā ad cæteras uirtutes & uersu ualet & orō/ ne soluta adeo: ut quod de nestore apud homerū legimus: ex eius lingua melle dulcior oratio ꝓfluat. adde modestiā facilita tē mansuetudinē comitatem morūq; elegantiā mirifica & iau dita quadam ingenii dexteritate prudentiaque conditam. Quid multis? Ita ipse per sese pollet: ita suo splendore præcla rus est: ut uideatur maiorum etiam claritudini præluxisse. Quid enim sim longior in recensenda platorum nobilitate:

Platōis origo
Aristoteles pe ripateticus
πλατυς
platys
Codrus
Melanthus
Solon
Nileus
Chlora
Amphion
Nestor
Theodor⁹ pla tus
Georgius iu risconsultus
Petr⁹ antoni⁹ platus

Insubres — cum non modo in Insubribus:ut uetustiora illa silentio iã in
noluam:uerumetiã & in placẽtino ac parmensi solo superiori
Liguria — bus tẽpribus & in ipsa etiã liguria cuius caput ẽ Genua lateq;
Genua — per Italiã non nulli ex platorum familia uiri magni & præpo
tentes castella plurima oppidaq; possederint:Quare ne prisca
illa curiosius repetẽtes quæ magis ad rẽ faciunt:prætercam⁹:
paucis mihi complectendũ uidet̃:quod & ostendi oĩbus põt:
& ipse legi. Extant enĩ grauissimæ quædam tabulæ quæ uul
go hac tempestate uocant̃ publica ĩstrumẽta:& eæ quidẽ re/
pertæ in archiuo placẽtino confectæq; ãno a natali christia/
no uigesimosecũdo supra millesimũ:Quibus quidẽ tabulis p
spicue patet fuisse frẽs sex ex quodã natos magnifico militarĩ
Platus — dignitatis uiro Plato noĩe:qui ex plata familia ort⁹ esset ac no
Mathodia — bili fœmina Mathodia:quæ filia foret magnanimi eqtis aura
Loniell⁹ lucianus comes — ti comitisq; lonielli luciãi atq; his p̃rnum auũ extitisse Facinũ
platum & ipm equitẽ auratũ:auiam uero probatissimam & no
Facinus plat⁹ — bilem fœminam Domnillam arasmi turriani filiam. Atq; his
Domnilla — quoq; in tabulis quæ confectæ sunt herciscũdæ familiæ gra
Arasm⁹ turrianus — tia dilucide apparet fuisse illis platis amplissimũ patrimoniũ
& arces permultas atq; oppida:quæ pro suis portionibus sin
Castellum — gillatim inter eos fratres diuisa sunt. Castellũ aũt unum nomi
ne platonũ idcirco indiuisum atq; cõmune relictum esse :quo/
niam platorũ familia a diuĩo illo platone philosopho trahẽs
originẽ haberet agnationis suæ perpetuum cognomentũ. Cũ
que hi sex fratres secundũ portiones quæ cuique obtigerant:
alius bononiam alius ferrariam alius genuam alius parmam
alius immolã sese contulissent:Antonius platus qui foret ex il
lis omnibus natu minor:haberetq; portionem suam in medio
lanensi dicione:mediolanum se recepit : ab quo quidem uno
cum cæteri maiores tum illustris & sapientissimus iureconsul
tus Georgius platus clarissimi huius sponsi pater profectus ẽ.
Quid enim memorem quod est omnibus luce ipsa magis per/
Guidet⁹ plat⁹ — spicuum:uirum illum grauem atque sapientem Guidetum pla
Georgi⁹ plat⁹ — tum:quem ipse Georgius auum habuit : Fuit enim ille tanta
Iohannes maria dux — probitate & sapientia:ut non modo apud Iohannem mariam
secundum mediolanensium ducem iuuenem sane ferocissimũ
primum locum obtinuerit:sed apud eius etiam patrem Iohan
nem galeacium quo nihil uidit ætas illa in omni præstantiæ

genere nec admirabilius nec perfectius : tanto est habitus in honore: ut existimari posset diuinus ille princeps nihil apud se habere uno Guideto plato aut carius aut pretiosius. Itaq; non est mirandum: si talis ille tantusque uir pro suæ pietatis munere ad sanctam ciuitatem hierosolymam cū ornatissimo famulatu nauigauit : quippe qui intelligeret honorem omnē huius mundi inanem esse : ubi diuino uacaret cultu. Quam obrem deuotissime eo profectus ubi uoti sui pientissime factus est compos: a serenissimo hungariæ rege Carolo apud sacrosanctum sepulchrum ipsum militaribus est ornatus insignibus. Hoc igitur auo Guideto & patre Georgio natus est excellentissimus hic iureconsultus Theodorus & quo de modo uerba feceram Petrus antonius & cum alii fratres tum Anastasius adolescens : qui etiam ipse paternam, atque aliorum suorum maiorum gloriam egregie imitatur : Nam ipse quoque legali ciuilique sapientiæ ita operam dat : ut suorum æqualium cedat nemini nequaquam is quidem solonis platonisque oblitus : Nam & solonis leges quanto fuerint in honore : uel unum illud est dilucidum argumentum: quod Romani ipsi rerum domini legatos decem in græciam usque miserint: qui eas ab atheniensibus petitas in urbem ferrent ad suū stabiliendum iusticia & decorandum imperium: Et Plato quā tam præ se laudem ferret legum iusticiæ uniuersæque administrationis ciuitatis cum alia permulta eius uolumina eruditissime atque sapientissime lucubrata tum libri decem de republica duodecimque de legibus apertissime declarant. Sed his omnibus omissis quid loquar de materno genere Theodori? quid inquam de huius matre pudicissima atque optima muliere Agnete Maffei muzani illius filia: qui & senator sapiētissimus fuit & ob maximas suas innumerabilisque uirtutes Philippo mariæ nobilissimo duci carissimus: Num tantus ille prīceps cuius splendidissimum nomen nulla unquam neque inuidia nec posteritas obscurabit: tāto fecisset unum Maffeum muzanum: nisi omni laude dignū censuisset? Vellem mihi liceret ea oīa in medium referre: quæ ad uera de te laudes attinere intelligo præstantissime iurisconsulte Theodore plate: quæ quoniam temporis breuitate impedior : ut prætercam : est necesse. Vnum illud certo scio : te unum esse inter omnis :

Hierosolyma

Carolus rex

Anastasi⁹ platus

Solon

Romani

Græcia

Plato

Agnes

Maffeus muzanus

Philippus maria dux

Theodor⁹ platus

qui non tã platus dicendus sis q̃ plato: utpote qui non modo platonem in omni sapiētiæ gloria repræsentes: uerũ ēt sis idē
Plato plato: a quo illustris familia olim tua quæ nũc deprauatione tp̄rum plata dicitur: platonica fuerit appellata. Sed quoniam me tp̄s iam admonet: ut ad uerba illa sollemnia qbus tota uis matrimonii per uerbũ de præsenti concluditur: nostra oĩs oratio se conuertat: de his nũc satis atq; super.

Francisci philelfi oratio nuptialis habita ĩ sponsaliciis Petri biragi & Elisabet principallis.

q Vi sacratissimũ cõiugii uinculũ nõ sũmope laudãt excellētissimi principes ĩdigni profecto illi mihi uideri debēt: q ex ullo hominũ numero iudicent. Nã si natura fieri uidemus: ut qdqd aut alitur aut sentit: producat aliqd sibi simile: quo ĩ sua specie propagetur: idq; nõ in cæteris aĩalibus solũ quæ ratione carent: sed ĩ hærbis ēt & arboribus quæ sũt inopes sensus: ĩtueri liceat: qd de humano genere dixerimus: q diuinã imaginem præ se fert? Nõne ad ipsũ naturæ appetitũ diuino quoq; præcepto admonemur: ut crescamus: ac multiplicemur: terramq; repleamus? Et ē sane coniugiũ ut mea fert opinio: uiri atq; mulieris secundũ legē ad procreandos liberos cõiunctio. Nõ.n. ad prurientis libidinis nõ ad titillantis sensus nõ ad oscœnæ uoluptatis intemperantiã institutũ est matrimoniũ: sed ut p ratione pro lege pro sanctimonia nobis similes generemus. Itaq; in cõiugio admodũ est cauendũ nõ modo: nequid p adulterium q impium est: sed ne per lasciuiã quidem ullam quod pecudum est proprium: perpetremus. Omnia sũt a nobis secundum uirtutem ac deum agenda. dicenda. cogitanda. Hæc qui pure caste innocenterque seruare perrexerint: non difficulter triplicia illa bona assequent: quæ dicuntur fidei prolis sacramenti: Huiusmodi autem matrimonium tantum in se iucunditatis habet: ut nihil in uita possit esse felicius. Quod si ex ullo unquã sperandum fuit: tum ex hoc præsenti fausto fortunatoque cõiugio non modo licet sperare: sed ita omnino sperare: atque ea quæ oculis cernuntur: & in nostra sita sunt potestate. Quis enim ignorat sponsã ipsam Elisabet principallis lampugnani

Præceptum diuinum; Coniugium; Liberi; Libido; Intēperantia; Lex; Sanctimonia; Matrimonium; Elisabet

uiri Clarissimi atq; optimi Ratherinæ spinellæ nobilis & ho nestissimæ mulieris filiam ita esse ab prima usque īfantia edu catam ut simul cum lacte uideatur pudiciciam bonitatemque omnem hausisse ! Nam de Petro sponso quid attinet multa dicere: quem omnes scimus nemine suorum æqualium in omni probitatis genere inferiorem ! Et ne longior sim : quam tempus locusq; patiatur: Est certe Petrus parentū maiorumq; suorum q̃simillimus: quippe qui natus Antonio birago ornatissimo uiro & Elisabet souica muliere probatissima habuit Maffeolum pr̄num auum: quē præstantissimus dux Philipp⁹ ob eximiam erga se fidem singularemq; prudentiam præfecit suæ uniuersæ curiæ magistrum: quē quidē pulcherrimum & amplissimū magistratum Maffeolus ea diligentia & integritate gessit: ut perinde atq; hæreditarium diuinus ille princeps ī Antoniū eius filium post patris obitum trāstulerit. Quid dicā præterea de huius patruo Andrea birago uiro magnifico & grauissimo: Nō ne idē dux Philippus tāti eū semper fecit cum publicis tum priuatis in rebus ob ingenii acrimoniā magnitudinemq; consilii: ut neminem haberet cariorē. neminem iucūdiorē. neminem cui plus aut tribueret aut crederet! Apud hūc aūt illustrissimum principē nostrum q̃tum semper idem Andreas ualuerit: quoad uixit: & auctoritate & gratia & domi & belli ob eā: qua plurimum semper claruit: diligentiā ac fidem: nemo uestrū oīum est: qui nesciat. Quid enī uager per alienas familias qbus Petrus sponsus affinitate cōiunctissimus ē ! Souicos posterulas amideos aduocadros morones uicecomites ipsosq; lampugnanos: cū inter Biragos tot uiri floruerint ac ēt nunc floreant ī omni uirtutis genere: ut si eos numerare uoluero in hac temporis breuitate: sim non mediocri tædio futurus ! At de nobilitate & generis claritudine pudicissimæ hui⁹ sponsæ Elisabet si uerba uoluero pro dignitate facere: non sit mihi huiusmodi breui sermone opus sed prolyxa oratione uł quam spatiosissimis potius uoluminibus. Nam quæ familia est paulo excellentior non mediolani solum sed ī hac uniuersa Gallia Cisalpina: quæ non sibi maximo semper duxerit ornamento lampugnanorum affinitates ! Quare ut tempori īseruiatur cætera omnia omittentes paucis ea percurramus: quæ ad domesticas sponsæ laudes in huiuscemodi necessitudinis

Katherina
Petrus
Antoni⁹ biragus
Maffeolus
Philipp⁹ dux
Andreas biragus
Elisabet
Gallia cisalpīa

Fr. ſphortia
Blāca maria
Georgius
Bernard' philoſophus
Baptiſta
Iohānes ādreas
Hieronymus
Oldradus
Philipp' Maria dux
Eliſabet

genere attinent. Nata eſt Eliſabet patre ut modo dicebatur Princiualle: uiro certe mea ſententia: qui & dexteritate ingenii & ſtrenuitate magnitudineque animi alteri nemini ſuæ patriæ concedat: fide autem & obſeruantia tanta in excellentiſſimos noſtros principes Franciſcum ſphortiam Blancamque Mariam duo huius temporis ſplendidiſſima luminaria: quanto eſſe maior nullo pacto poſſit. Quid enim meminero aut Petrum auum paternum ciuilis pontificiique iuris peritiſſimum grauiſſimumque doctorem: aut Georgium illum patruum: cuius ad paternas laudes tanta beniuolentia acceſſit in hunc diuinum principem: ut eam non niſi cum uitæ exitu terminarit: Nam & Bernardum philoſophum ac medicum & Baptiſtam atque Iohannem andrean uidetis in uiuis non uulgari uirtute Iuuenes. Hieronymus etiam ipſe patruus quanta modeſtia humanitateque præſtiterit: dum uita frueretur: cognoſtis omnes. Sed ut de reliquis ne ſim in dicendo longior: conticeſcam: Non ne unus hic Oldradus lampugnanus magnificus eques auratus ducaliſque ſenator ſapientiſſimus tanto ſēper in honore: eſt habitus ob eius præclaras ſummaſque uirtutes cum apud Philippum Mariam illum: tum apud hunc ipſum Franciſcum ſphortiam ſocerum generumque duces: ut alterum habeamus neminem: qui cum hoc uno queat de gloria contendere: Quæ cū ita ſint: non dubiā nobis omnibus ſpem affertis feliciſſimi coniuges Eliſabet lampugnana Petreque birage in omni uos laude ſimilis fore parentum maiorumque ueſtrorū. Reſpondebitis. n. reſpondebitis profecto geniture ſæmini: taliſq; uos præſtabitis: ut nō minus illis præluxiſſe q̄ accepiſſe ab illis lucē ſitis iudicandi. Quare quod felix fauſtū fortunatumq; uobis ſit: iam ad ipſum deſponſationis munus propius accedam'. Mediolani. iiii. Idus ſeptēbres. M. cccclviii.

Franciſci philelfi epithalamion in nuptiis nobiliū cōiugum Iohannis antonii ſimonetæ & Margaritæ cottæ.

I Nter humanæ ſocietatis uincula: quibus ratione duce iucunde inter nos uiuimus: nullum profecto neq; iucundius neque utilius eſſe animaduerto: quam quo uir & uxor mutua caritate inuicem coniunguntur.

Scimus enim in uniuersa re domestica qua constituitur sæmi narium reipublicæ: triplicem esse societatem heri & serui uiri & uxoris patris & filii: & id quidem secundum triplex ciuitatis administrandæ genus. Harum uero communionum cõiugium quod uocamus: tantam uim in se habere tantam magnitudinem tantam præstantiam excellentissimi philosophi tradiderunt: ut inde gradatim secundis auspiciis ad summũ usq; eatur imperium. Vt enim unius egregii uiri pricipatus & optimatium præstat & populi dominatui: ea ratione secundum Gregorium Naziãzenum: quod exemplo unius dei in cælo regem unum oportet esse in terra: eodem modo coniugalis dignitas quæ unius est ad unam: reliquas societates antecellit. Itaq; mirandũ certe non est: si deus optimus maxim⁹ ab ipso usq; humanæ creationis initio cõstituit iussitq; mr̃imoniũ: cõtinuoq; adiecit: crescite ac multiplicamini. & replete terrã. Nõ .n. a Cecrope illo quẽ fabulãtur: nõ ab ægyptiaca superstitione non a Romulo nescio quo: ẽ huiusmodi coniunctionis bonitas aut introducta aut excogitata: sed ab ipso ĩmortali deo: a quo quidquid ẽ boni: ad nos peruenit: & sine quo boni esse oĩo nihil potest. Et quanq; maritalis caritas inter omnis suauitates est sua natura suauissima: tũc tamẽ fit longe suauior & gratior: si qua rõne instituta est: eadem etiã perpetuo seruetur: Nã procreationis gratia matrimonium introductum uidemus & id non hominum magisq; communi quadam naturæ lege. Sic enim & arbor arborẽ & seges segetem & animal ex se aĩal gignit: quodq; diligẽter secũ aĩo uolutarit: oĩ opa diligẽtiaq; curabit: neqd ĩ maritali præcellẽtia aut agat: aut mediteẽ: q ab ei⁹ decoro sit alienũ. Sanctũ inq; & ĩpollutũ oportet ẽẽ cõiugiũ: q ut ĩ oĩ uita mutua dilectione tueamur: illud nos oportet præceptũ assidue meminisse nec uirũ hr̃e potestatẽ sui nec uxorẽ sui ẽẽ arbitrii sed utrũq; alteri pari qdã pietate obstrĩgi. Quid enĩ memĩero: quæ quãtaq; cõmoda atq; emolumẽta ex ipo benecõueniẽti conubio cõsequũtur: cũ ñ sim⁹ ignari ut ẽ prudẽtis p̃ris familias rẽ quottidie q̃tũ hõestas patiẽ: augere ita sollertis diligẽtisq; matronæ eã dõi digerere ac tueri. Quar ñ eqdẽ possũ uobis ñ admodũ gratulari Iohãnes ãtõi atq; Margarita: q diuinũ præceptũ ac legitimã cõiugii sãctionẽ hoc die q utriq; uestrũ felix fortunatũq; sit: inituri q̃ rectissime uobis posteritatiq; uestræ cõsuluistis facturi uos certe oĩa p ur̃a ur̃o

Gregorius nazanzenus

Cecrops
Aegyptii
Romulus

Iohãnnes Antonius
Margarita

rūq; dignitate. Nā ut abs te īcipiā castissīa pudicissimaq; puel la Margarita: nō potes tuorū parētū nō ēē simillima. Siue. n. āte oculos tibi ponas nobilissimā & honestissimā matrē tuam Magdalenen leonatinā siue patrē tuū clarissimū & grauissimū senatorē hūc Petrū cottam: tāto debes accēdi ꝓbitatis desyde rio: ut nisi ꝙ honestū sit & laudabile apud oēs: intelligas tibi esse ī uita ꝓpositū. Nō. n. es ignara: ꝙto semp tū uniuersarum Cottarū familia tū ornatissim⁹ pater tuus ī splēdore sit habit⁹ Nā ut antiqora breuitatis gr̄a cōticescā: nisi uir iudicat⁹ semp esset ꝓbatissim⁹ pr̄ tuus nunꝙ; præstātissim⁹ dux Philippus tāti eū fecisset ꝙdiu fuit ī uiuis: neq; illustrissim⁹ hic atq; opti mus prīceps noster ordini senatorio ascripsisset. Quo fit. ut oī tibi cura oī studio oī īdustria annitendū sit: ut hui⁹ ætas quæ ad semū iā puenit: ī tua ꝓbitate atq; laude cōgescat. De te uero Iohānes Antoni simoneta nihil esse ītelligo: quod nō ꝙ optie sibi qsq; debeat polliceri. Es. n. tu oīum primū sīgulari quadā prudentia præditus: qua fit: ut quæ te sequi oporteat ī matri monii sanctitate: & quæ uitare: nescius esse nō possis. Accedit auunculi hui⁹ tui uel patris potius ītegerrimi atq; sūmi sena tori Angeli simonetæ auctoritas & āplitudo: cui⁹ prudentis simis īstitutis & uolūtati cū semp parueris: ac pareas: hāc oēm quā habes: tibi gloriā peperisti. Quid. n. memorē hoc loco sa pientissimū & eruditissimū uirū ducalē secretariū cōsobrinum tuū Cicchū: q ut affinitate tibi cōiunctissim⁹ ē: ita maximū ad iumentū ad noīs claritatē: His sane rōnibus factū ē: ut supiore tēpore magnificus eques auratus Oldradus lāpugnanus ille cui⁹ nomē illustre ē: unicā filiā quā habebat: tibi matrimonio coppulauerit. His ēt rōnibus adductus uir spectatissimus Pe trus cotta te sibi generū libēter accepit fisus is certæ tuæ an teactæ uitæ: quam nouit oī ex pte ꝓbatissimā ēē. Quapp tibi opa dāda ē: ut tātæ de te expectationi nō modo rn̄deas: sed ēt mirabiliter supes. Aspicis præterea nō obscure: ꝙtum tibi mu nus ad gloriā ē additū: quod humanissim⁹ prīceps noster splē didissima sublimitatis suæ pn̄tia cū tot illustrib⁹ īclytisq; prī cipib⁹ mr̄imoniū hoc honorat futurū is qdē sperās: ut tales e uobis cōiugib⁹ liberi ꝓdeāt: qles Angelū Petrūq; ē expt⁹: quo rū erga se fidē atq; deuotionē tātā ī reb⁹ oībus ēē cognouit. ut accedere nihil possit ad sūmū. Sed ne lōgi⁹ nr̄a ꝓtrahat oro: iā deo duce atq; auctore ad trāsigēdas nuptias ꝓpius accedatur.

Magdalene
Petrus cotta
Angelus
Cicchus
Oldradus

Francisci philelfi oratio nuptialis hita in desponsione Magnificæ puellæ Maruciæ & Magnifici equitis aurati Raymundi attenduli.

q Vanti fieri oporteat bene conueniens matrimoniũ Magnifici atq; illustres uiri:uel ea rõne probari potest:quod quæ tria maxime exp tunt ĩ uita:honos utilitas uoluptas eiusmodi uinculo apprime cõtinẽtur:Nam ut in societate humana nihil est adulterio turpius:ita coniugii sanctitate honestius nihil. Quid:quod ex oĩbus sacramẽtis qbus bene atq; beate uiuit:hoc unũ dũtaxat diuino est ore constitutum & id quidem in primis illis parentibus:quibus præceptum est ab omnipotenti deo:ut cresce rent: ac multiplicarentur:terramque replerẽt. In iis sane hominibus laudat cælibatus:qui cõtẽpta omni carnis coppula angelorum sese quã hominum similis maluerunt. Sed qui uitam ciuilem adamant:nec sibi nec reip. recte consulunt: ubi a connubio abstineant. Quemadmodum enim uidemus natura fi ri:ut quæcunque uel aluntur uel sentiunt:producant aliqd simile sui:id quod non in cæteris animantibus solum intueri licet uerum etiam in stirpibus & hærbis:nonne is fuerit ab oĩ naturæ lege alienus:qui inter hoĩes manens non se hominem esse meminerit:non quærat per generis propagationem se in terris quoq; reddere immortalem: Legimus apud maiores eã Lycurgi legem plurimum laudari solitam :qua is sãxisset eos omnis qui nubere noluissent:tum in Gymnicis ludis a spectaculo arceri:tum etiam affici ignominia:quippe qui eos priuatos uoluit eo honore atq; obseruantia:quæ senioribus a iunioribus præstaretur: Idq; ob nullam aliam causam:q; ut procreandorum liberorum q; diligentissimam haberent rationẽ. Quo etiam factum est:ut a nemine adolescens ille reprahẽderetur:qui aduenienti Dercyllidæ in Theatrum non modo nõ assurrexerit:ac subsellium cesserit:sed adiecerit potius : Nam nec tu mihi o Dercyllida qui cessurus esset:genuisti:cum Dercyllidas tamen & uir grauissim⁹ foret : & res maximas suo imperio præclarasque gessisset:Sed quid aut lycurgi aut multo ãte lycurgum Mercurii ac Cecropis: quid dein Romuli de cõiugio instituta conquirimus :quandoquidem Christ⁹ opt. maximus qui & idem filius dei esset & deus:tum in matrimonio

De⁹ oĩpotens

Lycurgus

Dercyllidas

Mercurius

Cecrops

Christus opt. maximus

nasci uoluit:tum inuitatus ad nuptias eas præsentia sua orna uit:ac iuuit? Quanta uero utilitas manat q̃ta uoluptas ex cõ iugali cõiunctiõe :oẽs ĩ mrĩmonio sũt:facile ĩtelligũt:Nã cõiu gali amore nihil ẽ ꝑfecto miti⁹ nihil dulcius nihil suauius. Vtilitatis autem omnia plena sunt: quæ matrimoniali parci monia atque diligentia administrantur. Rectissime igitur utri q; uestrum prospectum iudico magnifica uirgo Iulia Marucia & magnifice Raimunde attendule:quod per sponsalium iuri um sanctimoniam atque splẽdorem sitis hodierno die mutuo caritatis uinculo coppulãdi: quo & uobis ipsis posterique ue stris quãsaluberrime & maxima uestra cum laude consulatis: Nec enim præterire uos debet tria esse nuptiarum bona mu tuam inter coniuges fidem prolis non solum procreandæ sed benignæ alendæ & ingenue atque innocenter educandæ stu dium in primisque sacramentum :quo impollutum connubiũ & omni suspicione uacuum seruatur : Ita enim uos facientes & cælesti satisfacietis & mundi gloriæ:Nam parentum & ma iorum uestrorum claritas non parum incitare uos debet ad omne coniugii officium ac decus .Es tu sane Iulia nata splen didissimo equite aurato & rerum bellicarum laude celebran do Baldo Marucio illius Nicolai tholentinatis filio: cuius il lustre nomen nullus unquam delebit interitus: Vnus enim Ni colaus ille tholentinas talis fuit tantusq; ie belli dux: ut prin ceps ille nobilissimus Philippus Maria & patrem appellare cũ consueuerit:& eius fidei suam omnem dicionem administran dam commiserit . Hunc etiam Veneti :hunc Florentini: hunc Romana ecclesia suarum omnium copiarum imperatorem ha buit:Nam de patruo tuo Iohanne tholentinati qui & præsẽs est:& te non secus amat ac filiam:eo loquor uerecũdius:quod suas de se laudes non libenter audit : quippe qui ut est omni in re modestissimus:malit haberi & esse laude dignus quã co ram laudari. Sed illud satis est dilucidum argumentum excel lentissimæ suæ summæque probitatis & sapientiæ : quod ob multas & maximas res suas fortissime gestas magnanim⁹ ille noster & inclytus dux Franciscus sphortia & hunc sibi gene rum asciuit:& magnis copiis præfecit:& in ordine senatorio locum ornatissimum obtinere uoluit:& non secus ac filium & carum habuit & periucundum semper. dum fuit ĩ uiuis. Quã

Iulia marucia — Raimundus attendulus — Tria nuptiarũ bona — Iulia — Baldus marucius — Nicolaus tholentinas — Philipp⁹ dux — Veneti — Florentini — Romana ecclesia — Iohãnes tholentinas — Frãcisc⁹ sphortia dux

ti autem hunc faciat: praestantissimus dux Galeacius: uidem' omnes. Num quisquam minus eum admiretur: quem diuina sapientia tanti principis facit maximi? De te uero Raimunde attendule quid multa dicturus sim: qui natus patre Michaele fortissimo illo & laudatissimo belli duce quem uniuersa prope Italia ob praeclaras suas frequentisque uictorias habuit in honore: te omni in re simillimum illi praestas: dignumque ostendis cognatione inuictissimi nostri principis. Quae cum ita sint: aliud nihil restat: quam ut per uerba illa despōsionis sollemnia ad rem ipsam propius accedamus.

Galeacius dux

Michael

Italia

Francisci philelfi oratio habita in connubio magnificae puellae Margaritae arcimboldae & magnifici equitis aurati Antonii cribelli.

c

Vm inter uaehementissimos ac maximos animi affectus tanta sit uis amoris Illustrissime princeps praestantissimi patres matresq; honestissimae: ut ēt ātiquissimus ille poeta Orpheus idemq; theolog' eum non dubitauerit non modo deum asserere: sed primum quoq; deorū omnium post discretum atq; digestum in sua membra chaos: quod noīant: apparuisse in caelo: ob id q; phanetis appellatiōem meruisse: q nihil scilicet sine amore atq; concordia in uniuerso mundo cōstare firmius aut diuti' possit. quid dicemus de sacratissimo ipso amoris uīculo ac plane indissolubili: quo uiri atq; uxoris animi honestissimo quodam nexu inuicem uinciuntur? Quod si coniugium prius in caelo fit diuino iussu ac decreto quodam: quam celebretur in terra: quis ambigat quidquid ab eo fit: id optimum esse oportere? At in primis parentibus matrimonium deus ipse omnipotēs mirabili caritate īstituit. Ad haec Ihesus claemētissim' humāi generis redēptor tū ī cōiugio nasci dignat' ē: tū īuitat' ad nuptias nō īuit' uēit: easq; sua pñtia nō solū honestauit sed ēt iuuit. Et q̄q; oīs amor delectar plurimū solet: is tñ q ex bono cōiugali pcipit ac manat: tātā & tā icredibilē uoluptatē prae se fert: ut nihil ī uita possit esse iucundi'. Ad huiusmodi aūt amoris honestatē ac iucunditatem accedit magnitudo utilitatis: quae qdem tria cū inuniuersa uita expetunt tum in

Orpheus

Phanes

Ihesus

amicicia maxime. Nam quam aliam amiciciam huic necessitudini caritatique coniugali anteponamus? Non enim coniuges non possunt rationem habere & augendae & conseruandae rei familiaris cum ob uniuersam domum tum ob liberos uel procreatos uel procreãdos: quorum uitae dignitatique cõsulere naturae etiam ductu impellimur. Erat sãe apud lacedaemonios iis: qui ad senectutem usque uitam caelibem duxissent perinde atque proposita quaedam ignominiae nota: quippe q nihil in posterum propagandae reipublicae consulere uiderentur. Quo factum est: ut generosi illius adolescentis dictum in

Dercyllides

Dercyllidan improbaretur a nemine. Nam nec tu mihi qui cessurus sit: genuisti. Nõ enim assurrexit dercyllidae adolescẽs: neque honorem: quem mos erat a minoribus praestari grandioribꝰ natu: ei exhibuit. Et quisnam dubitet eum: qui uitã ut uiuat actiuam: infamiae crimine uacare nõ posse. ubi sine uxore uixerit: cum uel diuino praecepto crescere nos semper oportet ac multiplicari: & quadam naturae lege gignere nobis similes? Itaque non absurde uestri uobis parentes ut sunt uiri graues & sapientes: nec inutiliter prospexerunt: cum tibi Margarita arcimbolda pulcherrima pudicissimaque puella: tum item tibi generose adolescẽs equesque aurate Antoni cribelle: quos non modo non aduersantes sed quãmodissime obtemperantes uoluntatibus adhortationibusque paternis hoc laudatissimo & optimo ad procreandos liberos sacramento inuicem uideam coniugari. Et enim reliqua omnia sacramenta humanae sunt & inuentionis & instituti. Matrimonium uero solus deꝰ ipse constituit & ĩ primis parentibus: quod modo dicebatur: & in delitiarum horto: q a graecis παράδεισος paradisos dicitur. Igitur non ignorare uos oportet. quae sint tanti ac tam praeclari muneris bona: quae triplicia uiri sapientissimi esse uoluerunt. Nam primum positum est in fide. alterum in prole: tertium in sacramento. Et sacramento quidem cauetur: ne diuortium fiat: sed omnia quae ad regẽdum matrimonium suscipiendosque liberos attinent: sancte innocenterque seruentur. Quod autem munus ad prolem spectat: illud esse uolunt: ut & pie suscipiatur. & alatur benigne: & educetur religiose. Fides uero omnem fugat intemperantiam libidinis: quo uinculi coniugalis tam in uiro quã in uxore sanctitas ꝑ mutua dilectione

Margarita

Antonius

παράδεισος paradisos

perpetuo constet. Et ne sim prolyxior quam & locus & tempus & personarum postulet dignitas:iis in præsentia prætermissis:quæ pro rei magnitudine per multa dicenda essent:ego uos spectatissimi coniuges monere. hortari. rogare. obsecrare. obtestari non desinam:ut nihil uobis potius ducatis q̃ & dies & noctes habere ante oculos deum:ad quem unum mentē omnem cogitatusq; uestros q̃ pientissime referatis:quo tanq̃ præsente atq; uidente omnia:nihil omnino neq; agatis : neq; dicatis:neq; meditemini nisi caste & continenter:Sic enim oīa erunt uobis optata atq; felicia. Quod autem secundo loco uobis arbitror obseruandum:adhibete diligētem operam: ut parentibus maioribusq; uestris ornamento laudiq; sitis . Tu enī Margarita nata es Nicolao arcimboldo clarissimo, Iurisconsulto ac uiro disciplinarum omnium laudatissimarum doctissime erudito consiliarioq; ducali sapientissimo & optimo:Matre autem probatissima ac nobili Vrsina canossa. Nam quid ego commemorem tot ac tantos uel paterni uel materni sanguinis nobilissimos magnificosq; uiros : palauicinos. rubeos. folianos. torellos. archensesq; comites:cum in hoc uno Nicolao arcimboldo tanta sit uirtus tantus spendor:ut cum omni antiquitate possit de sapiētiæ & integritatis laude cōtendere? Tu autem Antoni ea cribellorum familia natus es :quæ diuū Guilielmū origine comitem auctorē generis habens nō mediolani solū illustris est & præpotens:sed in uniuersam Italiā nō belli minus quā pacis artibus cognita:quorū ego singulorum eximias laudes si uelim singillatim psequi:nullā neq; tēporis nec loci rōnem sim habiturus. Vt enim silentio prætercam & Vrbanū tertiū summū ecclesiæ Romāæ pontificē & alios permultos uel epos uel belli duces : ad hæc & Iurisconsultos & philosophos:qbus familia tua est iā pridem splendidissimi celebritatē noīs omniū gentiū testimonio assecuta:satis tibi ad optimarū actionum imitationē exemplo sint uel pater tu⁹ uir magnificus hogolin⁹ comes. uel patrui ipsi duo cū Reuerēdissimus pontifex nouariēsis Iacobus philippus tū comes Antonius humanitate prudentiaq; īsignis. Prætereo enī consulto affines reliquos atq; propinquos tuos:quorū numerus est prope infinitus:ne iudicer q̃ par sit. ī dicēdo curiosior. Tu uelim ad domestica exēpla qb⁹ debes ad oē pbitatis generis mirifice

Nicola⁹ arcimboldus

Vrsina

Guilielm⁹ comes

Vrbanus pontifex

Hogolin⁹ comes

Iacob⁹ philippus episcop⁹

Antonius comes

ĩflamari:utaris etiã illa qui semper soles:bonitate ingenii tui. Fac obsecro:ut quã de tua laude expectationẽ concitasti :hãc non minus in hoc fausto & bene cõuenienti cõiugio:q̃ in cæteris uitæ partibus substineas atq; tuearis. Volat.n.adolescẽtia alis pernicibus & oĩs ætatis flos breui momẽto lãguescit. Sola uirt⁹ stabilis est possessio sola incõmutabilis: quæ tamet si in omni uitæ statu est utilis:ĩ matrimonio tum maxime necessaria. In hoc enĩ reipublicæ seminarium constituitur:quod nisi omni uitio uacauerit:nunq̃ ab bonam frugẽ sit peruenturum. Sed de his satis. Iam ad ea ueniamus: quæ materno sermõe paucis trãsigẽda sũt. Meidolãi. vii. Kal. Iulias. Mccccl viii.

ORATIONES DIVERSAE

FANCISCI PHILELFI ORATIO AD PIVM SECVNDVM PONT. MAXI. HABITA MANTVAE IN PVBLICO VNIVERSALIQVE CONSISTORIO PRO DVCE FRANCISCO SPHORTIA DIE MARTIS QVARTODECIMO KALENDAS OCTOBRES. M. cccclviiii.

Exordium

Frãcisc⁹ sphortia dux

c VM ESSEM PATER BEATISSIME NOmine atq; iussu humanissimi prĩcipis hui⁹ mei Francisci sphortiæ inclyti mediolanensium ducis apud sanctitatem tuam ĩ tanto hoc & tam florenti splendidissimoque cœtu uerba factur⁹ de rebus maximis & clarissimis & cum necessariis tum christianis omnibus nõ mediocriter conducturis:non poteram equidem nõ subuereri: ne idem mihi accideret:quod grauissimis ac summis & oratoribus & philosophis usu aliquando uenisse traditur : Nam & . L.crassus cum paternam ulturus iniuriam apud .Qu. Maximum foret aduersus Gn.carbonem causam acturus : ne uerbum quidem potuit emittere:Et Tyrtamus cognomento Theofrastus pau-

L.crassus
Qu.maximus
Gn.carbo
Tyrtam⁹theophrastus

ca admodum uerba apud Athenie͞sem populum dicturus obmutuit. Demosthenes uero talis ille tantusque orator apud Philippum regem Alexandri patrem orationem habiturus idem est passus: Nam quid dixero de eloquentissimo uiro eruditissimoque philosopho. M. Tullio Cicerone? Non ne in causa illa nobilissima Titi annii milonis fortissimi uiri & optime de se meriti ita expalluit: ita tremuit: ita defecit: ut ineptius nunquam orauerit? Hæc igitur mecum repetens pater beatissime animoque uolutans tum huius loci ornatissimi amplitudine͞ atque maiestatem tu͞ incredibile͞ tuam diuinamque sapientiam merito optimoque iure expauescebam: nequid incipienti mihi: quod nollem: accideret. Sed iam me plane recreat: ac reficit mitissimi tui istius uultus atque animi facilitas: singularisque illa benignitas: quam nuper in urbe Roma coram ipse de te expertus maiore cum fiducia ad dicendum uenio. Vt ad rem propius accedam / hic optimus princeps meus ut est sanctitatis tuæ & sacri huius collegii cardinalium uniuersæque Romanæ ecclesiæ obseruantissimus: cum uideret: quanto cum studio & diligentia & labore incumberes ad uindicandam christianam remp. ex atrocissima & teterrima seruitute turcorum in pristinam suam & libertatem & dignitatem: indignum profecto & iniquum a se factum iri existimasset: si abs te tantopere perhumaniterque accersitus ad constitutam diem minus ipse quamprimum uenisset in pulcherrimum hunc perillustremque conuentum tot uenerabilium patrum & dominorum & principum: Intelligebat enim in tanto rerum discrimine quo tota religio nostra fluctuat: celeritate plurima opus esse: ne dum præstolando consultandoque serius tempus teritur: diui Petri nauicula ante naufragio obruatur: quam tabernaculo fuerit rudentibusque munita. Itaque posthabitis omninoque prætermissis cæteris negotiis suis omnibus quæ circa noui principatus sui administrationem in tantis huius nostræ tumescentis fluctuantisque Italiæ procellis atque tempestatibus neque parua nec leuia esse possunt: ecce ut uides: non i͞uitus paruit salutiferis admonitionibus & sanctissimis iussis tuis: qppe q ut e͞ uir no͞ min⁹ studios⁹ religionis & pietatis quam & ingenti animo & consilio: ai͞aduertebat te pontificem maximum & sanctissimum non sine causa

Athenienses
Demosthenes
Philipp⁹ rex
Alexander
M. tull. cicero
T. anni⁹ milo
Roma
Narratio
Petr⁹ apostol⁹

ĩn tanto itineris labore & infirmitate corporis & apoſtolico il
Mantua lo ſolio Mantuam conceſſiſſe & uniuerſos chriſtianæ fidei prĩ
cipes ac reges conſultandi ferendæque opis gratia inſtanti ne
Cõfirmatio & confutatio ceſſitati litteris ac nunciis conuocaſſe: Nã quid magis decet
chriſtianum hominem quam non modo pecunias atque uires
ſuas pro illius nomĩe gloriaque offerre ſed etiam ſemetipſum
ſi opus fuerit: deuouere: qui ut ipſi uita frueremur æterna: cũ
e domino ſeruus fieri tũ crudeliſſime & per omne ignominiæ
genus mori uoluit? Oh diuinam illam clæmentiam. Oh libe-
ralitatem & munificentiam obſtupendam. Tu pro nobis chri
ſte optime maxime: quo illius originalis delicti & perpetuæ
culpæ reos inexpiabili facinore liberares: pudendam acerbiſ-
ſimamque mortem non ſolum non recuſaſti: ſed ultro etiam
atque perlibenter depopoſciſti. Nos autem ita ſimus impu-
dentes ita ingrati ita mentis ac ſenſus inopes: ut facultates
noſtras atque uitam ipſam ſi ſit opus: quam a te uno gratis ac
cepimus: in tanta tui nominis iactura & contumelia tibi repe
tenti reddere dubitemus? Abſit a regibus & principibus chri-
ſtianis tantum dedecus tantum opprobrium tantum nefas.
Quid enim reliqui principes ſint facturi pater beatiſſime: quo
rum opes ac uires maiores formidabilioreſque ſunt: quando
unus hic Franciſcus ſphortia ne dilectiſſimis quidem & fra-
tribus & filiis parcere decreuerit: modo poſſit aliquam opem
ſalutemque afferre huic ſalutifero pientiſſimoque operi? No
uit certe princeps prudentiſſimus nos eſſe natos non nobis
ſolis ſed bonis omnibus ſed toti fidei chriſtianæ ſed immor-
Chriſt⁹ Iheſ⁹ tali deo chriſto Iheſu redemptori noſtro: cuius innocentem
& ſanctiſſimam ciuitatem pati ludibrio eſſe diritati immanita
Turci tique turcorum turpiſſimum eſt & dedecoroſum in primis:
Eo enim omnis indignitas ducenda eſt indignior: quo ab in
dignioribus infertur hominibus: ſi homines quidem potius
quam efferatæ prorſus & truculentiſſimæ quædam bælluæ
Turci ſunt appellandi: cum nihil in ſe humanitatis habeant
præter hominis figuram & eam ſane ob flagitioſiſſimam tur-
pitudinis foeditatem deprauatam ac nequam. Quis unus om
Scythæ nium turcos ignoret fugitiuos eſſe ſcytharum ſeruos eoſque
Caucaſus paſtores: qui ex ergaſtulis illius uaſti & inhoſpitabilis mon-
Perſis tis Caucaſi cum in perſida ac Mediam latrocinatum deſcen-

diſſent: nullumque certum incolerent domicilium præter ob/
ſoleta luſtra & horrentes ſyluarum latebras: primum Iuſtini
ani temporibus ad helleſpontum uſque clandeſtinis inſidiis
impetum facientes: eodem ductore & collatrone perditiſſimo
Bochano urbem opulentiſſimam Boſphorum repẽtina ui ca
ptam diripuerunt: Deinde ubi laxius ut homines humiles ab
iectique negliguntur: contemnunturque: imperante conſtanti
nopoli Alexio comneno tantum rebus ſuis incrementum fu/
res obſcuriſſimi cõtinuis latrociniis attulerunt: nam quid nõ
conſequatur aſſiduitas? ut iam auderent aperto etiam marte
cum imperio illo orientali de principatu contendere: Vſu enĩ
fieri quottidie uidemus: ut quo quis humiliore ignobiliore/
que natus genere fortunæ impudentia uſus fuerit: eo ſe arro
gantiorem inſolentiorem ſuperbiorem præſtet. Et ne ſim in
re minime iucunda narrando prolyxior: ubi turci per Theo
dorum cantacuzenum: qui Iohannem palæologum ut pupil/
lum & generum impius circunſcriptor patrito auitoque re/
gno fraudarat: ex aſiatica Myſia in thraciam callipoli ad hel/
leſpontum tradita perinde atque ſocii ſunt traducti: nunc ſo/
cerum nunc generum Horcane ductore fallentes: ut ſunt ad
omne improbitatis genus procliues atque anhælantes: breui
temporis curriculo magna ex parte thracia occupata: duce
Amoratho Horcanis filio in triballos: qui nunc ſerui appel/
lantur: irruere: Quo in loco ubi magna utrinque cæde iam per
petrata Amoratus a Lazaro ſtrenuo atque fortiſſimo triballo
rum duce: qui ſe pro patria immaculatam hoſtiam deuouens
cum duodecim intrepidis commilitonibus in caſtra ipſa intra
crudeliſſimi ſceleratiſſimique tyranni tentorium impetum fe
cerat: multis uulneribus confoſſus occidit. Huic ubi Baiſetes
filius ſucceſſiſſet non re minus fulmen quam nomine: id enim
Baiſetes turcorum lingua ſignificat: non ſolum theſſalia chri
ſtianis & Boetia eſt erepta: ſed ipſa etiam noua Roma Con/
ſtantinopolis ita uallata & preſſa diuturna obſidione oppu/
gnationibuſque continuis & tremendis: ut profligato iam ad
Nicopolin Sigiſmundo rege hungariæ cum tanto & tam re/
bus omnibus ornatiſſimo exercitu fortium uirorum ad tre/

Iuſtinian⁹ im perator
Helleſpontus
Bochanus
Boſphor⁹ urbſ
Cõſtãtinopolis
Alexi⁹ comnenus ĩperator
Theodorus cãtacuzenus
Iohãnes impator
Myſia aſiatica
Thracia
Callipolis
Helleſpontus
Horcanes
Amorathus
Triballi ſerui
Lazarus
Baiſetes
Theſſalia
Boetia
Cõſtãtinopol⁹
Nicopolis
Sigiſmũd⁹ rex

Galli centamillia post internicionē tātæ Gallorum nobilitatis post ludibriosam & barbaram ac spurcissimam contumeliam tot

Christ⁹ Ihes⁹ principium tot ducum post iam prope extinctum christianum & nomen & cultum ni repēte Christus Ihesus qui se de inimi

Thomyris tā berlanus cis suis cum inimicis item suis ulcisci dignatus est: Thomyrin massagetam cognomento tamberlanum quoniam pede altero esset claudus: cum innumerabili firmissimoque misisset exercitu: ipsa inquam noua Roma constantinopolis ex illo usque tempore & capta ui esset & uersa in prædam. At noluit tum deus omnipotens tantam pati indignitatem: quin potius perspicue omnibus gentibus declarauit frustra esse humanos cogitatus omnis: qui diuino careant auxilio. Victus est igitur & captus illico a Thomyride tamberlano fulmineus ille & horribilis Baisetes nulla pugna nulla concussione hastarum nulla ensium uibratione sine ullo prorsus sagiptarum iactu: Nā ante uniuersus Baisetæ exercitus fugæ turpissimæ terga dedit: quam descensum esset in aciem. Oh mirabilem dei prouidentiam. Oh īcomprensibilem immensamque potentiam. Oh caritatem: qua nos complecteris: infinitam. Et nos miseri non dum resipiscimus? non resipiscimus? captus igitur & non multo post obtruncatus per multam contumeliam ille tam potens tam elatus tam formidabilis Baisetes cum non nullos fi

Sultan⁹ turc⁹ Cyricis lios reliquisset: cæteris demum deinceps omnibus per Sultanum fratrem strangulatis arquus neruo ex quo postea cyricis dictus est: solus hic sultanus cyricis in tyrrannida successit nihilo quidem minus quam Baisetes pater christianis perni

Mysi Danubium Balacchi Moldauia Aegeum mare Ionium mare Peloponnesus Illyrici ciosus: Nam & Mysos qui citra danubium sedent: & ultra danubium Balacchos & Moldauiam subiugauit. adiecitque: quidquid mari ægeo Ionioque adiacet præter solam pelopōnesum ad Illiricos usque. Qui posteaquam animam efflasset: secutus est Amorathus filius ob amorathum proauum ita nominatus. Is omnium primum post strangulatum Mustapham fratrem urbem constantinopolin permagno & acerrimo munitus exercitu obsedit mensibus tribus. oppugnauit

que fortissime:quo tempore illic me continebam disciplinæ græcæ consequendæ gratia: quam ubi nequisset expugnare: agro igni ferroque uastato abiit adortus thessalonicam in macedonia:quæ turcorum metu Venetis se dediderat. Hanc posteaquam dies tris continuos oppugnat: tandem expugnat: agitque in prædam. Murum Isthmi qui peloponnesum per continentem ab ægæo ad ionium pelagus tutabatur:cum cepisset per incolarum proditionem:solo æquauit inde abacta ingenti præda :Qui ubi sæpenumero pugnasset cum hungaris & id quidem infeliciter:demum ubi apud Barnam cum iisdem hungaris manum conseruisset:essetque unius Iohannis Vaiuodæ clarissimi belli ducis calliditate summaque uirtute superatus atque ingenti cum cæde in fugam uersus:factũ est subito audacia atque aĩositate regis Vladislai:ut e uicto uictor euaserit hungaris cunctis non tam fugatis quam per subitam animorum consternationem ob intolerabilem dolorem quem ex interempto rege animo conceperant:ultro fugientibus. In qua quidem christianorum fuga illud uulnus uel maximum nomini christiano infixum est:quod Iulianum cæsarinum sanctæ crucis cardinalem uirum uero dignum romana ecclesia hungari frustra a fuga reuocantem crudelissime trucidarunt. Amorathum autem hunc non multis post annis maiores calamitates in christianum populum ærumnasque molientem peropportune mors e medio sustulit relicto Mahometo filio uno certe omnium qui sunt: fuerunt: futurique sunt: impurissimo adolescente & omni immanitate immaniore. De hoc autem tetro diroque portento de hoc inquam tam truculento tam sæuo tam horrendo tam funesto prodigio quid dicendum quid sentiendum quid tenendum sit:nescio. Illud certo scio neminem unquam alterum ex omni hominum memoria extitisse: qui breui adeo tempore tanta trepidatione atq; terrore uniuersũ ꝑpe terrarũ orbẽ affecerit. Et ne id qdẽ mirũ: Quas.n.calamitates un⁹ hic alter ĩpi⁹ & abomĩabil' mahomet⁹ tã paucis ãnis christião ppl'o ĩtulit ?nobilissimũ illᵭ oriẽtal'

Thessalonica
Macedonia
Veneti
Isthmus
Hungari
Barna
Iohãnis uaiuoda
Vladisla⁹ rex
Julian⁹ cæsarinus cardinalis
Mahomet⁹ tyrannus

Noua roma imperii emporium Nouam Romam Cõstantinopolin: heu mi
Constantinopolis seram nostram infelicemque tempestatẽ num latissimi illi altis
simique muri crassissimæq; turres: quæ singulæ munitissimas
arces repræsentabant: cum uiderentur omni adamante soli
diores: num ulla hominum aut ingenia aut uires tutari po
tuerunt? quo minus a turcis captum & in miserabilem ac lu
ctuosissimam prædam uersum omnibus gentibus sit exemplo
Peloponnesus nihil esse nobis superbiendum? Non ne paulopost Pelopon
Triballi nesus eodem tacta fulmine periit? Quid enim Triballos quid
Illyrici Illiricorum quid Dalmatiæ reliquias commemorem: quos om
Dalmatia nis assiduis incursionibus & incendis premit: ac perdit idem
nefarrium abominabileque monstrum? Verum quid triballos
memini? Hos enim Mahometus iam omnis egit in ærumno
Pannonii sissimam seruitutem. Nũc ultimo exitio Pannoniis imminet.
Spendorobus Eoque faciliorem sperat de iis uictoriam: quod Spendoro
bum triballorum emporium expeditum per danubium tran
situm in hungaros præbet: Hungari uero ipsi etsi sunt tum
animorum ferocia tum robore corporum peritiaque bellan
di aduersus Turcos aptissimi: tamen quia intestinis seditioni
bus assidue inter se digladiãtur: sunt ad rem tantã tamque ne
cessariam imbecilliores. Quo fit: ut nisi propediem a cæteris
christianis principibus eorum imminenti extremoque pericu
lo succurratur: indubitato sint perituri. Illius autem populo
sissimi regni bellicosissimique euersio: quod omen deus auer
tat: quantam sit cladem cunctis christianis illatura: quis est
Cõclusio particularis tam rerum inscius: qui ignoret? Expergiscimini ergo: exper
giscimini tandem principes & populi christiani. ferte pericli
tantibus auxilum. ferte Christo Ihesu. ferte uobis ipsis. ferte
filiis uxoribusque uestris. Nolite pati per deum immortalem:
nolite pati tantam pestem tantam perniciem aduersus chri
stianam rempublicam diutius inualescere incrudescere debac
chari. An ignoratis fore: ut subiugatis hungaris: qui nobis
clipeo sunt & muro: continuo uobis sit de uestra & libertate
& gloria saluteque pugnandum? Laudatur a uiris sapienti
L. brutus bus & L. Brutus & Manlius Torquatus: quod proprios fili
Mãli⁹ torquat⁹ os uirgis cæsos securi percuti uisserint ducti illi quidem ut

aiunt: alter disciplina rei militaris alter salute patriæ. Lauda tur Curtius: quod se in profundissimum terræ hyatum illum periturus præcipitauit: quo metu mortis patriam solueret. Ladantur tres decii pater & filius ac nepos: quod in extremis reip. periculis sese deinceps pro patria deuouerint. Laudatur M. Attilius regulus: qui ut fidem hosti seruaret: ad acerbissimos corporis cruciatus ad dedecorosissimam contumeliam ad indubitatam mortem redire non dubitarit. Laudantur inquam: laudantur cum alii multi tum Phileni & Codrus: qui honestam mortem turpi uitæ ingenti animo præferre pertulerit. At hos omnis qua ratione ductos arbitremur? Alia nempe nulla: nisi ut umbratilem & inanē huius sæculi gloriam uel mortui uiderentur assecuti. Nos autem qui ad huius uitæ celebrem gloriam æternam quoque atque cælestem gloriam simus assecuturi: cunctabimur diutius obuiam ire pulcherrimis gloriosissimisque triumphis. Iantandem felicissima signa in barbaram turcorum illam & abiectam seruilemque nationem tollenda sunt te auctore & duce atque uexillifero pontifex Maxime pientissime Pie secunde: qui christi uices in terris gerens omnia pro animi tui magnitudine & incomparabili sapientia diuinaque uirtute constitues: geres: moderabere: perficies. Quis adeo sit a fide christiana alienus: quis ita abhorrens ab omni humanitate: quis tam suis rebus sibique aduersus: qui in re tam pia tam necessaria tam laudabili tam utili beatitudini tuæ parere subterfugiat? atque nolit uitam suam si sit opus: deo offerre: quo tanto dedecore amarissimoque flagello christiana respublica liberetur? Nam quod ad Franciscum sphortiam mediolanensium ducem principem meum attinet: hic eo consilio abs te accersitus eo animo huc uenit: ut oīa sit ꝑ tua & sacrosanctæ romāæ ecclesiæ uolūtate iussuque facturus: Non modo enim & uniuersam tibi substantiam & exercitum suum omnem pollicetur ad hanc rem tantam tam sanctam tam deo hominibusque acceptam sed fratres etiam ac filios: præsertim cum non ambigat cæteros quoque principes regesque christianos idem singulos pro sua facultate facturos. Ac multo sane alacrius & libentius ipsemet præ

Curtius

Decii tres

M. attilius regulus

Phileni

Codrus rex

Cōclusio generalis

Fr. sphortia dux

stantissimus princeps meus ut est inuicto & excelso animo re ligionique deditissimus & sanctitatis tuae obseruantissimus: in tam praeclaram tamque salutiferam expeditionem profici sceretur: si per Italicarum rerum condicionem ei liceret.

Francisci philelfi ad uiros papienses oratio congratulatoria de creatione Iacobi borrhomaei Vitaliani comitis. f. ad dignitatem & gradum episcopalem.

Exordium

n On possum equidem Viri papienses & uos caeteri Patres amplissimi non uaehementissime uobis ecclesiaeque uestrae gratulari: quod eum tandem pōtificem estis adepti: cui ad decus & ad gloriam nihil est: quod deesse insigne queat. Videtis enim diuina benignitate eum uobis contigisse episcopum Iacobum istum borrhomaeum praesentem hic coramque astantem: quē esse magno splendore praeditū magna doctrina magna fide magna religione non fama uaria aut dubia. sed longo usu & multiplici experientia didiceritis: Quae dum mecum ipse consydero: tum uobis gratulor: quibus cupio esse quāoptime: tum mihi gaudeo: cui secundae res uestrae omnes non laetae esse nō debent: Nam pristina illa uestra maximaque merita quib⁹ hic iampridem docens & publice sum a uobis & priuatim ornatus: nullus unquam obliuionis interitus e memoria mihi deleat. Quare cum noua haec & peroptata praesentis pontificis creatio cōmunem mihi uobiscum uoluptatem afferat: quantum hodierno die ab immortali deo nobis bonum oblatum

Narratio

sit. breui saltem oratione recensendum existimo. Cum papiensis pontificatus sedes annos complusculos iam uacaret: & ingens competitorum numerus maximis opibus & studiis ad tantae dignitatis fastigium niteretur: idque persaepe frustra tē ptatum esset: quippe quod non humani sed diuini potius fa-

Christ⁹. op. Max.

uoris opisque indigeret: prospexit opportune Christus optimus maximus huic rerum difficultati: qui non quod ipsi uo-

lum⁹: sed quod nobis optimũ fore nouerit: multo ante delibe rat. Itaque eodem fere tempore & christianissimus princeps noster Philippus Maria Anglus & summus pontifex Eugeni us: qui Christum in terris gerit: uterque ueluti diuino quo- dam afflati numine Iacobum borrhomæum reliquis omni- bus reiectis ac repudiatis competitoribus: nihil tale neque pe tentem nec cogitantem eadem mente communique consensu episcopatui papiensi præesse uoluerunt. Quæ quidem res triplicia mihi bona illa uidetur esse complexa: quæ ad bene beateque uiuendum maxime expetuntur: honestatem. utilita tem. iucunditatem. Harum autem pulcherrimarum laudum campum quoniam non tam prolyxe differere: quam attinge- re paucis tempus iubet: & si cupiebam ita dicendo explicare: ut non modo fruges & fructus omnis feracitati hubertatique responderet: sed nihil omnino relinquerem aut desertum aut incultum: oratione metiar expedita magis & circun- scripta quam ambienti & locupleti. Et ut eodem prose quar ordine: quo proposui: quoniam honestum id ducitur: quod uirtute constat: quid honestius papiensi episcopatui quid pulchrius quid illustrius contingere potuerit: quam quod eum sibi pontificem uidet oblatum: cuius uirtutes & multæ sint & singulares in primis? Cum enim ueluti duo que dam itinera quorum altero se ituros altero peruenturos ad di uinam illam & incommutabilem bonitatem arbitrantur: mor talium animis sint proposita scientia atque sapientia: ita in utroque Iacobus borrhomæus uel ab ineunte usque ætate uersatus est & agendo & contemplando: ut ne grandioribus quidem natu uiris eruditissimis & eisdem religiosissimis un- quam cesserit: Nam cum sciret quibus præceptis in hac tem- poralis uitæ fragilitate exerceri se oporteret: omnium pri- mum ita semper temperantiam coluit: ut nullis cupiditatibus uictus: nullis uoluptatum illecebris labefactatus: id assiduis suis laboribus laudatissimisque operibus effecerit: ut nihil sibi facilius sit nihil usitatius nihil antiquius uita sobria & pudica. Quod cum in omni ætatis cursu tum in adolescentia

Philippus Maria anglus
Eugenius
Diuisio trĩ membris
Honestas
Vtilitas
Iucunditas
Cõfirmatio. i. & confutatio
Scientia
Sapientia
Actio
Contemplatio
De sciẽtiæ partibus
Temperantia

difficillimum factu sit:id magno nobis argumento esse debet hunc diuino quodam munere facillime adeo potuisse tam in/domitas atque effrænatas corporis bælluas uinclis iugoque rationis obtemperantes sibi & obsequentes reddere. In iis au/tem domandis subiugandisque non fortitudinis minus quam temperantiæ & moderationis adminiculis usus est:quibus ni xus omnes blandientium appetitionum insidias atque irrup tiones non modo constantissime sustinuit:sed etiam acerrime fudit:ac prostrauit. Non.n.est inscius probatissimus hic pon/tifex eum qui pestiferis animi perturbationibus liber non sit: omni turpitudini seruire. Nec ullum esse iniusticiæ genus:cui alacri animo non occurrat:non pareat:non se penitus dedat. Quare omni ope atque opera semper studuit:ac studet:ut ni/hil agat:nec meditetur:nec cogitet quicquam:quod a iusticia sit æquitateque alienum. Nec id iusticiæ munus ducit : ut la/cessenti cuiquam noceatur:quippe quod cum feris commune sit:quæ uix cuiquam nocent:nisi fuerint lacessitæ:Sed prohi bere iniuriam & prodesse omnibus in media iusticia situm pu tat:Nam prudentiam quæ propter uarios casus inopinatos/que rerum euētus uix senectuti omnino conceditur:ita callet: ac tenet:ut nihil usquam in humanis actionibus accidere pos se uideatur:quod uel consultando uel gerendo aut incogni/tum sibi aut minus prouisum futurum sit. Prudentiæ autem omne & iusticiæ & fortitudinis temperantiæque officium nō ad aures popularis:sed ad dei gloriam semper refert. Huma/nos enim fauores omnis ita admittendos arbitratur:quoad huic itineri: quod aditum parat ad deum : impedimento esse non possint:Nam has omnes uirtutes quibus gentilitas glori atur:non tam propter se censet expetendas : quam quod sapi/entiæ:quæ sola perducit in cæleste spectaculum : ueluti pro/scænia quædam sint:Itaque maxime omnium pietatem colit: Quid enim diuino cultu agere potest aut melius aut pulchri us?Nam si id est bonorum omnium maximum:ad quod reli/qua bona omnia quæ ducuntur:referri oporteat:deum ipsum duntaxat nostram esse felicitatem siquis ignorat:omnem uim boni naturamque ignorat. Felicitatem autem omnes uolunt: quam qui norint : perpauci sunt : Non enim in hisce terrenis sordib⁹ ac cœno hominis bonū collocatū ē. Id oē cælit⁹ ē pe

Fortitudo

Iniusticia

Prudentia

Sapientia

Pietas

tendum. Inferiora hæc omnia & infirma sunt & instabilia & caduca. Quod uero & incommutabile est & summum & sempiternum bonum: sola nobis sapientia pollicetur: quæ ita rerum cælestium ueritatem diligenter inquirit: atque contemplatur: ut non prius cõquiescat: quã ad diuinũ splendorẽ illũ usq; peruenerit. In huiusmodi inq; sapiẽtiæ lumine sese ĩtuẽs Iacob⁹ borrhomæ⁹ liqdo pspicit nihil ẽẽ humano generi præstabili⁹ nihil magis optãdũ: q̃ oẽs suas & actiões & cogitatus referre ad deũ: q solus colendus sit & oĩ religionis & fidei sinceritate unice uenerandus. Sed quoniam de honestatis parte locuti sumus: iam ad utilitatis rationem nostra tendat oratio: Nam quanquam id solum est utile: quod sit honestum: cuiusmodi tamen alia quædam separatim utilitas ex hoc põtifice sit in papiensem episcopatum & in uos item uniuersos emanatura: breuiter complectar. Latere uos id non puto: quod est etiam peregrinis luce ut ita dixerim: clarius: consuesse plærosque pontifices superioribus iampridem temporibus papiẽsem ecclesiam permagnis detrimentis afficere: alios quoniam essent inopes: alios quoniam expleri non possent: Quare cum hi nollent pecuniis abstinere: nequirent autem illi parcere: se utrique perniciosos in rem ecclesiasticam præstiterunt. Nihil autem huiusmodi esse de præsenti pontifice uerendum tũ eius probatissimi mores docent: tum paternæ diuitiæ ac splendor. Nam quopacto aliena uel auferat uel surripiat: qui ultro sua beneficentissimeque conferre sit solitus? An estis obliti: quanta liberalitate semper sit usus Iacobus borrhomæus: & cum apud uos ingenuis artibus studeret annos non nullos: & cum paucis ante mensibus hoc ipso in loco pontificii iuris insignibus quampulcherrime ornaretur? Quis enim omnium dici queat: qui ullo uel humanitatis uel facilitatis uel benignitatis & munificentiæ genere cũ hoc uno sit conferendus? Quod si & adolescens & abbas nihil sibi laudabilius esse censebat quam benefacere quam æqui & boni nosse tuerique rationem quid nunc iudicandum est de uiro plane sapienti religiosissimoque episcopo? Atqui huius pater uir magnificus & illustris Vitalianus comes iis facultatibus atque opibus frætus est: ut magni putet interesse ad decus & ad laudem suam: si omnes semper intelligant suos quosque aliis nullis quam pa-

Cõfirmatio .ii & cõfutatio

Vitalianus comes

ternis & suis locupletatos esse diuitiis. Quod quidem cum alus permultis in rebus tum in sacris templis apparatuque di uino quottidie ostendit non coniecturis & argumentis quod facere non nulli solent: qui uideri quam esse malunt liberales ac benefici: sed magnis muneribus magnisque impensis. An

Diui barnabæ monasterium

fortasse nescimus diui Barnabæ monasterium cui noster hic amplissimus pontifex in hanc usque diem sua maxima cum laude abbas præfuit: quanta primum inopia mendicitateque premeretur? Non fundi omnes prædia omnia ædes omnes su periorum abbatum uel auaricia uel negligentia fœnore rapi nisque perierant? Non hæc omnia uidemus unius Vitaliani pergrandi auro singularique industria non modo recupera ta restitutaque monasterio sed ita amplificata & in cumulum aucta: ut nunquam eius census aut maior fuerit: aut expediti or aut liberior? Est enim comes Vitalianus pro suo ingenti a nimo eodemque regali non minus splendidissimis moribus præstantissimisque uirtutibus quam fortunis ornatissimis & maximis. Quare quidquid habet: Tantum autem habet: quan tum alius in Italia unus nemo: id omne cum bonis habet com mune: Nam quod in bonos & claros homines beneficium cō fert: id non tam dare quam accipere existimat. Itaque mirari neminem decet: si in huius quidem unius hominis uita tanta est apud diuum principem nostrum auctoritas tantum consi lium tanta fides: ut non tam oret: quam exoret omnia. Quæ certe res quanto etiam uobis omnibus usui sit futura: licet uel

Cōfirmatio. iii & Confutatio

me reticente cognoscere. Tertius locus erat iucunditatis: quæ quanta esse debeat: non solum ex honestatis utilitatisque ratione æstimari oportet: sed ex ipsa quoque ui propria & na

Triplex animi bonum

tura iucunditatis. Triplex esse bonum in animo contempla

Contemplatio
Actio
Iucunditas
Aristoteles
Voluptas

tionis actionis iucunditatis: quam eandem uoluptatis nomi ne appellant: & alii plures incliti excellentissimique philoso phi & Aristoteles locupletissimus testis est. De sapiētia & uir tute antea percucurrimus. De tertio autem bono non pluri bus transigamus quam rei atque temporis ratio postulat. Per multi sunt: qui uoluptatem uitio dent: hi nomen magis ne scio quo pacto quam rem ipsam fallaciter expendentes. Sed

uoluptatem quam ipse honestiore uerbo si quem forte uolup tatis nomen offendat: iucunditatem nomino: quippe quæ & mentem & sensum iuuet: quanti fieri conueniat: perspicue docet christiána etiam ueritas. Quod enim præmium nobis aliud est futurum uigiliarum laborumque nostrorum: quos plurimos & maximos ad sinceritatem fidei & dies obimus & noctes: quam peremne quoddam & infinitum gaudium: quo in uidenda coramque contemplanda ineffabili dei essentia & animo & corpore quaniucundissime perfruemur? Nam si quis eiusmodi uoluptatem statuat: quam Sardanapalus ille rex assyriorum aut Smindyrides sybarites secutus dicitur: hic non multum differat a pecude. Sed nos eam uoluptatem ponimus: qua bene institutus animus & in hac uita fruitur: & in illa perfruitur. Huiusmodi autem uoluptatem uos capturos uiri papienses ex præsentia & consuetudine huius uestri pontificis non sum nescius: Cum enim perspexeritis humanissimi huius patris suauitatem: uitæ integritatem singularem modestiam morum sanctimoniam lenitatem grauitatem insignem expressamque probitatem: qui uos plurimum & monendo & hortando & docendo & consolando & subueniendo iuuet: non poteritis affici non mira iucũditate. Quæ cum ita sint recte uobis lætandum sentio: qui talem sacerdotem ecclesiæ u stræ præfectum esse uideatis: qualem post illa prima tempora diui Syri: in cuius hoc sacratissimo templo hæc a nobis habetur oratio: alterum nunquam ullum habueritis. Habetis in quam eum episcopum: qui & scientia rerum temporalium nemini agendo concedat: & sapientia cultuque diuino uiris etiam religiosissimis antecellat. Tantam uero sit uobis utilitatẽ iucunditatemque allaturus: quantum a plærisque superioribus pontificibus & detrimenti fuerit & ægritudinis importatum. Tu autem pater amplissime Iacobe pontifex ages omnia geresque pro ingenio & consuetudine tua hoc est ingenue innocenter moderate abstinenter caste pudice continenter. Omnia ad religionẽ refer oĩa ad pietatẽ. Expectatiõem quã de tua pstãti ĩsigniq; uirtute apud oẽs mirabiliter cõcitasti: hãc para nõ mõ ut sustĩeas atq; tueare: sed ãplifices ẽt: ac exupes: Rñde

Vñ iucũditas

Sardanapalus

Smindyrides

Peroratio

Syrus

Eugenius — Eugenii de te iudicio responde opinioni principis nostri: qui te quoniam bonæ spei adolescens uidereris: decimonono ætatis anno abbatem esse uoluit: & hoc tempore nōdum natum annos octo & uiginti quia cum ætate simul bonitate processeris: ad episcopalem dignitatem amplitudinemque promouit. eo ut mea fert opinio: animo ac mente: ut ad maiorem laudis atque honoris gradum auspiciis suis ductuque peruenias: si non te minorem gesseris episcopum: quam fuisti abbas. Memineris que eo tibi maiorem necessitatem additam ad uirtutis & nominis claritudinem quo non infimo aliquo & humili genere natus es: sed Vitaliano patre: qui non modo maiorum splēdore sed multo etiam magis suis laudibus ac meritis & illustrem se omnibus & admirandum reddiderit: Nam quanquā

Vitaliāi unde — Vitalianorum familia nobilitatis & originis suæ Vitalianū
Vitalian⁹ rex — regem Iustini regis filium & diuæ Iustinæ patrem qui ex An
Iustinus rex — tenoris troiani posteritate fluxisse traditur: auctorem memo
Diua iustina — rat: & nonnulli post hunc reges ad Attilæ usque hunnorum
Antenor — & Totilæ illius in christianos flagelli gotthorumque procel
Attila — las Patauii Venetiæque regni successionem gessere. deinde ta
Totila — mē ut res humanæ plæræque omnes labiles caducæque sunt
Gotthi — paulatim præclarum illud & præpotēs Vitalianorum nomē
Patauium — simul cum opibus & fortuna extenuatum in id calamitatis in
Venetia — ciderat: ut non longe abesset ab interitu. Itaque diuina quadā
Vitalianus — ope immortalique beneficio Vitalianus hic splendidissimus Pater tuus quasi sol quispiam Vitalianis omnibus iam prope obscuratis tempestiue illuxit: qui noctem late omnia occupantem suis radiis tolleret. incubātibusque tenebris altius fulgēs serenitatem lucemque inferret. Quare quod in suam laudem

Cicero — Cicero iactare aliquando consueuit: maioribus se suis præluxisse: id de se Vitalianus iure profiteri meritoq; possit. Igitur non mediocris tibi opera danda est: ut quod perpulchre facis & laute tui patris uiri optimi & hominis magnifici dissimilis non sis: Non enim minor ei ī te uno spes reposita esse debet q̄

Philipp⁹ bor rhomæus — in fratre tuo uiro clarissimo Philippo ipso borrhomæo paternæ gloriæ atque uirtutis æmulo & repositam uidemus & cōstitutam. Voluta præterea tecum animo: quantum munus su

Episcopus qd significet — sceperis: qui & sis & nomineris Episcopus: Quoquidem nomine idcirco ab homero īterdū hectora honoris gratia appellatū

inuenimus:quod & rex esset. & speculator. & tutor. & altor. Rege igitur etiam tu Christi hunc opimum & amplissimum gregem tuæ fidei & tutelæ commissum pro tua integritate & excellenti iusticia diligenter ac sedulo. Quid agendum obseruādumque sit: & dies tecum speculare & noctes. Bonos omnis quam studiosissime tuere: constantissimeque defende. Qui se flagitii & facinoris quam probitatis maluerint pietatisq; participes: digna censuræ ultione compescendos cura. Hæc si pro tua singulari grauitate atque uirtute feceris: non modo pulcherrimo tuo nomini & muneri satisfacies: sed omnipotenti etiam deo te gratissimum reddes & cunctis hominibus acceptissimum. Christus

M.ccccxlvi. septimo Kal. octobres papiæ.

Canzon morale di Francesco philelfo a dio omnipotente in commendatione & raccommendatione dil Ill. principe Philippo Maria anglo a lintrata dil uescoue di pauia Iacopo borromæo.

f Ignor che pur di nulla fatthai il tuto
I ciel col sole insieme e lauree stelle
Tra laltre cose belle
Che prodocesti per tua gratia e duono:
Sel mio giudicio. e. buono:
Non mi par la minor ne di men frutto:
Che un tal lume al mondo habbi produtto:
Il qual si aduanza di uirtu e di honore
I prencipi e gli re e ciaschun sire
Per le sue opre mire:
Come fa il sole o mostra il suo splendore
Tra gli specchi piu chiari
Di lethereo pol: o son men rari
I lampeggianti lumi el gran fulgore.
Queste quel gran signore:
Che per mare e per terra e il piu nomato:
Chalchunaltro: che sia in uita pregiato

Quando la terra sforzandosi uolle
Produr di se il glorioso parto:
Premendo ciaschun arto
Acioche non nasciesse cosa molle
Ma dura e fiera e folle
Partori di giganti il grieue stuolo
Per dare affanno e duolo
A chi lauea brugiata e pria somersa.
Ma gioue poi sentita la sciocheza
E la uana baldeza
Di lorgogliosa terra: hebbe dispersa
In brieue spatio lira
Deglhabbattuti corpi: in cui saggira
La diuina uendetta in lor riuersa.
Ben fu punita e persa
La terrena audatia el uan consiglio:
Che uolle in contra il cel drizar suo artiglio.

Ma il cielo in cui maggior saper se stende:
Per sua gloria monstrar con uero effetto
Quanthauea dentro al petto:
Tutto per humilta col uiso chino
Al sommo amor diuino
Nulla occoltando scuoure: o piu saccende
Dimandando merze: Il perche prende
Giulta licenza e gratia al parto occolto
Di darci quello triumphal monarcha:
Il cui intelletto uarcha
Tutti li sensi humani: peroche tolto
Dal celo oue piu alto
Labitacol diuin lempyreo smalto
Donque il sydereo globo in se racolto
Partori il nobil uolto
Di philippo Maria anglo possente
Pregio & honor di tutta humana gente.

Heroica statura in costui sorge
Celestial saper ingegno & arte
E come gioue e Marte

Sempre in piacere e tranquillo riposo
E ſtato glorioſo
Se regge.e ſerba.e degna pena porge
A ſuoi nimici:qualunque ſaccorge
Hauer cuor di gigante a ſe rubello:
Coſi a tutto prouede il mio ſir giuſto
E comel buono auguſto
Igiuſti exalta e deprieme ognom fello
E ſol per pace hauere
Soſtene ogni fatigha al ſuo potere:
Amando il ſeruo come car fratello.
Qual Cleobis qual Tello
Non.e.remunerato di ſuoi affanni?
Sien di coſtui infiniti igiorni e glianni.

Alegrar donque o popolo paueſe
Col cuor giocondo e con lauiſta lieta
Te puoi:quando tal pieta
Vedi il tuo ſire il tuo padre benegno
Hauer di te:che degno
Tha giodicato in cui lui ſia corteſe:
Vedere ben puoi:ſel duca milaneſe
Ama la tua quiete il ben.la pace:
Quando di tal paſtor tha honorato:
Il cui ingegno.e.ornato
Di doctrina e uirtu e fede uerace.
Figliol dil ſuo buon ſeruo
Conte Vitalian:cogni ſuo neruo
Metter per gliſuoi amici mai li ſpiace.
Qual donque.e.quel:che tace:
Che meco inſieme al ſommo dio non faccia
Per coſtui preghi con le iteſe braccia?

Omnipotente dio
Che tutto uedi.e reggi.e ben gouerni:
Per gli tuoi imperii eterni
Con humilta te ſupplicamo tutti:
Che ſerui.e guardi il noſtro ſignor pio.

O dolce signor mio
Per quegli amari e saporiti frutti
Morendo e risorgendo
Riceuoti da te uero missia
Sol per ristuor di nostra colpa hauendo
Pieta di noi:che essendo
Il delitto impunito
Ciaschunera nel suo ben far perito:
Degnati il tuo Philippo! Anglo Maria
Guardarlo dogni inciampo e sorte ria.

Eodem anno & die & loco.

Frācisci philelfi oratio de laudibus Lazari scarampi episcopi ad comenses.

Lazarus scarampus

Instituenti mihi uiri commenses uerba apud uos facere cum de episcopali dignitate tum de ipō uestro episcopo lazaro scarampo:quem præsentem hic coramque uidetis:haud equidem facile dixerim : uter maior dicendi labor de dignitate ne an de homine sit oblatus. Vtraque sane res tanta est & tam nobilis tam magnifica tam excellens:ut uix ulla ingenii ui:ulla orationis copia uideatur esse cōtenta. Scimus enim ut hinc primum aggrediar:ab heroicis usque temporibus eodem episcopum esse nomine regemque appellatum:id quod apud Homerum de hectore licet animaduerti. Et ne id quidem absurdum. Quid enī aliud Episcopus significat apud græcos : quam inspectorem speculatorem custodem consultatoremque & ultorem ac propositi compotem? Rex enim omnia diligenter inspicit:omnia prouidet:quæ ad tutandum regnum & amplificandum attinent:suis præmiis bonos prosequens ac dignis animaduersionibus malos afficiens. Et quoniam nihil agit inconsulto nihil imprudenter:quidquid proposuit:efficit . Hæc eadē certe mens idem aīus epō in ecclesiā esse debet & eo studiosior atq propensior:quo humanæ res cunctæ ne cum minima quidem alicuius diuinæ rei particula cōferri possunt. Enī uero quis fidelis atq doctus christianus minus nouit a christo optimo

Episcop' & Rex
Homerus
Hector
Episcopus qd Græci

maximo esse epos quasi reges suis ecclesiis istitutos? Ipse.n.cū adhuc esset i terris manum apostolis suis imponēs eos ordinauit epos: iussitq; ut irent in mundū uniuersum: & oī creaturæ euangeliū prædicarent: ac dicerent regnum cæleste appropinquasse: Ad hæc ut curarent: sanarentq; infirmos: mortuos suscitarent: mundarent leprosos: dæmonas eiicerent: permultaq; alia in suo noīe facerent: quæ naturæ diuinæ sunt: non humanæ. Ihesus inq; saluator noster huiusmodi præsules instituit: id quod Apostolus paulus spiritui sancto ascribens ait: // Attendite uobis & uniuerso gregi: in quē uos spirit⁹ sanct⁹ //posuit episcopos regere ecclesiā Ihesu christi. Atq; talium // sacerdotum tanta ē amplitudo & ita sublimis grad⁹: ut eos angelorum noīe in Apocalipsi appellatos inueniamus. Accipimus enim episcopū munus a primis inde tēporibus illud in catholicis ecclesiis extitisse: ut populos docerent: ipsisq; ea annunciarent: quæ ad gloriam pertinent sempiternam. Quare cū in apocalipsi iubentur angeli pœnitētiam agere: non de iis sermo est angelis: qui & incorporei sunt: & quorum alteri ob efferatam ingratitudinem peruicacemq; superbiā æternis suppliciis sunt addicti: alteri humiles & accepti memores beneficii longe absūt a terrena contagione: sed de hominibus potius: q diu in uita sunt: obnoxii sunt peccato. Nec enī episcopi qui humani qdam sunt angeli: quoniam diuina præcepta ac redēptoris nostri Christi Ihesu uoluntatem nūciant: sine peccato esse ullo pacto possunt. Atqui pontifex ipse quem præcipui honoris cā summū uulgo appellam⁹: aliud quicq; nihil habet egregium: quam quod episcopi est proprium. Quis enī ē alius summus pontifex quam ecclesiæ romanæ episcopus? Et singularum quidem urbium episcopi dici pontifices & possunt & consuerunt: qui quanquam in suis ecclesiis sunt maximi ac summi: eo tamen minus dicuntur: ut quem cæteris pontificibus lex præesse uoluit: is honorificentiore epitheto ornaretur. Sed quoniam paucis ostendimus eundem esse in ecclesia dei episcopum: quem & regem & angelum uocamus: reliquum est: ut de hoc ipso Lazaro scarampo: qui felici quodam diuinoque auspicio episcopus uobis contigit: non quæ dici laudando possent: sed quæ non dici iniustum sit: breui oratione perstringamus. Vidi plærunque non nullos

Euangelium

Paulus apostolus

Angeli

Apocalipsis

qui cum maxime studēt aliquem laudare:eas potissimum laudes conquirunt & consectantur : quæ alieni sunt iuris : nec præstari a nobis possunt. Nam patria & parentes : quæque alia uel fortunæ uel corporis siue bona siue commoda sint dicenda quancunque merentur laudem:propterea scilicet merentur:quod iis moderate prudenterque utamur:quandiu adsunt. Fragilia enim & caduca sunt:nec in nostra potestate posita. Aliud profecto nihil præter uirtutem & rationem afferre possumus:quo de certi quicquam habeamus magnumque polliceri. Bona animi nostra sunt:quæ fortunæ omni contēpto impetu nullam uim morbi nullam temporum mutabilitatem nullum incommodorum turbinem contremiscunt. Itaque uera omnis ac perfecta laus posita est & collocata in sola animi præstantia. Quid enim memorem Lazarum episcopum esse natione ligurem:familia uero scarampum ? At ligures in Italia quales sint:qualesque semper fuerint : nemo sane rerum paulo peritior ignorat. Nam ut tempori obsequens silentio præteream:quæ præclara quamque permulta facinora tempestate nostra ligures sæpe gesserint:& nunc etiam gerāt: tradunt nobiles non nulli rerum scriptores tum latini tum græci aborigines extitisse:qui maiore ex parte imperitarent Italiæ: cum ī eam Troiani primum uenissent ænea duce. Aborigines uero alios nullos esse quam ligures : ita nominatos: quod montani sint populi. Horos enim græce montem significat. Nam liguria prope tota montuosa est & ardua ob idque genus hominum acre atque bellicosum. Inter ligures autem scarampi proceres semper habiti sunt illustres : & id quidem in omni laudis ac probitatis genere. Quot iureconsulti:quot in omni doctrina magnitudine eruditissimi & eloquentissimi uiri:quot equites aurati e scaramporum familia prodiere? Quid enim repetam in præsentia priscum illum & inclytum auctorem huius generis ac nominis scarampum : qui ex Aragonum regia in Italiam profectus post res splendidissime gestas in liguria consedit : cum floruerit semper scarampo-

Ligures

Aborigines
Italia
Troiani
Aeneas

Italia

rum domus & fortissimis belli ducibus & religiosissimis ple risque atque amplissimis nobilissimarum Urbium pontifici/ bus. Itaque mirandum non est: si scarampis proceribus cum præstantissimis prope omnibus primariisque familiis non li/ gurum & Insubrium modo: sed totius hu⁹ Galliæ cisalpinæ affinitas ac summa necessitudo contracta est. Omitto reliquas clientelas amicicias uires facultates: quibus scarampi proce/ res plurimum pollent. Prætereo consulto in medium afferre uel Antonium huius auum: uel Rainaldum patrem: quorum uirtus & domi & foris tanta est habita & tam celebris: ut eo rum nomen nulla sit antiquitas deletura. Satis enim hic unus Lazarus episcopus superque est: qui omnem de se laudem que at profiteri. Non is profecto est Lazarus: qui suum iactet cla/ rissimum genus: qui aliena laudet: cum semper studuerit non aliunde sed ex sese ipso potius deoque pendere. Nam quid de hoc tam sancto & sapienti præsule uestro Viri comenses primum ducamus laudandum? Num eximiam formæ bonita/ tem? quæ tanti fieri in principibus consueuit: ut non dubita/ " uerit tragicus ille de Priamo loquens ita affirmare: Priami " quidem species meretur imperium. Quod si materia sequi/ tur formam natura: quis ambigat animi præstantiæ debere corporis excellentiam omnem respondere? At fit sæpe malo hominum more: ut naturæ probitas deprauetur. Eo igitur maiore admiratione dignus est Antisthes hic uester: quod omnia sit semper natura duce pro animi ratione non minus feliciter consecutus: quam diligentissime secutus. Omnem in/ quam corporis dignitatem omne robur omnem ualetudinem cum animi sanitate & ui atque pulchritudine conformauit. Quare cum intelligeret ad tantam naturæ bonitatem accede/ re oportere bonam quandam præstantemque doctrinam: hāc tanto studio: tanta industria: tanta diligentia est amplexus: ut non diuina poetica: non regina humanarum rerum ora/ toria: non optimarum omnium artium procteatice philo/ sophia contentus sese penitus sacrorum librorum lectioni

Ligures
Insubres
Gallia cisalpīa
Antonius
Rainaldus
Lazarus
Priamus

Theologia
Iusticia
Pietas
Gentiles philosophi
Sapientes
Stoici
Academici
Peripatetici
Socratici
Pithagoras
Empedocles
Aetna
Romani
Virtus
Lazar⁹ scarampus

Theologiæque dediderit: quibus in rebus tantum ualet: ut omnium opinionem superarit. Nec sibi aliud quicqnam boni proposuit unq̄ in uniuersa uita: q̄ quod ipsa ueritas quæ solus ē deus: desinierit. Nā per huiusmodi sapientiæ genus se facile assecuturum existimabat quod uerum & incommutabile atq; sempiternum foret. Quid enī uerecundos eius memorem continentissimosq; mores: cum nulla sit oīo uirtutis pars: cui⁹ assidua cōsuetudine priuatum se uoluerit? Præ cæteris autem iusticiam atque pietatem præcipua quadam cura & ueneratione prosequitur. Solebant prisci illi gentilesq; philosophi qui dicuntur: uirtutem sequi non tam uirtutis gratia: quam ut inanem hominum gloriam uenarentur. Itaque studebant: quod est simulationis proprium: magis uideri boni quam esse. Oēs eorum uigiliæ atque peregrinationes qui septem existimati sunt sapientes in græcia: referebantur ad humanæ gloriæ nebulam. Idem stoici: idem Academici & peripatetici reliquique socratici faciebant. Quæ nam mens uel pythagoræ samio uel agrigentino Empedocli fuerit: tum illius auratum femur tum huius inhiatum ætnæ præcipitatio dilucide declarat. Nam Romani quod aut pro patria se deuouerint: aut filios interemerint: aut tot tantosque labores exanclarint: uel acerbissimos cruciatus mortesque pertulerint: quid aliud quam nominis immortalitatem apud homines affectabant? Non enim ullam ii sibi omnes: si recte uelimus iudicare: certam uirtutem expressamque proponebant: sed adumbratam quandam ac fucatam uirtutis imaginem. Nam uera & indubitata uirtus suis nixa hærensque radicib⁹ nihil habet supra se maius nihil præclari⁹ nihil preciosi⁹: quod aut bonū aut expetēdū censeri oporteat. Quo fit: ut solus deus ea sit atque sola uirtus: a qua tanquam abundantissimo & peremni atque inexhausto totius uirtutis fonte nostri omnes & cogitatus & actiones debent emanare eoque referri. Nec enim in terris ulla est hominis gloria præter eā: quæ cū cælesti gloria sit cōiuncta. Quare cū Lazar⁹ scarāpus ab usq; puero ī eo se uirtutis genere accurate ac sūmo cū studio exercuisset: quod in agendo uersat̄: mox ineunte adolescentia ad ueritatis perspicientiam animū conuertit. Intelligebat enim generosus adolescēs īferiora

hæc oïa & mutabilia esse & obnoxia ïteritui. Sola ea quæ in cælo diuïaq; sunt: nulli casui subiecta ēē: planeq; sempiterna. Itaq; ab assidua exercitatiōe sciæ ad sapiētiæ studiū sese cōferens: tantū ea in re breui tēpore profecit: ut cum maxima sui noïs claritudine iuris pontificii ornaret insignib⁹. Et qm̄ nosset nō idcirco discēdum esse: ut quæ pulcherrima optimaque sunt: sciamus duntaxat: sed multo ēt magis: ut secūdū ea quæ didicimus: operemur: qdqd egregii & conspicui tot laboribus & lucubrationibus suis per disciplinā fuerat assecutus: id ita usu quottidiano sibi fecit familiare: ut oïbus ambiguum reddiderit: utra præstantior iudicandus esset actionis ne laude an contemplationis. Vtraque certe uæhementer excellit: adeo ut nemini contendendi secum in hac omni gallia spem reliquerit tanta est eius dicendi facundia: tanta legum & sacrorum canonum memoria: tanta rerum uariarum & laudatissimarum in disserendo subtilitas. Mirari ergo neminem decet: si in tot ac tantis & externis & suis bonis Lazarus Scarampus est a sūmo pontifice Pio cæteris omnibus in electione comensis episcopatus sine ulla controuersia prælatus: qui & multi & grauissimi uiri non mediocri inter se contentione ad id splēdidissimi muneris ferebantur. Non enim erat ignarus pater sapientissimus neminem oportere aliis præesse in ecclesia dei: qui sit ullo genere laudis iis inferior: quibus præest. Accedebat ad rē quod non sine causa tanti hunc fieri intelligebat a præstantissimo principe nostro Francisco sphortia: cuius animi magnitudo: cuius splendor ingenii: cuius tanta est uirtus: ut omni pœne antiquitati uideatur anteponendus. Quid enim humanissimus princeps noster hunc minus diligat: minus amet: quem norit non modo esse obseruantissimum sui rerumque suarum sed plane talem: quem omnis honos & omnis dignitatis gradus debeat cupere atque exoptare: Quamobrem ut & principi nostro quamoptime de se merito gratificaretur pater beatissimus: & ecclesiæ uestræ uiri Comenses consuleret saluberrime: hunc uobis Lazarum delegit episcopum: qui & uobis annunciaret: quæ dei sunt: & eam doctrinam traderet: quæ ad uestræ salutis atque cælestis gloriæ rationem attinet. Vestrum igitur munus erit: ut hunc cum omni fide

Pius pont.

Fr. sphortia

Comenses

Lazarus ep̄s

ac pietate audiatis : & eius integerrimis paternisque institutis diligentissime obtemperetis : si cupitis uobis atque uestris omnibus bene & perbeate consultum iri. Habetis enim præsulem eruditum. eloquentem. sobrium. pudicum. facilem. benignum. affabilem omni præditum humanitatis officio. omni bonitate insignem : cuius admonitionibus parere honorificum est. Tu autem pater amplissime etsi minime uereor fore : ut omnia regas atque administres moderate & sapienter : tamen pro mea erga te obseruantia non desinam dignationem tuam monere. hortari. obsecrare : ut cogites etiam atque etiã : quãtam simul cum hoc ipso augusto episcopatus fastigio molem subis : cum sit episcopus non minus operis atque honeris q̃ honoris nomen. qd. n. aliud in ecclesia est eps quam rex in

Rex

Tyrannus

Aristoteles

Christo Ihesu ? Exerce igitur officium regium. Quid enim inter regem atque tyrannum interest ? Illud nempe secundum Aristotelen : quod tyrannus : ut est communis quidam bonis omnibus teterrimusque hostis : omnia refert ad utilitatem cõmodumque suum. At rex quasi animus reip. quoniam omnia sibi cum ciuitate ducit esse communia : nihil sibi priuatim quærit : nihil uult : nihil admittit : quod idem cunctis ciuibus non sit ueluti proprium. Ita etiam tibi faciundum censeo. Cura : quæ sunt ecclesiæ. Huic uni stude. Huic inuigila. Ad huius emolumentum & dignitatem cogitatus tui omnes referendi sunt. Ita enim præesse debes : ut prosis : quibus

Deus

te præesse uoluit deus. Pasce oues meas præcepit dominus. Quod uni Christus iussit episcopo : id esse & tibi & episcopis cæteris iussum existimato. Qui enim rex in ecclesia & angelus diceris : gere etiam te pastorem. Neque id tibi turpe ducendum est : cum nobilissimus poeta homerus appellet etiam Agamemnona sæpenumero pastorem populorum. Vt enim pastor ouibus suis a lupo metuens ex aliqua specula oculis attentissimis lustrat circunquaque omnia : ne quid detrimenti per insidiatorem suum importetur : ita etiam tibi acerrimo ingenio iterum atque iterum speculandum est : ne frustra sis nominatus speculator hoc est Episcopus. Nam quod sit

diligentis pastoris officium Ihesus ipse docet in Euangelio: cum ait se esse pastorem bonum & nō mercenarium: qui cum pastor non sit is: cuius sunt oues propriæ: cum primum ui/derit lupum uenientem: illas dimittit ac fugit: Lupo relic/tis ouibus rapiendis dispergendisque. at pastorem bonum cuius sunt oues: facere secus omnia. Nam quia nouit eas sua interesse: ne animam quidem suam pro illis ponere ue/reri. Inspice igitur quam accuratissime omnia: quæcunque sint ecclesiæ Comensi conductura: nullum detrectans la/borem: nullum ue uitæ quidem periculum reformidans: // Nam sicut nihil est ut inquit Ambrosius: Episcopo excel/ // lentius: sic nihil miserabilius: si oues sibi commissas negle xerit. Pasce igitur oues Christi. Earum saluti prospice: qui/bus custos: quibus speculator es datus. Quod si tu illa om nipotentis dei: quam sub prophetæ Ezechielis persona epi/scopo ipsi quid obseruandum sit: præcipiunt: uerba quæque consyderaueris: nunquam errabis. Speculatorem inquit dedi te domui Israel. Audiens ergo sermonem ex ore meo annun/ciabis eis ex me. Si autem uideris gladium uenientem: & tu non annunciaueris: ut reuertatur impius a uia sua: ipse qui/dem in iniquitate sua morietur. sanguinem uero eius de mani bus tuis requiram. Si autem annunciaueris: & ille non fue/rit reuersus: morietur ipse quidem in iniquitate sua. Sed tu animam tuam liberasti. Satis enim tuo officio pater integer rime fungaris: si populo Comensi ac reliquæ tuæ ecclesiæ: quæ iussit Dominus pro singulari tua eruditione annunciaue ris: si quæcunque ad animarum salutem pertinent: grauiter eloquenterque docueris: si operam quantum in te fuerit: de/deris: ne relicto calle cælestis patriæ in miseriam deruant sempiternam. Ad quæ quidem omnia quoniam liquido ac perspicue animaduerto tua te sponte mirifice incitatum: ni hil est: quod oratione sim longior. Noui. n. innocentiam tu am. Noui sanctimoniam uitæ. Noui magnitudinem & altitudinem animi. Noui prudentiam & consilium. No/ui iusticiam. Noui pietatem. Nunc exprome: quæso: recon ditos thesauros tuos iustos non pecuniarum: quibus unus

Ihesus

Ambrosius

Ezechiel

Israel

Dominus

omnium liberalissimus es: sed sapientiae caeterarumque uirtutum: quibus es omnibus admirandus. Scis eum fidei & religioni tuae populum esse prouidentia diuina commissum: quo uix alius in uniuersa Gallia cisalpina est nobilior: utpote quod ab eadem olim Gallorum gente Comum est conditum: a qua & Mediolanum & Bergomum & Brixiam Veronamque & Tridentum aliasque non nullas urbis clarissimas ac maximas prisci rerum gestarum scriptores conditas tradidere.

Comum
Mediolanum
Bergomum
Brixia
Verona
Tridentum

Quae quidem oratio habita est ab eodem Francisco philelfo Comi in ecclesia Cathedrali .xvi. Kalendas decembres anno a Natali christiano millesimo quadringētesimo sexagesimo.

Francisci philelfi oratio pro Theodoro plato Iureconsulto.

f Verat profecto aequum & ab omnibus mea sententia plane concedendum Illustrissimi principes & uos reliqui patres grauissimi: ut qui in dicendi acie miles haberi possem: non modo ueteranus: sed iam omnino emeritus huiusmodi omni oratorio munere uacarem in tanta praesertim doctissimorum & eloquentissimorum hominum rep. Est enim hoc officium iuuentutis & robustioris cuiusdam feruentiorisque aetatis. Non ingenio duntaxat ad orandum non eruditione non exercitatione est opus: sed facili quadam atque expedita linguae mobilitate: & in celeritate uerborum uoce tum clara & sublimi tum sonora & piucunda. Quare siqua mihi ad dicendum adiumenta uel natura uel disciplina uel industria attulisset: quae tamen corporis sunt non animi: haec in homine secundum & sexagesimum annum iam nato non esse eadem quae in iuuene fuerūt. & ipse intelligo: & alium fugere puto neminem. Itaq; si de laudibus hui⁹ praestātis & ꝑdocti adolescētis Theodori plati cū pauca breui orōne ꝑstrīxero: min⁹ fortassis aliqua ex ꝑte satisfaciā expectatiōi de me ur̄ae: erit mās uetudinis ur̄ae atq; sapiētiae id qdqd deterius fuerit nō tā negligētiae a qua semꝑ oīum maxime un⁹ abhorrui q̄ȝ aetati ipsi ascribere. Nāq; hoc oē qd

Theodor⁹ platus

quid est oneris potius quam honoris non tam adiui quam admisi: quippe qui neque Theodoro ipsi deesse poteram: quo tempore uirtutis studiique sui pulcherrimis donaretur insignibus: qui esset a me antea institutus oratoriis socraticisque ornat⁹ neq; hui⁹ patri clarissimo & sapientissimo Iurisconsulto Georgio plato de me persæpe quam optime merito in tanta eius lætitia obsequi non debebam. Sed quoniam hæc omnis laudatio a legum ac Iuris & ciuilis & pontificii sapientia proficiscitur pauca primum de initis progressuque huius rei in medium referam. Qui primus leges inter mortales inuenerit institueritque iudicia non eadem omniū est opinio. Hebrei hūc Mosen fuisset uolunt. Athenienses Cecropa. Argiui Phoroneum: a cuius noīe forum nō minus cōmode acceptum reor q̄ ob eam rē ita noīatum quod eo lites cōtrouersiæq; ferant. Cretēses Minoa atq; Rhadamantū. Lacedæmonii lycurgū. Aegyptii Mercuriū nili filiū cui uulcan⁹ successit ī regnū. Persæ uero Zeroastrē. Nā latini quo in legibus ferēdis iuniores extiterunt eo cæteris hoībus in hoc doctrinæ genere mirifice omnibus præstiterunt. Quod aūt ad Mosen attinet: hunc alii legūlatorem: ut philo iudæus est locupletissim⁹ testis: alii sacrarū legum īterpretē prodidere. Claruitq; eadem tempestate apud suos qua cecrops apud Athenienses: quos cecropidas ab ipsius & cōditoris & legumlatoris noīe appellatos esse cōstat. Et id quidē annis a mundi creatione tribus millibus sexcentis qnquaginta. Et Phoroneum q inacho natus regnauit argis secūdus annos circiter trecētos postea legibus argiuos ac iudiciis munisse. Nā Rhadamanthum & huius frem Minoa q Ganymedem rapuit: Europa & Asterio natos fuisse lōge his tribus posteriores. Lycurgū uero quas leges lacedæmoniis tradidit a cretensibus accepisse. At Zeroastres rex battrianorum q primus oīum magicam illusionem repperit: quibus fuerit tēporibus: satis ea rōe patet: quod aduersus eū Nin⁹ rex assyriorum dimicauit. Et ne sim narrando plyxior neminē inter legū latores inuenio: quē antiquitate Mercurio comparē. Hunc aliis oībus legūlatoribus q̄ longissime superiorem: Idcirco Ioue Maiaque natum poetæ cecinere: q & mētis acumīe uiguerit & prudētissimus fuerit. Mercuriū enī auctorē fuisse affirmant eloquētiæ: quæ ex ītellectu gignit & prudētia eūdēq;

Georgi⁹ plat⁹
De legū īuētor
Moses
Cecrops
Argiui
Minos
Mercurius
Zeroastres
Philo iudæus
Phoroneus
Ninus rex

& palæstræ & liræ & præstigiorũ peritiã primũ tradidisse.
Eacus Achilles
Sunt ẽt qui hãc laudẽ legum ferendarum dent Eaco Achillis auo: cui⁹ filiũ Peleũ cũ argonautis aduersus Cholcos nauigasse oñdit Orpheus. Quãplurimos præterea legimus: qui cererẽ oĩum primã extitisse arbitrentur ferendæ legis auctorẽ: quod eo argumento refelli põt: quod Cererẽ fuisse constat annis ab initio mundi tribus millibus septingentis octoginta: Sed qui oẽm illã superiorẽ ãtiquitatẽ legalis sapiẽtia gloria superarit Solona fuisse cõtendunt: q antiquatis oĩbus Draconis legib⁹ præter eas quas de cede tulisset: ipse leges Atheniensibus dedit: quos ob eã rõnem axes noĩauit: qm̃ in ligneis axibus scriptæ essent. Et floruit qdẽ solon inter septẽ græciæ sapientes
Olympias
Olympiade quadragesimaseptima: uel ut alii ꝓhibent qnquagesimasexta Pisistrato Athenis regnãte. Huius aũt unius philosophi leges adeo apud oẽ pene hoĩum genus illustres atque præclaræ sũt hĩtæ: ut ne Romãos qdẽ puduerit post exactos reges easq; leges oĩs penit⁹ sublatas quæ pri⁹ ab ipso usq; Ro
Romulus
mulo latæ fuerant athenas mittere decẽ legatos: q inclytas leges Solonis peterẽt: qbus romana resp. fundaretur. His in decẽ eburneas tabulas perscriptis in Vrbẽq; allatis & ꝓ rostris ad apertiorẽ uolẽtiũ perceptionẽ positis: ꝓpterea duæ postea tabulæ Hermodoro ephesio auctore ĩ ãnũ ꝓximũ ex publica potestate adiectæ sunt: qm̃ ad tãtæ ciuitatis ĩperiũ pluribus legibus esset op⁹. Et ita leges sũt duodecĩ tabularũ appellatæ. Deinde secutũ ẽ ius ciuile. Legis actiones. Ius elianũ. plebiscita quæ postea lege hortensia pro legibus hĩta obseruataq; sũt. Post hæc ius id additũ necessario ẽ quod senatuscõsultũ noĩatur. Deinceps adiecta opportune sunt edicta prætorũ: a quorũ honore ius ẽ appellatũ honorariũ. Ad postremũ ãt prĩcipe cõstituto accepto ue illud ẽ ius ĩtroductũ: quod ab uni⁹ prĩcipis uolũtate manans prĩcipale uocatũ ẽ: Quid. n. singillatĩ memorẽ aut de publicis aut de priuatorũ legibus quæ priuilegia dicunt? qd de consularibus & tribunitiis? qd de satyra? quid de iure militari? qd de iure quiritiũ? quid de constitutionibus? qd de prudentiũ responsis? Nulla est prorsus neq; legis nec æqtatis nec iuris pars quã Romãi aut legũlatores aut iurecõsulti ĩ
Romani
tactã indiscussãq; reliquerint. Nõ. n. ĩ tot corũcanis. brutis. sceuolis. paulis. labeõib⁹. põpõiis. trebatiis. tulliis atq; aliis ꝓpe

īfinitis unū aut Lycurgū aut Solona inuenias. Quā.n.nunq̄ in uniuerso terrarū orbe rēp.excelluisse meminerim⁹: quæ cū ī oīs laude uirtutis: tū maxime ī splēdore iusticiæ cū romano rum īperio cōparari queat? Hæc aūt nō natura sed disciplina primum acquiritur: & ea quidem disciplina: quam nobis le- gum & iuris ciuilis scientia subministrat. Hæc sane ea est iu- sticia quam ait Euripides Hespero atque lucifero magis esse mirabilem. Hæc inquam una uirtus ita cunctis uirtutibus an tecellit: ut qui eam adeptus sit solus: bonitatis cognomen- tum adeptus existimetur. Quare cum ornatissimus adolescēs Theodorus platus ab ipsa usque puericia quodam natu- ræ ductu bonitatem arderet: audiretque quottidie hanc per insciciam potissimū cōparari ab eloquētiæ studio qua nō me diocriter ualebat ad legū & iuris ciuilis scientiā quasi sulpiti⁹ quidam animū conuertit. Excitabat eū præterea uel pr̄na uel maiorū suorum gloria: quorum se dissimilē fore mōstri simil limū ducebat. Non enī erat ignarus platorū familiā quæ nūc uocat: nā priscis temporibus platonica dicta ē a platone phi losophorū oīum maximo & grauissimo duxisse originē. Pla- tonē uero ipsum q suo proprioq; noīe Aristocles dictus ē re- ferre pr̄mum genus in codrū regem Melanthi filiū: maternū āt in dropiden poetā solōis frem. At solona & dropiden in nileū heroa. Hic uidere lic t uim solertiamq; naturæ nō absurde ī posteros ēt propagari. Vt enim Theodorus ad legalis excellē tiæ laudē raptus est Solona scilicet imitatus. Ita hui⁹ frater Petrus Antonius diuino īgenio adolescēs ad oratoriæ poeti- cæq; præstantiæ gloriā impulsu quodam & tanq̄ necessitate natura: quæ a Dropide fratre solonis flueret: tanto se istudio contulit. ut iā natu maioribus illisq; doctissimis coæquandus iudicet. Scimus enim Dropiden esse ab omnibus poetam elo quentissimum & grauissimū habitū. Nā nileus adeo claruit re bus bellicis ut inter heroas numeret: quē ēt ip sū q̄ Petrus āto nius perpulchre emuletur nouistis oēs. Sed ut eo unde diuer tit nostra reuertatur oratio: qualia quantusque legumlator solon fuerit ex iis satis superque patere arbitror: quæ a me modo narrata sunt. De platone uero quid attinet prædicare? cuius libri decem de rep. & duodecim de legibus locum nullū prætermisere. quē ad oēm iusticie iurisq; roēm ptiere uir sapiē

Theodor⁹ pla- tus

Plato

Aristocles

Petr⁹ antoni⁹ Platus

Dropides

Solon

Libri.x.de rep

Libri. xii. de legibus.

Georgi⁹ plat⁹ — Fr. sphottia dux

tissim⁹ iudicasse. Quam uero Theodorum oporteret uæhemē ter accendi atque inflamari ad eam quam naturæ suoque īsti/ tuto tantopere cupiebat scientiam consequendam Georgii pa tris nomen atque honos erat in causa: quem uidebat in medio lanensi rep. præstantissimis etiam iureconsultis doctrina & in nocentia plurimum anteire ob eamq; rem adeo ualere & au/ ctoritate & gratia apud diuinum principem nostrum Franci scum sphortiam: ut de nemine meli⁹ sentire uir prudentissim⁹ summusque uideatur. Quam obrem cum primum se Ticinum contulisset id studii cuius gratia profectus est tanto labore tā ta cura tāta aggredit diligētia ut intra tertiū annū ī publica re petitione: quam uocant scholastici: eam de se opinionē in om nium animis collocarit: ut nulla ex parte maioribus suis infe/ rior futurus censeretur. Videmus sane apud non nullos usu plærunque fieri: ut qui adolescentes asseruatione aspectuque suorum liberi sunt licentia ea omni: quam habent: non tā utā tur quam abutantur. Nam quod tempus in audiendo debet legendoq; consumi: id aut in ludis aut in comesationibus teri tur cum magno ipsorum dedecore ingentique detrimento rei familiaris: At istorum talium dissimillimus Theodor⁹ ne pū ctum quidem temporis omittebat quomin⁹ aut eruditissimos honestissimosque doctores audiret: aut legenda tractaret. aut quæ legerat & tractarat litterarum monimentis cōmendaret. Eorum autem æqualium & condiscipulorum semper consue tudine usus est: qui aut docti & boni essent aut cuperent tales effici. Sciebat enim probos adolescentis: ubi etiam minus im proborum consuetudine a recto animi instituto flecterentur: suspicione tamen deprauari moris nō uacare omnino. At eos omnis qui cæteris aut auxilium sint aut cōsilium allaturi nō minus famæ quā Iusticiæ atq; integritatis rationem habere oportere. Consultoribus uero in omni quæstione æque facil limū atq; subtilissimū se præstabat. Quod aūt ipse uel discēdi uł disserēdi gr̄a quæreret: ut acute īuenerat: ita modestissime p ponens mirabili artificio: ad quem finem intenderat: deduce/ bat. Et peruicaciam omnem exosus id solū quod ueritatē sape ret: sequebatur. Spectatissima. n. ingenia mendaciū nullū ad/ mittunt eamq; sibi in disserēdo uictoriā proponi uel maximā arbitrātur: si a ratiōe nusq; diuerterint. Præterea quod tēpus

uix aliis ĩ audiendo ciuili iure satis esse consueuit: id Theodo rus platus ĩ utroq; iure penitus perdiscẽdo longe prius absol uit: Et ne id q̃dem mirũ. Nõ enim otiose dedebat. nullas illece bras sectabat̃. nullam faciebat ĩtercapedinẽ. totus erat ĩ audiẽ do. totus ĩ legendo. totus ĩ scribẽdo. totus in differendo: Quo factũ est: ut cũ quarto studii sui ãno docere q̃ didicerat publi ce ĩ maxima audientiũ frequẽtia cepisset. Ecce cum incredibili admiratione oĩum ãno septimo ex quo primũ ticinensem: ut ita dixerĩ: ariopagũ ex nostra mediolanẽsi academia petiisset ab oĩbus sit: ut uidetis: dignissimus iudicatus quem utraq; in/ signia decorent. ¶Sed iã me locus ipse atq; tp̃s admonet: ut po steaq̃ de legib⁹ ac iure ciuili locuti sum⁹: paucis p̲curramus de iure pontificio. Id ãt qui primus apud romanos inuenerit quẽ nũc Pompilio anteponam: habeo neminẽ. Nam apud alias na tiones atq; ciuitates ut uarii dii in honore sũt hĩti: ita uarii su perstitionis ritus iuraq; fuerũt adeo ut ẽt dæmones pro diis haberent̃. colebat enĩ stulta illa gentilitas & bonos quos opi nabat̃ & malos deos. At malos q̃dem ne obessent: bonos autẽ ut prodessent. Sed ut reuertar ad Numam. Is genere sabin⁹: cũ Romulo successisset in regnũ: uideretq; Romanũ populum lõ ga bellandi cõsuetudine efferatũ aliud nihil malle q̃ uastatio nẽ q̃ prædam q̃ interitum: quo illũ tandem ab ea ĩmanitate aĩ diritateq; auerteret ius pontificiũ introduxit p̲ tripudia & saltatus ludosq; solemnis adhibitis sacrificiis & carminib⁹: q bus placari numina propitiaq; reddi maximo studio rex calli dissimus p̲suaserat. Quæ q̃dem superstitio ubi simul cum im perio in dies magis magisq; augesceret: ea demũ per aduentũ ueri & oĩpotentis humani generis redẽptoris christi optimi maximi radicitus excisa corruit. Estq; tẽpestiue nouũ ius pon tificiũ impollutũq; oblatũ q̃ a sacris libris grauissimisq; sanc tionib⁹ conflatũ decreti atq; decretaliũ uoluminib⁹ sãctissime cõtinet̃. Quæ certe oĩa Theodor⁹ plat⁹ nõ audiuit & didicit solũ sed ẽt q̃ acutissime edidicit: & alios q̃ subtilissime & quã elegantissime sũma cũ laude docuit. Quæ cũ ita sint: Reliquũ ẽ præclare adolescẽs Theodore plate ut quæ tibi humãi diui niq; iuris ornamẽta ĩ hoc sacratissimo tẽplo ĩ hoc religiosissi mo die ĩ hoc tãto & tã illustri ãplissimorũ hoĩum cõuentu ex sũmi atq; uniuersi mag̃ratus auctoritate corã parata ĩtueris:

Theodor⁹ platus

Gentilitas

Georgi⁹ plat⁹
Plato
Solon
Codrus rex
Nileus

accipias ea mēte: eo aīo eo: consilio: ut oīa semp & dicas & agas & moedereris pro dignitate tua maiorumque tuorum. Nec enī satis est quod iustitiā pietatemq; didiceris: nisi eas ī oī actione repraesentans & iustissimū te praestiteris & ītegerrimū & hoībus deoq; carissimū. Versetē tibi assidue ante oculos scientissimus hic & cōtinētissimus iurecōsultus Georgi⁹ pr̄ tuus. Versetē Plato ipse. Versetē Soloni. Versetē quotquot a Codro rege athenarū & ab heroe Nileo magni & egregii uiri in oī genere & uirtutis & gloriae. Ad hāc usq; aetatem emanarūt. Et ut breuitatis gr̄a praetereā īnumerabilis fere non solū utriusq; iuris eruditissimos uiros sed ēt eqtes auratos & fortissimos belli duces & Vrbiū dn̄os ac pontifices: quibus polluit clarissima domus tua: Repete memoria Maseum muzanū auū maternum uirū illū grauissimū planeq; humanissimū cuius prudētia cuius eloquētia tāta fuit ut eius opera & īdustria excellētissimus princeps nr̄ relicto ī apulia tot urbiū tot populorū opulentissimo prīcipatu ad magnanimū illum ducem diuum Philippū uenerit: cuius aduentū diu concupitum atq; exoptatū q̄ti philippus fecerit: non obscure nec dissimulāter ostendit. Nam Maseum q esset consilii iusticiae secretari⁹ ordini senatorio q̄ primū ascripsit: tantoq; semp hūit ī honore ut in maiore nemine. Nam qd ego memorem: q̄ta de tua & eruditione & probitate sit expectatio cū apud alios uniuersos uiros claros & praepotentis tū apud nobilissimas primarias familias: quibus cū tibi est affinitas: quorū certe oīum opinioni tibi nitendū ē nō modo ut respondeas: sed ut ea mirabiliter superes. Verū ne singula persequar q̄ta nunc tibi ad bonas actiones necessitas q̄tum calcar est additū: quod regina haec nr̄a diua Blanca Maria simul cū splendidissimis regulis Galeacio & Hippolyta quasi latona quaedam phoebo dianaq; omnia coruscans sua te praesētia honorat. Quae sane res una lōge ē & preciosior & illustrior q̄ ciuilis pōtificiiq; iuris aureū oē gēmatūq; diadema.

Opera Masei muzani Frāciscus sphortia uenit Mediolanum.

Blanca maria dux
Galeaci⁹ maria
Hippolyta
Latona

Quae quidem oratio habita est ab eodem Francisco philelfo Papiae in ecclesia cathedrali tertio Nonas augustas anno a Natali christiauo Millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Francisci philelfi oratio habita Mediolãi in principio studii.

c Anquã eloquentiæ & Illustriũ disciplinarũ studia ad triarios sint redacta: reuocat̃ miles emerit⁹ post quintũ & uigesimũ ãnũ ĩ aciem docẽdi & ne is q̃dẽ inuit⁹: cũ ĩtelligat huiusmodi benignitatis munere se rem facturum excellentissimo suo principi Galeacio Mariæ non gratã solum uerum ẽt periucundã: Si ita instituerit florẽtissimæ huius reip. iuuentutẽ: ut & dicẽdo & iudicando iure possit cũ uniuersa Italia de gloria contendere. Non igit̃ cuiq̃ obscurũ esse debet uiri clarissimi & quod sit nr̃i sapientissimi principis consiliũ: & quod item meum institutũ. Cæterũ ea mihi molestia: quod non eadem uis ac uigor tuetur: atque corroborat corporis huius instrumenta: quo ingeniũ ipsum meum intelligentiaq̃ munit̃: ac pollet. Vbi enim pristinus ille uocis uel sonorus concentus uel tempestiua contentio? ubi firmitudo laterum? ubi linguæ in omne motum uel celeritas uel facilitas? hæc omnia sunt una cum ætate magna ex parte facta debiliora. At uoluntas certe bene promerendi eadem est: quæ prius: & sapiendi studium longe uæhementius. Aĩus uero tũ infractus tum nulli neque ignauiæ neque desidiæ seruiens. Nec Dareti cedebat Entellus. nec Annibali Fabius. & bos quo lassior est: eo magis cauet: & firmioribus nititur. Eninuero quanto pulchrius est didicisse quam discere: tanto animus senis quam animus Iuuenilis plus & uiget: & sapit. Quo fit: ut & consulendo & instituendo senilis grauitas uenerationi habenda sit semper perinde atque Iuuẽtutis & dux & gubernatrix. Quibus ipse ductus rationibus non sum ueritus tertium iam & septuagesimum agens ætatis annum docendi arma resumere. & tanquam Neoptolemus quidam in aciem descendere aduersus iacula sagiptasque ignorantiæ & inscitiæ: breui futurum sperans: ut gratificando humanissimo nr̃o prĩcipi & uberrimos & honorificos fructus his oĩbus pariam: q̃ se cum doctioris tũ ẽt melioris mea ĩdustria reddi non detrectauerint. Quare qui modestissimi adolescẽtes ĩ hũc locũ discẽdi studio cõuenistis: ad audiendũ animos parate. Vos autem cæteri uiri grauissimi qui non ut aliquid discatis: sed uel iu-

Galeacius maria dux

Italia

Dares

Entellus

Annibal

Fabius

dicandi uel mei honorãdi gratia hic adestis. Si æquo aĩo ac placide tuleritis quæ a me paucis differenẽ: permagnas sim ꝓ fecto uobis & immortalis gratias habiturus. Nũc uero ne sim⁹ dicẽdi prolyxiores ꝙ̃ uel ꝑsonarum dignitas uel tẽporis bre uitas patitur: ad eorum declarationem nostra omnis se cõuer tat oratio: quæ ĩ politicorum libris ab Aristotele eruditissimo eloquẽtissioq; philosopho tractata diuinit⁹ atq; ꝑscripta sũt.

Francisci philelfi oratio ad Sistum Quartum pont. maximũ.

q Vam mihi profecto mirificam animi læticiã affert concupita diu atque exoptata sanctitatis tuæ præ sentia pater beatissime: hanc non mediocriter offen dit importuna hæc uocis raucitas: quam partim iti neris difficultas partim asperitas hyemis intulit ho mini seni utpote iam agenti septimum atque septuagesimum ætatis annum. Qua quidem incommoditate fit: ut quo uti me oportuisset in agendis tibi gratiis ornatu dicendi pro tanta tua in me beneficentia: qua sim accersitus in hoc domicilium orbis terræ: quo reliquum uitæ meæ exerceam in laudem om nipotentis dei ac tuæ beatitudinis: eo ĩ præsentia cogar absti nere. Sed recreat me: ac bono animo esse iubet singularis tua summaque sapientia: qui nihil temere nihil ĩconsulto sed om nia potius pro ratione & recto animi iudicio metiaris: consy/ deres: modereris. Quo factum iri existimo: ut eum etiam imite ris: cuius expressum quoddam & uiuum es simulacrum: eius demque uices in terris sanctissime atque innocentissime repræ sentas. Vt enim ille seipsum donans sola beneficentia: cuius partes secundum Ambrosium beniuolentia liberalitasque sũt redemit uniuersum humanum genus: quod perierat: ita etiam tu pater beatissime pro caritate diuinitus tibi ingenita ac be/ nignitate pontificali cum me mihi restitues: tum uocem il/ lam pristinam ac sonoram efficies etiam clariorem. Pro autem tali tantoque beneficio: quas tibi tandem gratias sim acturus? eas certe: quibus tibi sapientissimo reipublicæ chri/ stianæ antistiti gratias offerri nihil queat. At quas denique? alacrem atque syncæran animi gratitudinem: quæ una uirtus quam sit pulchra quantique faciunda: uel eo probatur argu

mento:quod primus ille angelus ĩpietatis filius sola ingratitu dine corruit præceps ex illa cælesti sublimitate in tenebras sempiternas:Nam si gratus esse uoluisset:si accepti memor be/neficii :neque inuidisset creatori suo:nec in diram illam scele/rátãque superbiam exarsisset.Mea uero animi gratitudo ea fu tura sit:ut tuum diuinum nomen quod sua natura splendidis simum est:splendore etiam orationis tam græcæ quã latinæ eodemque & carmine & oratione soluta:id quod alius ex ho/minibus nostris præstare nemo potest:quantum uel anniti in genio:uel doctrina efficere diligentiaque potero:transfundam in omnem posteritatem:& ita transfundam:ut nulla sit homi/num ætas illud obscuratura.Non enim ea humana gloria ap petenda non est:quæ per optimas actiones se diuinæ gloriæ similem reddit : tum omnia hominum bona a diuinis bo/nis profluãt:sit necesse.Interea uero temporis clæmẽtiam tuã rogare orare obsecrare obtestarique non desinam:ut hunc hu millimum seruum tuum ut omni fide & obseruantia tibi dedi tissimum ita cõmendatissimum habeas:siquidem putas nullũ apud me beneficium tuum intermoriturum.

Angelus

Superbia

Frãcisci philelfi oratio habita in principio Quæstionũ tuscu lanarum.M.Tull.Ciceronis in studio urbis Romæ.

Qui tirones primum in castra uenerint:ne rerum bel licarum imperiti omnino possint existimari:consue runt ea intra uallum repræsentare:quæ in dimican di arte didicissent:Et ita cum mira quadam corpo/ris agilitate nunc exilientes resilientesque nunc pro cedentes audentius : nunc in pedem se referentes per omnem motum gestumque membrorum aut ensem in uarias uibran/do corruscandoque partis : aut hastam ultro citroque in multiplices ictus concutiendo perspicuum afferre argumentũ cum uirium suarum ad alacriter strenueque pugnandum tum etiam fiduciæ ad uincendum.At milites ueterãi uiri clarissimi qui in hunc locum conuenistis honorandi mei potius: ut exi/stimo : quam audiendi gratia:ut sunt diu ac multum exercita ti fortissime per pulcherrima quamplurimaque facinora : ni/hil huiusmodi facere aggrediuntur : sed tantisper quietem

Tirones

agunt:donec descendatur in aciem: Quo ubi uētum est: & itur in pugnā: nō secus ac leones marmarici qui uocantur: in hostē obuiam illico feruntur tanta ui tanto impetu tanto robore ac turbine: ut nusquam nisi parta uictoria conquiescant. Idem mihi quodammodo ii facere soliti uidentur: qui nuper in docendi quasi aciem profecturi prius quam de rerum magnitudine atque splendore: quarum se interpretes haberi uolunt: quicquam laude dignum in medium efferant: tempus fere omne consumunt: ut sunt Iuuenes: in elegantissimo quodam orationis apparatu: De rebus autem ipsis uix aliquid pro auditorum utilitate attingentes. Quam ego consuetudinem etsi minime reprehendo: cum sit tum ea aetate tum prima exercitatione minime indigna: non satis tamen eos cum illis conuenire semper existimaui: qui in dicendi docēdique curriculo quā diutissime uersati rerum debent grauissimarum potiusquam fucatae cuiusquam orationis ad demulcendas audientium auris habere rationem. Quod si alteri cuiquam est consyderandum tum mihi potissimum. qui aetatis iam annum ageas septimum ac septuagesimum: tandiu sum in omni orationis genere per uniuersam propemodum exercitatus Italiam in maximis & amplissimis ciuitatibus eisdemque primariis: ut dici iure possim in huiusmodi studiorum certamine miles nō modo ueteranus sed indubitato etiam emeritus: & ita emeritus: ut musarum templo arma uictricia perinde quasi Romulus quispiam Ioui feretrio iampridem obtulerim. In praesentia uero tanquam in aciem accersitus atque reuocatus a Sanctissimo & eodem in omni laude nobilissimae disciplinae & exquisitissimae eruditionis sapientissimo Domino Nostro Sixto Quarto totius reip. christianae pontifice maximo atque optimo ad Iuuentutem instituendam in hoc domicilio orbis terrae humanitatis artibus: quae aliud nihil est quam totius uitae morumque disciplina: quem omnium magis imitari debeo quam tanti pōtificis summam sapientiam? Ex illius enim ore nihil prodit omnino: quod minus sit quadam mirifica grauitate excultaque doctrina praeceptisque iis refertum: quae tam ad bene beateque uiuendum quam ad omnem honestatem & dignitatem pertinent. Accedit ad rem quod esse Romae non

Consuetudo
Exercitatio

Romulus
Iupiter feretrius

Sist⁹ quartus pont. max.

nullos audio: qui uiri disertissimi nullum quottidie prætermittunt luculentissimæ dictionis ornatum: quo & delectent eos: qui audiunt & agant ad omnem animorum aut motum aut etiam quietem. Quæ de tribus reliqua pars in docendo uersatur: quæque & meæ est dignitatis: & ad interpretationē quæstionum tusculanarum. M. Tull. ciceronis spectat maxime in ea tractanda nullum meum: ut spero: desyderabitis officium. Quare ad audiendum animos parate: De rebus enim altissimis & cognitione dignissimis in his quinque libris quos sumus expositurι: quam cumulatissime simul & quandiligentissime scripsit cicero. Romæ pridie id. Ianuarias. M.cccclxxv. M. Tull. cice. Quæstiones tusculanæ

Francisci philelfi oratio de suo ī urbem reditu ad Sistū Quartum pontificem maximum.

q Vanta sit in obseruatione promissæ fidei grauitas quanta ueneratio constituta: potest uel eo argumēto non difficulter animaduerti pater beatissime: quod religio uniuersa & sanctimonia christiana in sola fide fundata est. & eam quidem fidem quæ in conuentis atque promissis consyderatur: idcirco arbitrantur uiri docti & diligentes hoc appellatam nomine: qm̄ per illam quæ promissa fuerint: fieri oporteat. Nō igr̄ absurde quo fidē eam impollute seruarem: q hinc Mediolanum repetēs ad ducēdæ familiæ meæ gratia me obstrinxerā tuæ beatitudini ecce ut uides: redii contēptis cæteris rebus oībus & publicis & priuatis. Fateor equidem serius me redisse quam putaram: Quod certe nulla mea uel negligentia ul' culpa alia factum est sed aut diuina quadam prouidentia: cui aduersari nemini licet: aut malignitate fortunæ: si quam tandem fortunam esse dixerimus: quæ quod nefas est credere: potior sit diuino iudicio nobis sane occulto sed eo plane & incommutabili & omni certitudine certiore. At ausim affirmare pater clæmentissime permulta mihi fuisse impedimento: quo serius fungi officio meo quiuerim: & primum quidem repentinus ut cætera missa faciam: duorum meorum liberorum casus mihique pro humanæ imbecillitatis condicione admodum molestus: quippe qui per dierum paucorū interuallū uitā ꝑdeseruere præ

Fides

Mediolanum

Cæſar Frederic⁹ agath⁹ Laura magdalena

claræ illi quidem indolis infantes & magnæ ſpei: Agebãt enĩ ætatis annum alter ſeptimum alter octauum: cum & uigerent: & ſaperent longe magis quã pueri. Ex quorum inopinato celerique obitu miſera mater mihique cariſſima tãtum animo dolorem mærorem**q** concepit: ut in uæhementiſſimam ægrotationem inciderit. De cuius breui recuperanda ualetudine cum eruditiſſimi prudentiſſimique medici mihi ſuaderent: coactus ſum euentum rei expectare: ut non inanis omnino reuertiſſe Mediolanum poſſem exiſtimari. Quæ enim alia cauſa eo me reuocarat: quam ut uxorem & filios reliquamque familiam mecum ad urbem ducerem: ubi ſub Chriſto meo Siſto quarto pontifice Maximo uitam omnem eſſe acturus? Sed oh quam uarii quam incerti quam mutabiles ſunt caſus humanæ hui⁹ naturæ: quam miſerabilis condicio noſtra omnis: Cum uiſa iam foret uxor conualuiſſe: meque itineri accingerem: uel potius iam eſſem in itinere: noua calamitas ſuperuenit: Illa enĩ exceptis intra præcordia penitus acerbiſſimis illis filiorum amiſſorum uulneribus cum diutius ea perpeti non poſſet: repente propter abortiuum partum: quem ante illorum obitum paſſa fuerat: ita uexata ita exanimata eſt: ut morti ipſi prope concederet. Quæ quidem omnia aliaque quamplurima mecum ipſe uolutans animo ſtatui potius eſſe redire ſolus: ut antea ſolus ueneram: quam ſi diutius differrem: aut iram diuinã aduerſus me concitarẽ: tanquam omnia uellem pro meis optatis conſequi: aut tuæ ſummæ ſapientiæ ſuſpicionem afferrem uiolatæ fidei: qua ipſa apud me nihil eſt nec antiquius nec ſanctius. Adſum igitur pater beatiſſime ea facturus omnia: quæ uel ipẽ iuſſeris: uel tibi grata fore animaduertero: Nã ego tibi & ſacroſãctæ Romanæ eccleſiæ me & uiuum & mortuum dedicaui: ac deuoui.

Siſt⁹ quart⁹ pont. max.

FRANCISCI PHILELFI AD IACoBVm ANTONIVM MARCELLVM PATRICIVM VENETVM ET EQuITEM AVRATVM DE OBITV VALERII FILII CONSOLATIO.

VPIENTI MIHI ALIQuID AD TE ScRibere Iacobe Antoni Marcelle quo tuus acerbissimus mæror ille quem ex inopinato & immaturo obitu Valerii dilectissimi filii aīo conceperas: aut tolleretur oīo: aut magna ex parte leuaretur: eo difficilius consolationis genus ē oblatum: quod paris ægritudinis socius accedens nō minus ipse cōsolādus uidear ꝙ te cōsolaturus. Quod enī cōsilium cuiquam sit daturus: qui sibi uix possit? Qua spe alteri medeaẗ: qui ipse ī morbo sit? Sum equidem eodem quoqꝫ transfixus uulnere: quo te uideo laborare. Erat enī mihi puer mirabili indole Olympus Gellius: q natus tertio Idus apriles āno a natali christiāo millesimo q̇drīgētesimo qnquagesimo tertio cū nondū implesset octauū annū: ea & loquebatur: & sapiebat: quæ uix adultæ aut etiam grandioris ætatis solent. Nihil leue præ se ferebat: nihil contemnendum. Vrbanis erat & compositis moribus. Ingenio acri & fæcūdo & splendido. Lingua ad omnem celeritatis ad oēm motus conuenientiā expedita. Voce clara facili & sonora. Aspectu miti & grato. Ea compactione aptitudineque membrorum: quæ & strenuitatē referret & robur. Et ne curiosius cūcta singillatim persequar: talis erat Olympus meus: ut in eo omnia naturæ ad probitatem adminicula īesse uiderentur. Quid enī memorē: qua esset in me obseruantia? quo cultu? qua pietate? Quam oībus in rebus studeret paternæ uel institutioni uel uoluntati nō minus obsequi ꝙ parere? Hic mihi iucūdissimus tantæqꝫ spei filius nuper ad octauū Idus Martias depositū quod acceperat usurarium: repetenti deo optimo maximo nō modo reddidit: sed ita grato aīo ita libenter reddidit: ut non uita excedere sed in sempiternæ atqꝫ beatæ uitæ domicilium sese cōmigraturum & cōstanti sermōe & uultus trāquillitate hilaris quodammō ac lætus certo credere significaret. Quid animi tum mihi fuisse putas: cum repente illum inter loquendum simul cum uoce

Iacobus Antonius Marcellus

Olympus gellius

a

ſpiritus defecit?Non potui equidē quod fragilitatis eſt natu ræq; humanæ:in tam recēti tamq; inopinata luctus acerbita te non commoueri aio:cum eodē temporis puncto quē tā uæ hementer diligerem:& uiuum intuerer & mortuum.Itaq; ubi cogitabundus ac ſubtriſtis aliquandiu ſiluiſſem : tādem non ſine gemitu erupi in hæc uerba.Quam miſerabilis eſt huma na condicio.Quam ridēdi cogitatus noſtri . Quam ſtulta cō ſilia.Quam uanitatis plena ſunt omnia.Nihil eſt certi in ho minū uita.nihil cōſtantis.nihil diuturni.Omnis ſpes noſtra inanis eſt.Omne uotū fruſtra.Quid de te mihi fili dulciſſime non proponebā?non pollicebar?non futurum exiſtimabam ? Gratiſſima tua præſentia iucundiſſimoq; affatu leuabā curas: oblectabā animū:meq; ipſe mihi totū uēdicabā . Quē ſenectu tis meæ baculū ac præſidiū fore arbitrabar: en exanimū ſubi to nullūq; aſpicio.Heu me miſerū atq; infelicē: Sic me Olym pe dilectiſſime deſeris?Sic deſtituis patrem ſenem. O īeuitabi lē noſtrā neceſſitatē. O ferreū atq; inexorabile humanæ legis iudiciū:quod nullis præcib⁹ nullis præmiis ;nulla ui neq; mu tari nec flecti pōt . Hæc paucis queſtus illico rediēs ad me to tus cœpi me tacitus mecū cogitar̄:ac me paulatim leuitatis ar guere quod ea eſſem īprudētia:ut neſcirē: & qua lege nati eſſe mus oēs:& quātū quodq; dolendū foret aut nō dolēdū.Conti nuoq; ita cogitāti mihi ea uenerūt in mentē:quæ græce apud Menādrū dicta ſunt ī Trophimū.Sed ea referanē a me latine .

Menander Trophimus

// Si lege natus Trophime tu fores ea:
// Vt omnia ad uotum tibi?quæ uelles :fluerent:
// Et id deorum aliquis recepiſſet tibi:
// Recte doleas quidem.fefellit enim fidem:
// Ac fecit abſurde.ſed iiſdem legibus
// Commune quoniam tu quoq;?quibus nos alii :
// Cælum hauſeris:ut audentius tecum loquar:
// Ferenda ſunt hæc fortius .& animo ſimul
// Voluenda graui quæ dico:paucis accipe.
// Homo es & ob id mutabilis quidem citius
// Res ad miſeras.rurſuſq; animal nullum mala
// Admittit ultro:iureq; id ſane:quoniam
// Natura quem tulit imbecillum:maximis
// Se rebus is fulcit.cadens igitur bona

// Quãplurima conterit. ipse uero nunc Trophime
// Neq; admodum orbatus bonis es eximius:
// Nam sunt tibi nunc mediocria quidem mala.
// Mediocriter igitur tibi quod deest: feras. His igitur Menandri uersibus primũ admonit⁹: & quæ esset naturæ lex: & quæ hoĩs infirmitas: & quãti quod accidit ĩcommodi: faciundum sit: & quomodo ferendũ: deĩde ad ualidiora rationis remedia auxiliaq; conuersus ita sum iis & adiutus & confirmatus: ut ĩtelligã plane mihi mali euenisse nihil. quod Olympum meũ quo ne uitã qdem ducebã cariorem: nõ tã morte amiserĩ: quã ꝑmiserim. Hæc aũt qlia fuerĩt: ĩ te cõsolãdo breuiter ostẽdã. Neq;. n. futurũ uereor. quo minus rõni malis q̃ ꝑturbatiõi obtẽpare. Noui magnitudinẽ aĩ tui. noui prudentiã. noui grauitatẽ. Facile ut es maximo splẽdidissimoq; ingenio: reuocabis uim aĩ a sensuum imbecillitate: & nõ qd ĩdocti sed qd uiri sapientissimi sentiãt: cogitabis. Nec sane cõmissurus sis: ut post tot tibi ac tantas res pulcherrime gestas patiaris clarissimum nomẽ tuum ulla uel incostãtiæ uel molliciæ nebula obduci. Erat tibi Valerius filius cũ formæ præstãtia tum animi robore acrimoniaq; ingenii & elegãtia morũ tui admodũ similis. Hic a prima usq; infantia qualis futurus esset: nullis aut præceptis aut admonitionibus sed sola naturæ probitate suaq; adduct⁹ certissima signa dedit. Aberas tu Chremæ prætor: cũ tibi nũcius ẽ allatus de infante nato: Quod ipse audiens tãta uoluptate animi affectus ꝑhiberis: ut ex oris hilaritate admirationẽ iniiceres circũstantibus. Inest sane ĩ animis nostris diuina uis quædã: quæ supra corporis sensus ꝑmulta ex sese & ĩtelligit & uidet: quæ nos plærũq; ne cogitamus qdẽ. Ad primũ de nato tibi infante nũciũ tãtam de illius futura ꝓbitate spem conceperas: ut tibi magnũ ad felicitatẽ cumulũ additũ putares. Nec te tua fallebat opinio. Fertur. n. susceptus in lucem infans & cũ minimo parturiẽtis breuiq; labore: & quod mirabile dictu ẽ: non mõ non uagiens sed ẽt surridẽs ac ueluti parẽti ipi alludẽs: ut de eo rectissime dici posset uirgilianũ illud: Incipe parue puer risu cognoscere matrẽ. Erat facie liberali & elegãti. Inerãt in oculis quasi corruscãtes scintillæ quædam: qbus ꝑni intutus & uigor repræsentabatur & grauitas. Totũ uero corp⁹ ut erat ætatis initio grãdiusculũ ita & decorꝫ

Chrema

Virgilius

Christ⁹ Ihesus

Plato

Valerius

& solidum. Et quoniam ipe ob publici magistratus officium adesse nō poteras: continuo religione diligētiaq; materna per sacri baptismi lauacrum renascitur in christo Ihesu īdito nomine Valerio: Quod ipum nō sine quodā naturæ ueluti præsagio secūdum Platonis sentētiam mihi factum uideť: Recte enim qui supra ætatis rōnem plurimum esset ualiturus & īgenio & probitate: Valerius nominať. Solent īfantes natura fere oēs ad admittēdum uitæ alimētum esse proniores & tanq; edaces ob eamq; rem corpore ēt immūdo. At Valerius secus oīa. Nutrici quam ei mater prudentissima & sobriā delegerat & pudicā: nunq; molestū se præstabat. Sed horis per īterual lū quasi constitutis lac modice capiebat: quo & corpusculum scite in proceritatem alebať: & quoniā nulla esset præter debitam stomachi cōcoctionē ei superfluitas: erat cute pernitida ac tersa: nullisq; neq; digestiōis sordibus nec alia purgatione naturæ aut nimi⁹ aut grauis. Agebat iam mēsem tertiū cum mirifico mēbrorū oīum incremēto: dū ipse magistratus chremēsis mūere iam pfunctus aduenis domū. Vix ianuā es īgressus: cum nullo adhuc præcedente domesticorū neq; strepitu nec uoce: ut qui a nemīe subito aduenies uisus esses: cōfestim dimissa ex ore nutricis mamilla: quā modo solut⁹ sopno sugere cœperat: caput simul oculosq; sustulit: & ueluti arrexit auris tanq; aliquid noui uel uisurus uel auditurus: quæ qdē res præstātiorē uim quandā animi declarat. Vbi uero euestigio apparuisses: uix teneri poterat a nutrice: quo post emissas ui manus atq; brachia ex īcunabulis qb⁹ erat artius īuolutus: nō se totū ī te cōiiceret lætis oculis risuq; suauissimo. Et quæ p ætatē proloq ñ poterat: dimidiato noīe patrē balbutiebat: Appræhēderas eū tu nō stuporis minus quā lætitiæ plenus. Cunq; infantē benedicens oscularcris: ille te cōtra e collo pēdens exosculari nō desinebat. Et ita oculos tuos oculis fixis īspiciebat gestiens: ut dicere uidereť te sibi esse omni uitæ sua uitate iucundiorē: Nam & a nutrice quæ ori mamillam obiiceret: tanq; īdignabūdus auertebatur: & blandiēti matri eūq; abstrahenti pudore quodā magis īgēuo q; uolūtate cōcessit: sed ita cōcessit: ut te reflexa ceruice ītueri usq; & per uerborū fractionē nescio qd blandius balbutire nō desisteret. Tu autē præ admiratione loquebaris nihil: tecumq; tacitus gaudebas

quod magnum quędam & excellentem uirum atq; ciuem futurum Valerium iudicares. O fallacem læticiam. o incertam spē nostram. Alia sunt humana consilia. alia dei iudicia. In dies augescebat in Valerio cum sensu corporis mentis intelligentia: quam innata quædam prudentia: quæ peritæ senectutis ē propria: miro quodam incremēto comitabatur. Cumq; supra ætatem & calleret & saperet: deum omnipotentem religiosissime uenerabatur. Caritate patria nihil ducebat sanctius: parentes incredibili pietate prosequebatur. In necessarios oīs erat obsequentissimus. Eruditorum autem & grauium uiroꝝ præcipue studiosus. Cupiebat semper præclarum aliquid discere aliquid audire. Itaq; aut abs te cum quippiam otii a publicis muneribus nactus esses: aut a magistris aliquid quo doctior fieret: continenter quærebat. Et quoniam in te uno atq; eodem oīa inesse gloriabatur: quæ sibi effingenda discendaq; proponeret: adeo te semper per omnē pietatis cultum admirabatur: tāq; assidue nouum aspiceret. Te sequebatur in omni uitæ īstituto. tibi adhærebat. te imitabatur. Quo tua pſentia tuus sermo tua admōitio se meliorem efficeret: q̄diu eras domi: nusq̄ longius abs te aberat. Erat enim insatiabili quadā aliqd semp discendi cupiditate. Eoq; mentis acie ferebatur: ut aliqd boni quottidie supra annos supra naturam assequeretur. Quo qdē sciendi studio qua uitæ īstitutione: qua puritate morū effectū est: ut eius animus nullis blādiciis seduci decipi illudi posset. Et cum ī eorum quæ discebat: ueluti certamen ut fit: cū æqualibus sociisq; descēderet: quanq̄ modestiæ & generosæ animi submissionis laude supabat inuidiam: eā tamē multo magis ī admirationē sui uertebat: quod nullam cuiq̄ relīqueret secū contēdendi ꝓuīciam: adeo cūctis uirtutibus oēs supra modū antecedebat. Vincēdi autem laude nulla efferebatur: nullā ferebat præ se iactantiā: quin ingenii morumq; grauitatē frōtis hilaritate cōdiebat: alios blādiciis leniēs: alios sibi beneficiis cōcilians: alios ī stuporē sui obseruantiāq; cōuertens ob eam aī præstantiā: qua in oī bonitatis numero sine ulla cōtētione emīebat. Nihil inerti otio sibi magis ducebat aduersum. Hoc enī & cōtabescere uim ingenii & robur corporis demoliri dictitabat: itaq; nullū sibi uacuū tempus dabat puer egregius quo min⁹ aliqd aut lectitaret: aut tenellis digitis iā scriberet:

aut ageret denicꝙ. Cum enim a matre quandoꝙ icreparetur: ut est ingeniū muliebre erga filios indulgentius: ne tantā operam litteris daret: fieri eīm posse: ut nimia animi cura ī aduersam ualetudinem incideret: uix tandem ab eiusmodi studio tantisper dum mater aderat: ueluti auulsus tanꝙ ab intelligēdi rōne ad actionem se conuertebat. Circūibat uniuersam familiam. Quid præbitor quid procuratores quid negotiatores quid reliqui domestici facerent: diligentissime disquirebat singulos leni hortatu atque hilari uultu monens: ut suo fungerētur officio: sic enim fore: ut uel se īternūcio atque adiutore quidquid a patre uellent: assequerenť. Ex quibus unus ubi iocabundus subdidisset: cura Valeri litteras: & hæc relinque patri: continuo excepit: at ego ī patre: & pater ī me ē. Preterea an ignoratis ex litteris scientiam gigni: sciam uero omnem referri ad actionem? Quid enim profuerit cuiquam uirtutem scire: nisi secundum uirtutē egerit? Quæ illi audiētes admirabanť: quasi diuinum quiddā intuerentur ī puero. Frequentabāt ut quottidie solent: īnumerabiles prope uiri amplissimas ædes tuas: alii tui salutandi alii negotii sui gratia: quibus ille si forte aberas: cōfestī fiebat obuiā alacer ac lætus. Quid nā uellēt sciscitabatur accuratissime atꝙ permodeste: seque omīa patri cum primum reuertisset domum: renūciaturum pollicebatur. Et ita cuiusꝙ intellecta aduentus causa neminē dimittebat: quem sibi non antea reddidisset singulari affectum beniuolētia: cum aliis opera aliis uerbo uoluntate & diligentia oībus inseruiturum se ostenderet. Quotiens domum redires: occurrebat ad ianuam: teꝙ reuerenter salutato dextram blandius apprehensam osculabatur & ꝗ fortunate res publica & ꝗ belle ipse haberes: quærere nunquam omittens eaꝙ deinceps addebat: quæ te merito ī stuporem adducerent: Erant enim omnia prudentis senis non pueri uerba: Cumꝙ eras domi: quantum fas esse arbitraretur: abs te longius nusquam aberat. aut sedenti astabat: aut inambulantem subsequebatur. Denique quidquid aut ageres: aut diceres obseruabat: Tum ipsum uultum atꝙ omnem corporis tui gestum conspicabatur acutius: sibique imitandum proponebat. Tantaꝙ animi uoluptate in te contemplando afficiebatur: ut eum gestientem aspiceres. Quod si fortassis interdum te cogitabundum ut usu uenire so

let:aīaduerteret: attentissime tuos omnis & oculorum & cor poris motus consyderabat tacitus. Deinde tum ex matre tum e seruis quærebat: accidit ne patri noui quippiam? Quid ita cogitabat secum? Demum pudibundus & tanq̄ subtimidus te adiens petebat:nunquid quod nolles:quod deus auerteret: noui aliquid accidisset:quam ob rem ita minus læticiæ osten deres in facie:Cui cum leniter arridens subderes: nihil mi Va leri:illico exhilaratus dicebat: Pone igitur mi pater aliquan tum difficilioris istos cogitatus tuos:estoq̄ tui similis. Quid enim tot te semper curis affligis & publicis & priuatis?Serua teipsum q̄diutissime & reipublicæ & nobis:quorum uita om nis manat e tua uita. Quæ loquentem dū opportune & apte ex tuis familiaribus quidam sehorsum abduxisset: quæsisset q̄ ex eo:dic mihi Valeri:si tuis optatis omnibus faueat deus: si quod Ihes⁹ saluator noster auertat:alteri moriendum esset: utrius obitum malles tuum ne an patris?Tum ille totus facie uultuq̄ commotus constantissime est indubitanterque iura tus suam se uitam pro paterna uita cum usus foret: non ultro solum sed libenter etiam traditurum semper:cum diceret sua se morte aut nihil posse aut parum incommodi afferre cuiq̄: paternam uero mortem cum patriæ non mediocre incommo dum tum uniuersæ familiæ nostræ maximum detrimentū ruinamq̄ illaturam. Sed quid ego plura commemorem:quæ tanta sunt & tam multa:ut si ea uelim referre cuncta in medi um:me dies sit defecturus?Quare ne in prolyxiore oratōne eo uidear tibi magis refricare acceptum uulnus:quo diligentior fuero circa diuini illius pueri cōmemorandas laudes: ueniam ad id:cuius causa hoc ē consolandi munus a me susceptum. In tanta ingenii atque morum felicitate in tanta spe pbitatis in tanto futuræ gloriæ studio ut est hominū natura fragilis ac uariis & pœne īfinitis obiecta periculis: Valerius ille tuus ægrotat ægrotationē primū:quantū uideri poterat:nō admo dum grauē. Accersuntur medici. quæritur morbi causa: quæ quoniam puer erat uita cōtinētissima:alia nulla est uisa q̄ uæ hementior susceptus labos in ludo. Nosti.n. Valerium tuum fuisse adeo natura bene institutum : ut nunq̄ se ne ī summa q dē iedia ac siti aut cibo īgurgitaret:aut obrueret potu: sed & hoc dilutissimo utebaẽ:& illo uilissimo ita : ut sæpi⁹ ad panē

Ihesus

obsonium nullum adderet: & obiurganti quandoq; matri: qd ita faceret: ille blandiens respondebat: quia hoc o mater dul cissima delector magis. Præterea crapula & ebrietas litteras non admittit. Itaq; malo stomachum de me queri quam men tem: Quapropter ex cõmuni medicorum consensu ea omnis ægrotationis causa data est nimiæ lusioni: Nam ad remitten dum animi laborem: cui Valerius circa litteraturæ & eloquẽ tiæ instituendæq; uitæ studium erat plurimum deditus: ut ludo se interdũ exerceret permittebatur: Res sane pueris om nibus natura maxĩe grata. Itaq; non absurde qui primi apud græcos nomen pueri inuenerunt: id a ludendo deduxere.

παίζειν pæzin
παῖσ pæs

Ludere enim apud illos dicitur παίζειν pæzin: ex quo παῖσ pæs hoc est puer descendit: quod ipsum nomẽ apud nostros etiam qui per litterarum mutationem quandam ab eodẽ uer bo acceptum contenderint: non inepte fortasse contendant. Ludebat igitur quandoq; Valerius sed non tessaris quidem unq̃; nec alio ullo genere aleæ. Aut enĩ ĩ palæstra aut in cur su exercebatur: aut in emittendo iaculo: aut in iactu lapidis aut in pila. Deniq; ludum omnem ingenium quo uel agilius uel robustius redderetur corpus: eiusmodi nullum prætermit tebat: & id quidem sine ulla æqualium uel minima offensiõe. Non modo enim uictor aliis insultabat: at ne uerbo quidem ullo utebatur: quo se uicisse ostenderet. Quin potius quasi il lorum causã ageret: semper aliquid excogitatum acutius esse rebat: quo illis nõ suo sed fortunæ uitio minus ex sentẽtia & ut par fuerat: euenisse contenderet: decereque cuẽtis consilia æque anteponi atq; fortunæ probitatem. O generosam pueri indolem. O præclara eximiæ summæq; uirtutis documenta. Malebat puer modestissimus extenuare laudem suam q̃; in ue ro prædicando uictis ægritudinem augere. Qua ex re factum est: ut æqualibus omnibus & carissimus esset & honoratus ĩ primis. Inualescebat in dies: & incrudescebat morbus. Nullæ rationes medicorum nulla remedia proderant. Vis mali radi citus inhærens assidue magis magisq; emergebat ĩ robur. Fe briebat inclytus ille puer febrem & uæhemẽtem & ærũnosã. Et quo magis efferuescẽtis ægrotationis immanitate atq; diri tate affligebatr corpus: eo is erat animo maiore ac magis inui cto. Remedia medicorũ nulla depcabatr. Quidquid iussisset:

& alacer obibat & fortiter. Speiq; bonæ plenus quo uitalis spiritus magis atterebatur in dies:eo erat ui animi erectiore. Vsu certe fieri uidemus:ut qui moribus fuerit bene institut⁹: quo magis ē propinqu⁷ morti:eo sit sensu mentis uiuaciore. Deficiebāt ī illo pedetentī ac sensim:ut fit:uires animæ. Strenuū illud delicatūq; corpusculū iā languebat. Frigus ac rigor pedes atque genua occuparat. Facies quæ omni erat niue candidior:pallore induebatur. Rosæ genis exciderant. Syderei ocelli segnius lucescere:palpebræq; iam demitti. Lingua uero qua neque tenuius nec expediti⁷ nec mobilius quicq; fuerat: hebetior fieri. Vox deniq; sonora illa & cygnea ac fere diuīa obmutescere. Quæ aduētantis luctuosissima mortis signa cū tu coram aspiceres: nō potuisti ita tibi moderari: quo minus ꝑ paterni affectus imbecillitate & lachrymis & gemitu aī sollicitudinē ostēderes. Quod ille ita ut erat ui morbi moleque deiectus:tanquā e sopno excitatus ubi aīmaduertit:febribus æstuans lassusq; anhælitu quid agis inquit Pater mi dulcissime? Quid gemis? Quid ita illachrymaris? Ita consolaris Valerium tuū? Pone quæso lachrymas mi pater. pone oēm animi curā. Bene nobis sperandū est. Nos deus nō destituet: Cui tñ quidquid placuerit: id trāquillo atque læto aīo feramus: necesse est. Quod si bonam ualetudinem recuperaro: nunquam patiar:ut eā nimia ludēdi exercitatione amittā:idque tibi bona fide polliceor: Meminerat eīm puer spectatissimus se plærunque abs te admonitum:caueret sibi a nimia lusione: ne ob laborem īmoderatum in aliquod morbi genus īcideret. Tum ipse fide igitur mi fili. Fac aliquod uotum christo Ihesu. Fac Mariæ uirgini: Nā quidquid uoueris:ipse ꝑsoluam. His audientis puer nobilissimus q̄q; erat toto corpore prostratus atque semianimus: perinde tamē atque collectis in unum dispersis & ꝓfligatis uiribus sublato ad cælū intutu in hæc uerba suauissimū os aperuit. Deus oīpotens christe Ihesu redēptor noster te q̄ deuotissime precor per sanctissimam passionē tuā: te inquam clæmentissime rex gloriæ q̄ humillime obsecro ꝑ impollutæ Mariæ uirginis tuæ pientissimæ matris merita: ut hanc a me domine:qua tam uæhementer affligor:ægrotationem: si tibi placitum est:amoueas: meq; iucūdissimo patri huic meo matrique dilectissimæ restituas. At ego tibi libera

Ihesus Maria

Oratio

tor humani generis quid sim pro tanto beneficio relaturus? Nempe ad perpetuum deuotionis uenerationisq; meæ studiū omnia uestimenta mea ac reliquum omnem corporis ornatū dono do pauperibus. Quæ locutus mirabili cū animi affectu quasi extremo labore fessus ac lassus obticuit. Hic tu pater aliquādo exhilaratus tempestiue subdidisti: Meū autem uotum Valeri mi suauissime illud ē: ut ego una tecum: si cōualueris: utar fusca ueste: Verum tu serica & in annū. at ego lanea idq; in omnem uitam. Addidisti enim serica: ueritus quoniā puer uti semper consuesset læto quodam amœnoq; cultu corporis: ferret tristius fuscam uestem. Sed audi obsecro tu: ut cæteri tecum audiant: quid is responderi. Absit: inqt: absit mi pater. Imo ego induar ueste & fusca & lanea: sic enim decet: tu uero eleganti ut semper: atq; senatoria: Nam in te non familiæ ac tuorum solum sed reipublicæ decus repræsentatur. Dū hæc scite serioque loquitur: mors paulatim irrepens præcordia frigore obsidet. horret iā puer: ac tremit: Nam quo magis animi magnitudine uincere nitebatur fragilitatem afflicti corporis: eo magis febris immanitas membra ꝓsternebat. ita ut demum diceret sublatis ad cælum oculis: Miser ego quis me liberabit de corpore mortis huius. Quandiu claudar hoc sæculi carceres? Quod ipse audiens cum trāsfixus doloris iaculo cœpisses // durius flere: tūc ille. Quid est mi pater: ut tanto te dolore con-

Virgilius // ficias? Stat sua cuiq; dies. Impleui cursum: qui mihi a domio datus est. Nō hic uiuitur nostro arbitrio. Peregrinamur: quā diu sumus in uita. Quæ tamen uita certe non est: sed simulacrum quoddam pure innocenterq; uiuentibus uitæ illius beatæ & sempiternæ. Itaq; studendum semper est: ut q̄ properantius licet: redeamus ad cōmunem bonorum omnium patrem: qui mitis est & misericors. Sic eī frui licebit corona iusticiæ. sic saturari æternis gaudiis: Suauis. n. ē dn̄us. Volentiq; plura loqui iam lĩgua balbutiebat. Iam grauior sopnus sensum oppresserat. febris in ardorem æstuabat. iam desperatum erat de puero. iam parabātur: quæ sunt funeris: cum nequid intē-

Gerardus ueronensis

ptatum uideretur: cōfestim accersitur Gerardus medicus ueronensis uir sane & doctus & amicus: Nam alii non nulli ueneti medici antea puerum curandum acceperant: qui quoniam de

ſperarant de ſalute: ſe inde ſubtraxerant. Gerardus igitur cũ ueniſſet : omnium primum urinam in uitrea mathula conſpicatur:quam & rufam uidet & turbidam : deinde manibus appræhenſis arteriolisq; uitalibus contrectatis:reperit earũ motiunculas perdebilis ac raras & per intercapedinem ſe mouentis. Contrectat extremos digytos pedum. deinde genua. demũ partem uicinam cordi. Sentit omnia mortis uiribus intercepta. Vocat puerum ſuo nomine. Reſpondet is nihil. Vocat rurſus altiore uoce: Valeri mi nihil reſpondes medico? Valerius ad hæc ueluti reuiuiſcens cœpit rurſus leuiter reſpirare:& cum difficultate maxima prolapſas palpebras tollit.
Tum Gerardus pupillas diligenter intutus quæſiuit a puero: an ſe agnoſceret: ad quem ille & ſi cum difficultate ſpiritus agnoſco: inquit: Veniſti enim iampridem ad patrem ſalutatum: cum ſe per æſtatem ruri ſoluendi animi gratia contineret. Id aũt factum eſt: cum nondum Valerius impleſſet tertiũ ætatis annum. Memoriæ bonitatem medicus admiratus in tanta præſertim ui morbi rurſum minutatim quæſiuit ſingulas aduerſæ ualetudinis cauſas ac progreſſus: cui ille ita deinceps prudenterq; reſpondit: ut medicus faciem auertens a lachrymis ſe nequiret continere. Cumq; poſtea ſubdidiſſet: ne metue mi Valeri. Curabo enim te conualeſceſque q̃primum. Conualeſcam inquit ille: & breui equidem conualeſcam. Nã mihi medicus Chriſtus eſt. Petiitq;: ut uiciniæ ſacerdos accerſaretur: Qui ubi eueſtigio adfuiſſet: rogaſſetq;: quidnã uellet: Reſpondit puer: Iam hinc mihi abeundum eſt. Itaq; audi: rogo: peccata mea: meq; ſi fas eſt: culpa omni abſolue: quo liberior iter quod ſum facturus: leuiorq; emetiar: aſſedit moderatiſſimo puero ſacerdos: quæ is deliquiſſet in uita auditurus. Quæ ſunt eius errata? Vnum id ſane & maximum: quod dum poſt animi circa litteras & facundiam morumq; diſciplinam exercitationes aſſiduas nihil otii ſibi indulgens exercet etiam corpus ingenue: ea eſt ui morbi correptus: qua ex hoc terreſtri carcere ante in cæleſtem patriam reuocatur: quam p ætatem poſſet flagitii fœditatem cognoſcere. Miratus igitur ſacerdos ſingularem ĩtegerrimi pueri bonitatem: quippe quem nulli reatui uideret obnoxium ſed ſimplicis cuiuſdã potius atq;

Chriſtus

absolutæ probitatis speculum: dum eum iubet bene sperare: dum religiosis more imposita capiti manu omni culpa libere absoluit: Valerius innocentissimus: filius ille tuus dum eleuatis ad cælum oculis deũ orans castissimum pectus coniunctis digytis atq; labella percutit: seque sanctissimo triũphalis crucis signaculo aduersus cõmunis hostis ĩsidias armat: ac munit. Post breue suspiriũ ac lachrymulã tam leniter emittit spiritum: ut sponte rursus occlusis oculis obdormisse non mortuus existimari posset. Et quod mirabilius est creditu: niueus ille purpuræ mixtus color quo pulcherimos oĩs suæ ætatis pueros mirifice anteibat in uita: repente simul; cum obitu maiore quadã gratia emersit ĩ faciem: argumentum sane nõ puũ neq; cõtẽnendum eorum mortẽ: qui recte beneq; uixerunt: nõ modo nõ esse malum sed bonum etiam atq; expetendum. At ipse tamen nõ potes eius obitum non dolere ferreq; permoleste: in cuius uita magnam quandã ac certã spem & tibi & patriæ propositam esse existimabas: quem ex teipso genueras: ĩ quo uiuo te etiam cum naturæ concessisses: uicturum arbitrabare. Sunt ista profecto eiusmodi: quæ hominum animos nõ commouere nõ possint. Videmus opifices suis operibus quæ sibi ueluti genuerint. inscribere sua nomĩa. Erat nuper Cõstãtinopoli quem barbarus hic princeps amyrasq; Turcorũ Mahometus amorati filius ẽ demolitus miræ magnitudinis atq; pulchritudinis equus aheneus: ĩ cuius dextero pede ãteriore legebãtur græce expressa eminentioribus litteris huiusmodi uerba: Patrophilus fictor fecit. Egregius excusor ille patrophilus quoniã aliter fortasse nõ poterat: per illiusmodi inscriptionem ĩmortalitatẽ sibi comparabat in uita. At phidias ĩ eburneo Mineruæ simulacro quod eximia arte fabricatus tradit̃: cum lege patria suum nomẽ prohiberetur inscribere: effigiem suam ĩ eius clipeo ita inclusit: ut sine totius operis demolitioẽ diuelli non posset. Et grauissimi philosophi uiriq; sanctissimi quoscunq; libros ædiderint: propriis ipsorũ nominibus illustrare consuerunt. Quod si huiusmodi monimenta ingenii idcirco plurimum nos delectant: quoniam per ea immortalitatem quasi quandam memoria nominis nostri apud uiuos assequimur: quanto magis totius hominis propagatio: quæ per filios a nobis manat: deinceps in posteros: &

Cõstãtĩopolis

Mahometus amyras Turcorum

Patrophilus

Phidias

Mineruæ simulacrum

cara patri cuiq; esse debet & periucunda? Non.n.corpore dũ taxat.quod ipsum natura sua mortale ẽ:in filiis uiuimus: sed nõ nullis etiam aĩ partibus :Nam quanq; ẽ cuique sua mens diuino creata arbitrio:plæraeq; tamẽ sunt animi uires:quæ si mul cũ corpore a parentibus trãsfunduntur in liberos. Atqui fieri põt.ut uel malis morib⁹ uel temporũ calamitate uel alia maiore ui quapiam natura homĩs deprauetur:uitieturq; : id qđ.ĩ.M.Tullii Ciceroĩs ĩ.Qu.Fa. maximi alobroici ĩ Aristo telis philosophi ĩ Dioÿsi senioris filios eodẽ quoq; mõ ĩ.Qu. hortensii in.P. crassi ĩ Africani fratris nepotes accidisse legi mus.Rarissimos tamen ĩuenias:q parentum maiorũq; suoꝝ & exteriorẽ & interiorem uim magna ex parte si minus exer cent:haud referãt tamẽ.Quare cũ & bõitate naturæ & ĩstitu tione diligẽtiaq; paterna eũ haberes filiũ:qui totus tui erat si millimus:cũ existimes fortassis ex illi⁹ obitu magnã tibi factã esse iacturã:censes te iure ac merito & eius & tua causa dolere oportere:Verũ erige te obsecro Iacobe Antoni Marcelle. Ce dant rationi turbulẽtissimi atq; præcipites motus animi.Fac ut interior exteriori homini dominetur:si te ipsum audire:si tui compos esse uolueris:ĩtelliges ꝑfecto tibi non modo nihil accidisse mali:quod Valerius tuus abs te abierit:sed eo te esse meliore cõdicione.quod certo didiceris dilectissimum filium simul cum ægrotatione corporis liberatum omni ægritudĩe aĩ frui nũc cælestis gloriæ gaudiis sempiternis:eũq; tui apud iudicem eum depræcatorẽ:qui & iustissime semper iudicat: & quæcũq; aut agimus:aut dicimus:multo ante cognouit: q̃; a nobis fuerint cogitata. Quid enim per immortalem deum in unius infantis obitu acriter adeo tibi dolendum esse arbitra ris? An ignorabas : quod Telamon euripideus lõge ante Ana xagoran clazomeniũ de aiace responderat:filium abs te geni tum eẽ mortalẽ? Non omnes ea lege nati sumus: ut alii citius alii serius oẽs tñ moriamur deniq; ? Xerxes ille maximus at q; potentissimus rex persarum q montes ꝓstrauit:mariaq; cõ strauit:cum ex altiore loco exercitũ illum dispiceret:quem ex quingentis myriadibus ut tradit herodotus hoc est ex quin quies decies centenis hominum millibus conflarat.se a gemi tu ac lachrymis continere non potuit: Interrogatusq; qd ita faceret:idcirco se flere respondit:quod post annos cẽtum coꝝ

M.Tull.cicero
Qu.Fab.Max. alobroicus
Aristoteles
Dionysius
Qu. Hortensi⁹
Qu. Crassus
Telamon
Anaxagoras
Aiax
Xerxes
Myriades
Herodotus

Euripides

nemo quos tunc uidebat: superstes futurus esset. Quam naturæ humanæ ĩbecillitatẽ Euripides meditatus: ut est omni in re grauis ac diligens: ita locutus est:

// Natura quæ mortalibus est rebus: tenes?
// Haud uideor equidem. nã unde: at auribus accipe.
// Mors omnibus debetur his. nec est aliquis:
// Qui cras futurum se sciat. Quam igitur nobis polliceamur huius uitæ felicitatem: cuius omnia sũt incerta. omnia mutabilia. omnia plena formidĩs? Itaq; alio spes nostra dirigẽda ẽ alio intẽdendi cogitatus: nã qd ferius dici põt ĩ hominũ uita: cũ nullus sit tãtus ãnoꝝ numerus q si cũ æternitate conferatur: minimã puncti ꝑticulã repræsentet? Nec ea ꝑfecto uita ẽ optima: quæ uel Nestoris uel Sibyllæ quã fabulãt: uel ea potius quæ Mathusalẽ ãnos uixerit: sed quæ honestissima fuerit probataq; apud deum: etiam si unius diei uitam quis uixerit. Non enim multitudĩe annorũ sed magnitudine præstantiaq; uirtutis hominis beatitudo simul cũ uita definitur. Nũ idcirco Chrysippũ aut aliũ quempiam huiusmodi uel Platoni uel Aristoteli prætulerim? qa plura in philosophia uolumĩa ꝑlyxiora scripserit? an illos potius chrysippo & chrysippi similibus: qm̃ acutiora & meliora ingenii doctrinæq; monimẽta posteris reliquere? Nũ ꝑpterea arborẽ laudemus. quod plurimũ sit ãnoꝝ? an qa & pluris de se fructus & suauioris efferat? Et ne celerius q̃ par ẽ: a similitudine discedam?: ut in arboꝝ fructibus accidere uidemus: ut aliis alii citius maturescant: idq; non in diuersis modo sed in eodẽ ẽt genere fructuũ: ita de hominibus quoq; uenire usu qs dubitet: ut ꝑ cuiusq; naturæ tẽpamẽto alii serius alii citius uitã finiãt? Si cũ arrogantẽ solem? & dissolutũ existimare: q hominũ legibus aduersãt: qualis ducẽdus sit: q succenset naturæ legi: quæ uiuẽdi tẽp? omnibus definit: ut id præterire nemini liceat. At naturæ legib? irasci qd aliud ẽ q̃ deo aduersari: a quo natura oĩs creata ẽ. Qui enim ægre fert. quod uoluit deus: is plane uidetur deum arguere iniusticiæ: in eumq; irasci. Itaq; non absurde hunc ab

// Eschylo legimus repræhensum: cum dixit: Boni est grauisq;
// uiri mali: si quid patitur: Nunquam deis irasci. Quam senten/
// tiã apte secutus Euripides ait: Aduersa q bene fert: uir opti/
// mus mihi uidetur ac prudens. At mea me de Valerio meo:

Nestor
Sibylla
Mathusalẽ
Chrysippus
Plato
Aristoteles
Eschylus
Euripides

dicas. fefellit spes. Qui. n. non doleam: quod ab eo relictus sim haeres: quē mihi fore sperabā hæredem. Et quē superstitē op tabā: ei uideā me superstitem. Et in quo uitæ huius omnē col locarā iucūditatem: eum morte sublatū aspiciā. Qui ergo tam tristi tam acerbo tā infelici casu nō crucier non angar animi: cum illū mihi tam immature tā inopinato ereptū sentio: quo aliud nihil ī uita preciosius habebā nihil amabilius nihil ca rius nihil suauius. At nihil debet esse inopinatū sapiēti. Ami sisti: fateor: in Valerio magnā huiusce uitæ iucunditatem ma gnum solatiū magnū ornamētum. Non poteras eius ingeniū atq; ꝓbitatem cōsiderans nō tecum admirari: nō tibi plaude re: quod talē filiū genuisses tam modestū tam uerecūdum tam facilē tam strenuū tā benignū. Delectabat te plurimū īgenita eius prudētia & bonarum artiū studiū ac facūdia singularis. Et eius caritatē atq; pietatē obliuisci nō potes. Quæ quidem oīa cū uideas tam repente una cū illo amissa: irrecuperabili te detrimēto & maxīo affectū arbitraris. At uelim tecū aīo uolu // tes illā Vlyssis sentētiam apud euripiden poetā: Sapiētis ē // quæ oportet. ī malis sapere. Num idcirco fortasse te illusum & destitutum putas: quod antea: ꝙ tua ferret opinio: Valeriū tuum ad se deus reuocarit? An tibi molestum ē: quod celerius tua sententia euocatus ille ab deo est & emissus ex his corpo ris uīculis ad seq; ideo accersitus: ut omni cura liberaretur oī sollicitudine? Quod si in re bellica turpe existimatur dicere non putassem: ubi inopinato in nos hostis ac repente īpetum fecerit: quāto id ē turpius iudicādum ī huius uitæ cōdicione: quæ innumerabilibus periculis & calamitatibus ē obiecta: cuius finis ē ille: quē effugere nemo pōt? Oēs enim morimur: horaq; mortis incerta est. Itaq; recte admonemur: Vigilate: & orate: quia nescitis horam neq; diem. Quid inquam facere nos oportet: quibus sapientiæ magister Ihesus est datus: quā do idem & a gentilitatis philosophis poetisq; prædicatur. // Pati multa necesse est ait Næuius poeta mortalem mala. // Sed eruditissimus persius longe apertius. Viue memor lœ // ti fugit hora: hoc quod loquor: inde est. Decet nos certe ita uiuere: ut semper credamus futurum: ut moriamur. Aliud ni hil esse philosophorum uitam affirmat Plato ꝙ mortis com mētationē. Et docte id qdem atq; sapienter. Nam si ad finem

Vlysses
Euripides
Ihesus
Næuius
Persius

omnia referēda sunt:si bene beateq; uiuēdi prīcipiū capit ab ipso fine rōnem:si finis humanæ uitæ mors ē:cui nulla ē mortis meditatio : is sane neq; prudens nec felix esse ullo pacto potest. Quā me uerba illa delectant:quibus utitur apud Euripiden:ut mihi uidetur Theseus.

Euripides
Theseus

// At ego quod a sapiente quodam didiceram :
// Curas calamitates & exilia mihi
// Mortis acerbas & malorum alia genera
// Versaueram aīo:nequid illorū prius
// Quæ cogitaram:si quid accideret:magis
// Recens noceret. Didicerat Theseus a sapiēte quodam hoc est ab Anaxagora:Euripides eē oīa quæ ī huius uitæ mutabilitatē possunt cadere:diligēti meditatiōe prouidēda:quo ī omnē casum armati instructiq; simus aduersus oēs aī motus:ut sicuti uigiles & periti gubernatores prius q̄ dent uela: Scythiā p euxinum pelagus petituri se anchoris muniūt & rudentibus: ne siquis secus quā opus sit:uentus incubuerit:frustra sint auxilium desyderaturi:ita etiam nos nō adeo rebus lætioribus efferamur:aut deiciamur aduersis:ut uideamur obliti:quā uaria sit q̄ fragilis q̄ īcōstans hūana cōdicio. Quid.n. aut nrōrum aut noster etiam obitus nos affligat?Fac uitam corporis sempiternā esse. Quis adeo sit tāta demētia :qui non mori q̄ primū malit:ubi in eam sit uitā peruenturus:de qua fore scriptum legimus:ut deleat deus oēm lachrymā ab hoīum oculis: & ubi neq; mors āpli⁹ sit futura: neq; luctus neq; clamor nec dolor q̄ in hac uersari diutius hoīum uita:quæ plena ē miserabiliū ærūnarū in tot rerum oīum cōmutatiōibus ī tot cupiditatum tædiis ī tot fastidiis uoluptatum? Quæ hic nobis reges est?quæ tranqllitas ? Quæ nō oīa plena formidīs ? plena angoris? nihil eē uidemus ī hac īstabilitate uitæ ita hoī concupitū:cuius post usum satietas nō sequat:ut quod maxīe cōseq studemus:id cōpotes uoti facti nō abdicemus:& alia atq; alia deīceps appetamus. Nūquā nisi ī morte appetitōis fax extīguit. Itaq; nō ab re & Dauid & Hieremias & Elias aliiq; nō nulli uiri sancti & sapientes uitæ diuturnitatē īgemuerūt:ita sunt oīa uaria.ita īcerta.ita īfirma nusq̄q; manētia. Id quod aīaduertens Pindarus ut ē in oī re prudens:ita locutus est :
// Spes uirum sursum simul & deorsum

Anaxagoras
Scythia
Euxinū pelag⁹
Dauid
Hieremias
Elias
Pindarus

// Multa lactantes celeri feruntur
// Orbe uersatæ probat id: quod ore
// Nemo uenturam potuit deorum
// Nosse fortunam: quoniam futuri
// Cæca mens nobis. hominiq; multa
// Præter optatum tulit ipse casus
// Tristia. & rursus miseris subactam
// Extulit rebus ꝓpere uoluptas. Quare cū in rebus humanis nulla sit certitudo nulla stabilitas nulla fides: nihil sapienti oportet esse iopinatū: cū usu didicerit quottidie euenire: ut lætis tristia & tristib⁹ læta succedāt. Itaq; ad eadē te hortabor: ad quæ Corydon apud Theocritum Battum. Corydon Theocritus Battus
// Fidere amice decet. melius cras forsan habebis.
// Sperandum est uiuis. non est spes ulla sepultis.
// Nunc pluit. & clarus nunc Iupiter æthere surgit.

Vt enī silentio inuoluam uel. P. uentidium: quē a patre Gn. Pompeii magni actum ī triūpho & oculis populi romani miserabiliter antea subiectum: de parthis ad postremū pulcherrime triūphantem Roma cōspexit: uel. G. Corneliū Scipionem nascicam: qui a carthaginēsium carcere ac uinculis nō solum oīa quæ seruitutis cōdiciōe amiserat: postliminii iure recupauerit. sed ad summa consulatus īpiusq; fastigia est euectus: satis unus Iob exēplo sit: Quid. n. hic triste passus nō ē: quæ acerba nō ꝑtulit: ipse de se testimoniū perhibet. Suscitabis īquit: corpus hoc meū: ī quo multa mala sum passus. At idem Iob ubi aduersa oīa & corporis & fortunæ uirtutis patiētia mirifice supasset: ita sibi ꝓpitium benignūq; deum reddidit: ut ad huius quoq; humanæ uitæ felicitatē nihil requireret. Magna ꝑfecto uirtus ē patiētia. Moderate nobis ī utrāq; fortunam ferenda sunt oīa. Nunq; diffidendum ē rationi: nunq; legi naturæ aduersandū. Tollenda spes nostra in deū est Iacobe Antoni Marcelle: qui solus quid nobis rebusq; nostris aut cōducat: aut nō cōducat: & nouit semper: & tempestiue ꝓuidet. Seuocandus ē nobis animus atq; diiungendus ab istiusmodi cogitatibus & motibus turbulētis: Nam perturbationes aīorū: ut inquit Pindarus: sapientē ēt uirū cogūt insanire. Neq; flenda tibi Valerii mors nec dolēda ē: sed laude potius & gaudio ꝓsequēda: quē dignum deus iudicarit cælesti domicilio. Nunc

.P. Ventidi⁹

G. Corneli⁹ Scipio nascica

Iob

Pindarus

uigeti ī rerū oīum cognitiōe earū:quas ita facile cū uiueret: di/
Plato scebat:ut eas nō tā discere quā reminisci secūdū platonem qui
ret existimari. Proīde satius feceris:si dolorē pectoris tui quo
inopinato percussus es:recordatiōe illius laudū cōsolabere:
Nā si eos dolemus:qbus bene ē.quid de nobis simus facturi?
Nobis pfecto potius de nobis ipsis dolendū ē: atq; cauēdum
merito:ne dum filios flæmus:eorū beatitudini īuidere iudice
mur. Illi enim iis bonis nunc fruūtur: quæ nec oculus uidit:
nec auris audiuit:nec ī cor hoīs ascenderūt. Nos autē assidue
uolutamur in cœno. Et eo mors nostra & durior ē & tristior
futura quo diutius uiuimus. Verum ea nobis offertur cōsola
tio quod nō multū abesse poss t:ut quos tanto aī ardore desy
Valerius deramus:corā liceat ītueri & tibi Valeriū tuū & mihi Olym/
Olympus pum meū æqualibus nobis æqualis illos:Nā ut illi eodem &
anno & mēse nati cōplerant ānū octauū neuter:ita nos ānum
quartū & sexagesimū īgressi uterq; sum⁹. tu ad. xvi. Kl. februa
rias:ego uero ad octauū Kal. augustas. Et īmortales certe q̄tū
mihi uideor augurari:futuri n̄ sum⁹. Quare īter nos & filios:
quos amisim⁹:nō admodū lōga futura sunt diuortia mō de/
mus operā quod ī nobis ē:ut una cū illis quos tāto desyderio
ardemus:eē possimus. Quāuis.n. nesciamus:quæ dies morti
// sit præstituta:quod tn̄ scriptū ē:nos latere nō debet: Oīs ca/
// ro fœnū:& oīs gloria ei⁹ q̄si flos fœni. At cū sciam⁹ pulcher
rimos atq; recētis flosculos leui aura tactos languescere par/
uoq; uēti flatu agitatos marcescere solere:nihil eē uideo.qđ
īmaturū natura quod ītempestiuū dici debeat inter hoīes.
Quandocūq; nos morituros iusserit deus: id & maturū ducū
dum ē & tempestiuū. Quid.n.est aliud mori:q̄ depositū red/
dere? Deposuit deus apud nos aīum nullo præscripto tēpoř.
Quæ igitur iusticia nostra fuerit eum repetenti minus alacri
ter q̄ primūq; restituere? Num grauiter nobis ferendum ē: si
quod ab deo nobis datum ē usui:id ei cū exigit:reddere. Red
dimus.n.nō damus. At ne mēsarii quidē si sapiūt:si decoque
re erubescunt:moleste ferant depositum reddere alienum.
Num uir sapiens atq; idem gratus quem animum accepit ab
deo usui ac ueluti depositi iure:repetenti domino aduersari
audebit? Nec ille minus ī culpa iudicari solet:q dolcat uel de/
positū uel cōmodatum restituisse:q̄ qui illud sit abiuratus:

Nam fides in utroq; & gratitudo desyderatur. Cumq; oẽ uiti um graue sit ac periculosum: tum ingratitudo turpissima atq; admodum detestabilis censeri debet. Homo. n. ingratus pudore uacat. Qui uero ĩpudentiæ se facit obnoxium: is omnis se flagitio facinoriq; ascribit. Si prim⁹ angelus uoluisset gratitudinis meminisse: neq; ĩ superbiam exarsisset: neq; ĩuidisset creatori suo: nec e summo beatitudinis gradu ĩ extremæ miseriæ præcipitiũ corruisset. Quã me delectãt duo illa præcepta: // quæ uocãtur delphica: Cognosce te ipsum & neqd nimis. Hæc talia sunt: ut alterũ manet ex altero: & inuicem se cõmutent: Nã & qui se nouit. nihil nimis neq; cogitat: nec facit: Et qui nihil nimis aut dicit aut uult: seipsum nouit. Qui ergo se mortalẽ esse cognorit: neq; efferet nimis rebus secũdis: neq; aduersis ita humilẽ abiectumq; prosternet: ut luctui semper ut eiulatui sit addictus. Honoratur sane luctus ut est ĩ fabula: lachrymis & doloribus. Itaq; nõ ĩuitus ad eos proficiscitur: a q bus huiusmodi honoribus excipitur: ab quibus aũt negligitẽ: iis abstinet. Vt oĩ ĩ re demisso nos aĩo aduersus deũ esse oportet: & quidquid ab eo fit: ad nostrã utilitatẽ factum existĩare: ita quæ uidentur aduersa & uolũtati nostræ expectationiq; ĩ festa: & cõstanter ferẽda sunt nobis & sapienter: Nã ut grauiter ĩqt Euripides: Necessitati qui dedit terga: sapiens est ille // uir. nec inscius quidẽ deũ. Si. n. necessario oẽs morimur: finisq; huius uitæ mors est: quid hæc nobis & frustra & ĩutiliter uel lachrymanda ẽ uel dolenda? Audiamus obsecro Menandrum: quam scite hæc: ut omnia:

Angel⁹ prim⁹

Delphica præcepta

Luctus

Euripides

Menander

// Nostris mederi si malis possent lachrymæ:
// Semperq; tolli flætibus quiret dolor:
// Lachrymas emeremus auro. at herus negotia
// Non curat hæc: nec respicit. suam uiam
// Seu tu flæas: seu non: facient. proin quid facimus?
// Nihil dolor arborum instar hos fructus habet
// Lachrymas. Nihil igitur dolẽdum ẽ: roges. nihil ingemiscẽdum. nihil lachrymandũ omnino ne ĩ morte quidẽ carissimi filii? At flæuit Ihesus Lazarum: quem reuocabat ad uiuos. Non flæam ipse: non aĩ torquear: qui me ĩ iucũdissimo mihi filio mortuũ sentiã. Respondebo equidem tibi audacter: & ex aĩ sententia respondebo: ut nihil dolere oĩo inhumanũ ẽ: ita

Ihesus

Lazarus

dolore confici effœminatū & molle. Nullos inq̃ sentire ī utrā
q̃ fortunam animi motus lapidis ē nō hoīs: q̃q̃ ēt ī lapidib⁹
īesse motus quosdā natura īsitos nō ex magnete solum sed ex
silicibus ipsis pcipitur. Verum pati motus eos effrænatius fer
ri: nec ullis compescere rationis cōsiliiq̃ remediis belluæ est
propriū. Si. n. ī nobis nulla prorsus inesset affectio: cum aliæ
plæræq̃ animi uirtutes tum amicicia ipsa qua nihil ī hoīum
genere suauius esse nec necessariū magis aīaduerto: beniuolen
tiaq̃ oīs e medio tolleretur. Itaq̃ cauendū eē arbitror: ne fal
sa quadā decepti opiniōe aut quod nullū est: iudicemus malū:
aut quod sua natura minimū sit: maximum ipsi faciamus.
Qui. n. quod per sese aut bonum est aut boni cā: ducit ī malis:
hic non pōt esse non demens. Qui uero & tristia & læta ꝑ ra
tione apteq̃ tulerit: uir mihi prudentissimus uidetur efferēd⁹
q̃ summis laudibus. At non potes tu quidē non dolere: quod
tali uideas filio te orbatū: quod sentias uiscera tua abs te ue/
luti diuulsa: quod in eo sis mortuus: ī quo te futurū supstitem
putabas. Homo: argumētaris: sum nō deus. Et recte tu quidē:
Lazarus præsertim cū deus ēt ipse q mortuum Lazarū ut obiicis: erat
suscitaturus: collachrymatus ē. Velim: tñ memineris grauissi
Solon mæ illius quā modo dicebam: Solonis sententiæ: neqd nimis:
Ihesus Nam quod ais collachrymatum ēt Ihesum: recte quidē narras
Lazarus modo intelligas id esse ab eo factum nō minus: quod Lazarū
quē plurimū diligebat: esset reuocaturus ab alterius ueræq̃
uitæ beatitudine ī huius: quæ falso uita noīatur: miseriam:
quā ut humanæ ībecillitatis affectū exprimeret. At se supra
hoīem gerere hoc ē supra uulgi cōsuetudinem & oīa ꝑ rōnis
regula deoq̃ metiri uiri est magnifici planeq̃ heroici. Præte
terea si uolueris meminisse optime cum illo actum esse: quod
adeptus te patre suaq̃ uirtute oēm uitæ hui⁹ felicitatem quā
dicimus: ita excesserit: ut cum adumbrato fucatoq̃ sæculi bo
no æternā sit gloriā & beatitudinē possessurus: intelliges tibi
lætandū esse potius: quod talē genueris: q̃ dolēdū quod talē
amiseris. Quod si illius nō potes absentiā ferre: qui cælum ha
bitat: nō tam ei⁹ uideris q̃ tuā uicē collachrymari. At istud
certe nō ē aī uero liberalis neq̃ magni neq̃ paterni neq̃ ipsi⁹
tui: qui pluris faciebas unum ualerium quam uitā ipsam: qui
uir magnificus es & oī uirtute illustris. Illius bono gaudēdū

est inquã potius quã tuo dolẽdum incõmodo. At qui ea cõdi
ciõe filios nobis cõmẽdauit deus: ut quãdocũq; repeteret: red
deremus. Num igitur malimus creditori succensere: quod suũ
exegerit: q̃ cõmodãti gratias agere? Quin potius imitãdus est
nobis sanctissimus ille patiẽtissimusq; Iob: atq; illi⁹ uerba sin Iob
// cero mentis affectu usurpãda. Domin⁹ dedit. dominus ab/
// stulit. Sicut domino placuit: ita factũ ẽ. Sit nomẽ dñi bene
// dictũ. Quid tãto. n. torqueamur dolore: qd diuturnis lachry
mis quos amisimus: lugeamus: si quidẽ ad tp̃s ẽ creditũ: id p/
petuo seruare nõ possumus? Nihil nobis cũ agit natura duri⁹
quã cũ elemẽtis uniuersoq; mũdo cõsueuit. Nũ quæritur ter/
ra: quod fruct⁹ quos tãto cũ labore cõcepisset: peperisset: aluis
set: amiserit? cũ tã sæpe antea uomeribus scissa esset rastris &
ligonibus cæsa. ĩbribus obruta: tẽpestatibus fracta: nunc rigo
re nunc æstu uexata: quo annua munera parturiret: cũq; ua/
riis amœnisq; floribus ĩduta gestiret: mox exuta spoliataq;
oẽm ornatũ iataq; deposuerit? At ne mar̃ qdẽ moleste fert: qđ
p anni ac tẽporũ uices eorũq; momẽta nũc remissioribus nũc
uæhemẽtioribus uẽtorũ flatib⁹ inter procellas fluctusq; agi/
tatum nauibusq; circũquaq; sulcatũ. & hamis ac rætibus ap
petitum sentiat: quos genuerit: auxeritq; tantos pisciũ greges
predæ oĩbus rapinæq; expositos & præciosissimas margari/
tas aliaq; pmulta & gemarũ & rerũ nobilissimarũ genera ab
ribus & iumentis inest animus idem:qui ĩ herbis & in arbori
bus:ac præterea qui dicĩẽ sensitiuus. Sed ĩ his neq; intelligen
tiam nec perfectã rationẽ inesse uolumus. Itaq; animus omni
pfectionis numero absolutus ĩ homine ẽ solo. Hunc ergo ita
Animi definitõ definiamus. Animus ẽ creata substãtia spiritalʼ simplex rõnis
ĩtellectusq; particeps:quæ seipsã mouẽs naturale instrumẽta
leq; corpus tandiu afficit ea ui:quæ & uitalis ẽ:& sensibilia ad
mittit:quoad eoꝝ natura capax elementalẽ conuenientiã ser
uat. Hic mihi humãus uidetur ãimus:quẽ siquis ignorat.quo.
nã pacto quod delphico præcepto admonemur:seipsũ cogno
scat:nõ intelligo. Huiusmodi aũt animum neq; corrumpi nec
aliud quicquã pati posse:quo a seipso discedat.cũ discessum fa
cit a corpore nullus mihi uideẽ labor sustinere audacterq; de
fendere. Nã ut a faciliorib⁹ rẽ probare aggrediar: aĩus corpori
Plato applicatus nequaq̃ est:ut Platoni placet. Id enĩ si esset:nõ unũ
quiddã esse ãimus posset:sed multa permixta. Nec enĩ idcirco
uitã suscipit corpus:quod ei animus applicetur: sed quoniam
per oẽs eius partes diffundaẽ. Quid aũt aut permixtionẽ aut
cõcretionẽ afferã:cũ nullum corpus queat aliud corpus usque
quaq; penetrare? Quare si neque corpus neque corporeum qc
quam penetrat:animũ corpore carere quis neget? Atqui omne
corpus aut interiore agitatur : aut exteriore motu . Sed quæ
exteriore utuntur motu:in anima sunt : quæ autem interiore
animata. Quod si animus esset corpus:aut animo aliunde sum
pto uteretur.aut ui animi careret. Sed cum utrunque horum
absurdum sit: relinquitur animum esse incorporeũ. Præterea
si animus esset corp⁹:sequeretur corpori sociari corpus. At ea
societas uel ex applicatiõe fiat:necesse ẽ:uel ex pmixtiõe uʼex
cõcretiõe. Sed ex applicatiõe aĩ q solus dat uitã corpori:socie
tas ea fieri nõ potest:cũ applicatus anim⁹ si sit:ad corp⁹ ĩtimũ
nõ pminat: Nihil enĩ penetrat applicatum. Itaq; ãimus & cor
pus applicatione sociari non possunt:sed nec etiã permixtiõe.

Nō enim animus esset unū quiddā sed permixta multa. Num fortassis cōcretiōe societas ea fiat? si ita foret: duo per se corpora inuicem transirēt: & locus unus quo corpus cōtinet: duorum corporum capax esset: quod fieri certe non potest. Quare cum neque ex applicatione neque permixtione neque concretione corpus & animus sociantur: patet animum esse incorporeū: & quoniā sua quadā ui natura q; consistit: eundē etiā imortalē: Mouet enī ipse ex sese: & mouet corpus: Nō mouet a corpore Nec a corpore quicq; recipit secūdū esse & substantiā suā: sed uitam dat corpori: & ut sētiat efficit. Idq; semp dū adest: habitatq; ī corpore. Cum se uero secreuerit a corpore: hoc sane ei⁹ discessu interit. Ille autē: quia indissolubilis & īmortalis creatus est atque sempiternus: per sese cōsistit: & eo melius habet: quod seruitute ueluti quadam corporis cathænisq; liberatus sua natura suoq; bono fruitur: cum iam ei nihil esse potest impedimento: quo minus acutius ac perfectius & intelligat & sapiat: omnemq; iam perspiciens diuinæ essentiæ ueritatem sua beatitudine sit cōtentus. Itaq; ut in cæteris animātibus mors est interitus: quo animus simul cum corpore & dissipatur & perit: quoniam nihil in iis est eo sensu perfectius: qui sine corporis uita esse non potest: ita in homine est animi a corpore separatio: quæ ubi contigit: leuis ille atque incorruptus euolat altius: nusquamque retardatur: donec in illius conspectum peruenerit: cuius imaginem ac similitudinem præ se fert. Et tum demum omni labore omniq; tædio peregrinationis hui⁹ mūdanæ uacuus securus tranquillusq; quiescit: Nam qd aut Epicuro aut Heracleto alisq; istiusmodi in mentem uenerit: nescio: qui simul cum sensu corporis perire intellectiuum animum putauere. Nam id fortassis opinati sunt: quoniam animum corpore solutum corporeis oculis uidere non possent: quasi non illum eadem ipsa & cogitatiōe complecti & ratōne cōsequi possimus: qua deum datur: quem & si corporis oculis non uideremus ratione tamē atque intelligentia perspicue cōpræhendimus. An ignoramus mentē ac sensum differre inter se plurimum? Sensus enim a sensibilitatis nimietate corrūpit: ut de his legitur: qui sedent ad Catadupos: ob eamque rem debilius sensibile a sensu ipso minus sentitur: ut ī tubicinibus tibicinibusq; non nullis: & in iis qui aut fistulis aut tympāis

Epicurus
Heracletus
Catadupi

crebrius utuntur: persæpe animaduerti: redduntur enī auditu imbecilliore adeo ut quæ uoce sunt debiliore minus audiant. Idemq; accidere illis solet: qui oculorū intutum aut in solis radios aut in altiorem niuem fixius intenderint: Nam uidendi aciē aut hebetāt: aut etiā amittūt. De mente aūt secus accidit: quæ posteaq; intellectu attigerit intelligibilia illa cælestia ac sūma: lōge facilius ac melius ītelligibilia quæ sunt īferiora mūdanaq;: intelligit. Quare si mens magis operando nō frangit: nec etiam quo minus sit: corrumpatur. Præterea rerum earum quæ sunt inter se cōtrariæ: contrariam esse rationē puto mihi cōcessum iri ab omnibus. Si quicqd est cōcretum: discretionē patitur: & dissolutionē omne compositum: animus certe qui neque compositus est neque concretus: nec discerni potest nec dissolui. Nam siquod materia uacat: corruptioni nō subiacet: quomodo animus quem simplicem esse substantiam definiuimus: corrumpi queat? Et cum uideamus in natura quasdā formas a materia separatas omnino: ut āgelos ac dæmonas quasdā autē omnino insitas atq; immensas: ut naturales formas ex materiæ ui abstractas: nōne formæ quædam tertiæ ueluti mediæ dādæ sunt ad ipsi⁹ totius perfectionē: quæ a materia scilicet manātes secundū illud esse: quod īferius nominatur: ut eæ manant formæ: quæ a materia sunt deductæ: quæ manātes in quā a materia separari ab ipsa possint secundū suū esse superi⁹ quēadmodū sunt formæ separatæ omnino? Sed huiusmodi certe sunt animi nostri: qui quo ad uires sensitiuas manant a materia: sed quo ad uires intellectiuas separari possunt. Hinc fit: ut q̄tum ad mentalē attinet uirtutem: æque hi atque āgeli & dæmones nullum interitū patiantur. Insuper ignorandum ne sit: quod simplex est. Id a seipso separari non posse: Sed animus cū sit simplex: quo pacto separetur a seipso? Itaq; neque a suo ipsius esse: Nec enim per aliam quandā formam quā per ꝓpriam ac suam animo est suū esse: quod dicitur. Nam de cōcreto & cōposito secus est: Id enim habet esse per formam: quæ potest a materia separari: & ita etiam corrumpi. Ad hæc nihil corrumpatur: nisi aut per id quod sibi contrarium habet: aut ob alicuius defectū rei: quæ sit ad eius esse necessaria. Sed hui⁹modi animus nihil habet contrariū. neque ad propriū ei⁹ esse corpus est necessariū: cum siue in corpore sit: siue extra corp⁹:

Angeli Dæmones

// Obſedere tuum:nauis ut ſolus achiuas
// Veneris:atque oculis huius te oſtendere coram
// Pertuleris:qui tot natis & talibus orbum
// Te modo reddiderim?mens eſt tibi ferrea prorſus.
// Aſt nunc animo quibus angere:pelle dolores.
// Hocq; ſede ſolio. gemitus nil profuit ullus.
// Vt ſtatuere dei:miſeris mortalibus ægra
// Vita datur. nullis tanguntur numina curis.
// Dolia nanque iacent in limine bina tonantis:
// Diuiſim quæ dona boni tenuere malique
// Iupiter hæc miſcens tribuit quandoq; maligno
// Etquandoq; probo. Verum cui triſtia dira
// Sorte dedit cunctis temnendum redit:& unum:
// Quem dolor in terram ſtimulis agit acer amaris:
// Quēque dei atque homines nullo dignantur honore.

Quod ſi bonorum malorumque noſtrorum uel naturæ ordo uel dei uolūtas ē in cā. qui qdqd facit & recte facit & utiliter nobis:nihil ē. quod ullus nobis caſus acerbus uideri debeat. Nam is nouit ſol⁹:quid nobis aut conducat:aut nō cōducat. Itaque monebat Socrates aliud nihil a diis īmortalibus petē dum eſſe:quā ut bona tribuerent:quoniā iidem ſcirent: quid cuique expediret Sed quoniam iam ſatis mihi uideor oſtēdiſſe neque noſtra cauſa lugēdū eſſe:quod neque liberalis ſit neque paterni neque magni neque amantis aī. nec et aim filiorū certe cauſa:quod eos ſcilicet putemus uitæ ſuauitatē ac fructū obitu amiſiſſe:cum hic non modo nulla ſit ſuauitas:ſed ī cōmodorū atq; acerbitatū plena uideam⁹ oīa:ſiquæ reliquæ ſunt:quærat:ātı mæroris cauſæ:eas īuenio tris poſſe afferri: quod aut exiſtimemus cū corporibus ſimul animos interire: aut mortē ſine maximo ītolerabilique dolore accidere nemini:aut propter futura ī īferno ſupplicia. Quid ſi has cās quoque nō minore ui uictoriaq; īfrīgā atq; proſternā:quā de duabus illis ſuperioribus factū uides:Ceſſabiſne tādē a luctu?Redibis ad te ipſum?Intelliges tibi mali nihil ī Valerio accidiſſe?Nā futura illa ſupplicia quibus tandē horrēda ſunt?bonis ne an flagitioſis?Num ignoramus id: quidquid eſt mali quo quidem aliud nullum neque formidabilius eſſe poteſt neque ærumnoſius neque maius:illud hominum culpæ perpetra-

Socrates

Aliæ quot ſint lugēdi cauſæ

tisque in uita sceleribus: nō morti ipsi: quæ malorū omnium fi
nis ē: dari oportere; quinimo propterea esse morti maiorē gra
tiam habendā: quod culpā non patiatur ānorū accessiōe fieri
grauiorem; Præterea quæ illi supplicia debentur: q nō modo
nulli se flagitio unq̄ fecit obnoxium: sed ita probitati stu/
debat assidue: ut ī eo absolutissima quædam uirtus nō minus
Nympholepti natura diuinoq; afflatu: ut de nympholeptis theoleptisq; fa/
Theolepti bulātur: q̄ disciplina inesse exercitatiōeq; uideretur; Adeo. n.
egregius ille puer erat ī omnem uitæ partē pulcherrime insti
tutus: tantaq; ingenii ad oēm bonitatis præstantiam acrimo
nia & splēdore: ut uis quædā supra hominem in eum diuini
Horoscopus tus uideretur īfusa. Quid. n. ad natalem: quid ad horoscopum
reuertamur; Non. n. dicam ea ratione Valerium tuum īgenio
fuisse & acri & graui & facili & excelso appetētissimoque di/
Gemini scendi: quod natus sit ascēdēte prima geminorum facie: quo tē
Mercurius pore Mercurius esset ī ariete: qui & a Marte feruorē & tempe/
Aries ramentum a Saturno acciperet. Quāq; hæc omnia ut cætera
Mars quæque ab deo sunt: tamen quia minus nota sunt oībus: non
Saturnus contendam cū indoctis & pertinacibus. Sed illud affirmare nō
dubitabo non potuisse Valerium ea & loqui & agere: nisi ali
quid supra hominis īgenium diuinumque habuisset. Quo fa
ctum est: ut diuino quoq; beneficio uix puericiā īgressus hui⁹
sit uitæ periculis liberat⁹: ne si diuturnior hic fuisset: sordib⁹
peccatorū inquīaretur. Perdifficile enim est eū demū a scabie
non corripi: qui diutius utatur cōsuetudine scabiosorum.
Quod si eos immania quædam manent atrocissimaq; suppli/
cia: qui uixerunt flagitiose: quæ illi præmia nō sunt ꝓposita:
qui se totos uirtuti deoq; dediderunt; Qui uero opinātur non
fieri mortē sine grauissimo sensu doloris: ii maximo in errore
uersantur. Non enī: mihi crede: ipsa mors cuiquā grauis est:
sed mortis metus: qui omnis tollitur: cum mors aduenerit.
Diogenes Hinc illud est grauissimi diogenis dictū: q īterrogat⁹: an mors
// esset mala: quomō inquit mala: quam præsentē non sentim⁹;
// Atq; metus ille uiuenti hoī grauis ē: cuius deprauata opinio
malorum esse arbitratur: quod bonum sit. Nam nullum eē do
Quō fit sopn⁹ & mors lorem ī morte: ratōne haud difficili assequamur. si quomodo
illa fiat: nolimus ignorare. Eadē. n. mors uia nos corripit: qua
Alcmæon sopnus inuadit. Nam ut docet Alcmæon sanguinis recessu in

finitimas uenas fit sopnus:qui si diffundatur:experrectionem iducit. At si oīno sanguis recesserit:cōtinuo mors consequit. Si recedente igitur in uenas sanguine rapimur in sopnum ne sentientes quidē:quid miremur:si sanguine in locos suos non redeūte quasi perpetuo sopno occupati morimur? Vt enī mor te ī oē tēpus sensum amittimus:ita sopno cōsopiti sentim⁹ ad tēpus nihil. Itaq̃ nō indocte inquit Aristoteles sopni stuporē uolens ostendere in dimidio uitæ felices nihilo præstare mise ris hominibus. dimidium. n. uitæ pro sopno posuit. Et mortē non nulli philosophi sempiternum esse sopnum definierunt: ob id tantum illi errantes:quod sopnus ille non est adeo sem piternus:ut finem nullum sit habiturus īquam. Resurgent. n. homines idque nō solum nostra hoc est christiana sed gētiliū etiam philosophorum sententia eorūq̃ persarum. Futurū. n. enim persæ affirmāt:ut reuiuiscant homines:sintq̃ immorta les. Quod si sopnus sit secūdum Diogenem Apolloniatē: qui ait ubi omnino sanguis diffusus uenas īplerit: & eum aera q in uenis continetur:ad pectus impulerit atq̃ in subiectā aluū. sopnum fieri ac thoraca quem uocant:reddi calidiorē: quod si tota uis aeria e uenis defecerit:mortem effici: quid plus in morte molestiæ sit quam in sopno. Sin autē Platonem mali/ mus sequi:sopnus fit remissiōe spiritus sensitiui elati ad sinci put:quo in loco principatus ponitur. Cū uero sensitiuus spiri tus oīo remittitur:atq̃ relaxatur: tum mortem effici platoni placet. Quod si ita esse concedimus:non minorē esse gratiam morti habendā quā sopno mihi uideor intelligere. Hic enim ad breue tēpus curarū mole nos leuat:ac mors perpetuo libe rat. Atqui recte q̄dem Homerus sopnum qui profundissimus sit:æneum uocat & eundem mortis fratrem. Mortemque ac so pnum ob eam:quam inter sese & generationē & similitudinē habēt:geminos dicit. Itaq̃ Diogenes ille sinopeus:qui cogno mento dictus ē cyon:cū uæhementissime ægrotans laxaretur in sopnū:& excitatus a medico interrogaretur: molestius ne quicq̃ pateretur:respōdisse traditur nihil. Verum frater soro rem anticipat:hoc ē sopnus mortē. At Paulus apostolus ut spiritus sancti plenus ita nullius elegātioris doctrinæ īops cū consyderasset mortē:quam nominamus: idest separationem animi a corpore aliud nihil esse quā dormitionem atq̃ sopnū

Aristoteles

Persæ

Diogenes

Plato

Homerus

Diogenes cyon

Paulus aposto lus

quendam: uetuit de dormientibus esse dolendũ. Ita. n. monet credendum esse eos qui dormiũt: suscitatũ iri: & posteaquã sopor em digesserint fore: ut cũ sanctis uigilent: atq; una cum angelis dicant: gloria in excelsis deo & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis: In terra enĩ & ĩ hoc mortali cœno qd aliud est quã factiones quam seditiones quã discordiæ q; bella quã incendia quam uastatiões quã cædes? Quos in hoc uitæ salo & mentis & corporis fluctus non patimur? Quibus nõ obiicimur naufragiis? quo quis melior fuerit: eo se magis addicit inuidentiæ iaculis & mucronibus: tum feriant summos fulmĩa

Camillus — mõtis. Quid patriæ caritas Camillo ꝓfuit? qd Miltiadi? quid

Miltiades — themistocli? quid Aristidi? quid utriq; africano? Num de his

Themistocles — omnibus triumphum agere uictrici inuidiæ pudor fuit. Non

Aristides — ne inuidentiæ diritate periit Abel. Non eadẽ Ioseph oĩ ludri

Africani — brio innocẽtem obiecit? Nonne in horto deliciarũ serpens ho

Abel — minem eo ueneno ĩfecit: cuius morte humanũ genus mors cor

Ioseph — ripuit? Non etiam in cælo primus angelus eadem peste corre ptus insidias suo tẽdere creatori est ausus? Quid ago pluribꝰ ĩ re ꝑspicua? Vt. n. patriarchas & prophetas ut apostolos ac

Ihesus — martyras conticeam: Ihesum ipsum impii liuoris ĩmanitas ꝑ omnem sæuiciæ & sceleris cõtumeliã erubescendæ affixit cruci. Quæ igitur superbia nostra fuerit: ut qui ad imaginem dei ac similitudinẽ creati sumus: meliore postulemus eẽ cõdiciõe: quã se deus ipse uoluerit? Num imago id antecellat: cuius est imago? Num deus moritur: & homo sit immortalis? Quod si

Christus — Christus propter nos mori nõ dubitauit: num ipsi ꝓpter nos ipsos tam uæhementer mortẽ horremus? An ignoramus mortem esse introductam propter hominis uitiũ: ut ea restitueret bõitate sua: quod uitæ malignitate perierat? Quid arrogãtius quid impudentius aut dici potest aut cogitari: q; cum sciamꝰ nos esse mortalis: immortalitatẽ appetere? Quid enim id quasi priuatũ nostrumq; lugeamus: quod oĩbus esse cõmune: oĩbus esse præscriptũ: quodq; nullo pacto uitari a nobis posse ĩtelligamus? Nulli est odio nobis habenda mors: sed optãda potiꝰ cum sit malorum omnium finis: quibus quottidie affligimur: & cum sepultura uitiorum quæ sola corpus animũque interimunt: tum uirtutum suscitatio: quarum meritis in gloria uiuimus sempiterna. Itaq; rectissime dictum legimus: Moriatur

anima mea in animis iustorũ. Quid.n. molestiæ potest esse in morte. quam sopni simillimã esse ostẽdimus? Omnis autẽ aĩ contractio non ex alio mortis incõmodo: q̃ ex solo metu pro ficiẽ. Itaq̃ aptissimæ de morte Arcesilaus locutus traditur. cũ diceret: solum hoc quod malũ dicitur ex aliis oĩbus: quæ pu/tãtur mala: nemini unq̃ præsens molestũ fuit: sed absens atq̃ expectatum affert ægritudinẽ. Tolle igitur metum: malum oẽ sustuleris. Metuere autem mulieris est non uiri. Et metuenda quidem ea sunt: quæ a natura maxime abhorrent. Sed ut mor te nihil ẽ magis secundum naturã: ita iustius certe nihil: Sola enim mors æqualis est oĩbus: quæ neque pauperes discernit: nec excipit locupletes: regesq̃ pari iurẽ adit & subditos. Quod nisi corpus nobis fragile esset: cor lubricũ: animus imbecillus: non modo mortẽ non timeremus: sed miro potius desyderio eam appeteremus. Intelligeremus enim maximã nobis in mor te positam esse utilitatem: cum uita hæc perniciosa sit tota & extremo obiecta discrimini. Quod Paulus aperte significans Paulus:
" Mihi: inquit: uiuere christus est & mori lucrũ: Nam christũ Christus
esse intelligebat corporis mortem & spiritus uitam. Mors cer/te illa est optima: qua cum adhuc sumus ĩ carne: peccato qdẽ morimur: deo aũt uiuimus. Illa uero & horribilis & pessima:
" de qua scriptũ legimus. Dimitte mortuos: ut sepeliant mor/
" tuos suos. Istiusmodi.n. morte: dum uiuit etiã corpus: ani/
" mus ipse facinorum mole oppressus moritur: hinc illud est:
" Aĩa quæ peccat: ipa morietur. Qua quidẽ morte quæ mors alia esse queat aut tristior aut amarior: nullã reperio. Hæc.n. mors illa est: ob cuius horrendã formidinem dictũ audimus:
" Quærent hoĩes mortẽ: & non inuenient eam. Qui q̃ frustra
" dicturi sunt montib⁊: cadite sup nos: & collibus opite nos. Et mors quidẽ: qua discessum animus facit a corpore: q̃q̃ sua natura in maximis bonis habenda est: quod & maximis hui⁊ sæculi malis nos liberat: & ad maxima alterius uitæ bona no bis transitum præbet: danda tamen ẽ opera: curandũq̃ diligẽ ter: ne nos imparatos offendat. Nam & salutifera medicorum pocula q minus tẽpestiue & ut oportet: obduxerit: ad pniciẽ sui corporis non ad salutẽ obducit. Et gubernator quibus uẽ torum flatibus poterat modo secundis uti: fit quandoq̃ eius uel negligẽtia uel ignauia: aduersos ut patiatur. Mors enim

nusquã longius a nobis abest:quæ per oẽm uitæ cursum nos comitatur:nobiscũ ꝑnoctat:nobiscum uigilat:nobis adhæret semper:& qdqd uel agimus:uel dicim⁹:uel aĩo uersam⁹: curio se obseruat. Nec est:quod quicꝙ malit:quam prodesse nobis: modo aĩaduertat nos sui nõ obliuisci. Monetꝙ exẽplo totius uitæ:ut quottidie discamus mori:cũ perspicue cognoscere li/ceat nullam esse uitæ partẽ:quæ diutius duret : quæ nobis ẽt uolentibus petentibusꝙ nõ se morti dedat. Quem.n.reperies : qui suo ætatis statu cõtẽt⁹ uiuat? Debilis balbutiẽsꝙ ĩfantia procacitatem & lusionẽ puericiæ cõcupiscit. At pueri adole/scentiæ libidinẽ atꝙ amores adamant. Hæc uero ætas iuuen tutis robur & gloriã admiratur. Iuuenes aũt grãdioris ætatis tum prudentiã tum auctoritatẽ maxime oĩum optãt. Sed illo ubi est peruentum:quis est:quem sui non poeniteat:cum ĩtel/ligat sibi frustra esse oĩa concupita:seque uideat uel ignorãtẽ singulis ætatibus uitæ suæ esse mortuum:nec ita mortuum : ut amplius moriendũ nõ sit. Quo fit.ut ĩ oĩbus sit ĩnata quæ dam mutationis finisꝙ appetitio. Sola mors ea nostrarũ acti onum oĩum ultima:quæ tanto nobis est horrori:& ꝑturbati/onum oĩum finis ẽ: & cum malorũ oĩum cessatio tum commi gratio ad quietẽ:Nam qd mortẽ absentẽ horremus:quæ præ sens simillima est sopni? Vt. n. sopno sæpius intercipimur ne aduertentes quidem illum adesse neque sentiẽtes:ita etiã mori mur sensu penitus intercepto. Eademꝙ facilitate mortem obi mus:qua sopno occupamur. Plurimi uero interest.utrũ nos il la paratos expectantisꝙ inueniat:an imparatos ĩter oscitãtisꝙ offendat. Eadẽ enim quæ nobis quãoptime cupit fore: spe/culatur nostra omnia acutissime:ĩsidiatꝙ : siqd agat a nobis ꝑperã. Et captato tempore uiribus oĩbus impetũ ĩ nos facit. Nullasꝙ neꝙ rationes nec preces admittens naturæ debitum exigit. Facitque confestim:ut quod concretum fuerat secundũ

Epicharmus

Epicharmum:discernatur:eoque redeat:unde uenerat. terra ĩ terram spiritus autem sursum:Cuiꝙ enim elemẽtorum: quod erat elemẽtale in corpore humano:ꝓ sua reditur portione & humus humo & aquæ humor & aeri flat⁹ & igni uis ignea. Nã animus:qui ẽ substãtia incorruptibilis ĩcommutabilis sem piterna:qui uitam infundit corpori:qui uita est corporis:non humi remanet natura sui : sed ·hi se a corporea concretione

secreuerit: moritur quidem corpus: ipse uero mortem non recipit: sed relicto corpore: si nullis se carnis sordibus inquinauerit: euolat altius: nusquamque consistit: donec eo peruenerit: unde profectus est
" ad illum scilicet: qui ait: Qui scis: an nocte hac a te tua anima
" reposcatur? Non. n. moritur animus una cum corpore: sed ab eo repetitur: a quo usui datus est. Itaque non interit: non dissipatur:
" non deletur: sed ut inquit propheta: in manibus dei est semper. Propheta
Eo autem cum peruenerit: quiescit tandem longioris suae peregrinationis fructus huberrimos per omnem beatitudinis laeticiam assecutus. Cum tantum igitur in morte sit bonum: eaque tanta serpat facilitate: ut ne sentiatur quidem: quid mors nobis timenda est: uel potius non optanda? Audi etiam quaeso: quibus uerbis Socraten facit Socrates
Plato uti apud iudices. Nec mireris: quod tam multa a graecis Plato
traduco: Non. n. id a me factum est propter eam orationis facilitatem: quam mihi in omni & scribendi & dicendi genere aeque apud graecos atque apud latinos in promptu esse opinaris: sed ut ad latinos: quos habere potes ipse permultos: graecis quoque testibus additis non sis persuasu difficilis. Socratis autem
" uerba haec sunt: ut memini: Timere. n. mortem o iudices aliud
" nihil est quam existimare se esse sapientem: qui non sit. Videtur. n.
" scire: quod nescit: Nam nemo scit mortem. Haec autem bonorum
" omnium est homini maximum: quam homines aeque timent:
" ac si certo norint esse maximum omnium malorum. Et recte quidem Socrates. Quid enim boni in se habet haec uita mortalis? Vel quibus potius malis non abundat? Permulta profecto nobis in huiusce uitae agitationibus ac fluctibus in omnem partem obeunda ferendaque sunt animo constanti atque inuicto: quae sunt omni mortis acerbitate quam falso existimant: longe acerbiora: quod ni ita esset: non tam multi fuissent: qui ut se iis difficultatibus aut animi aut corporis soluerent: uitae mortem sponte atque alacriter praetulerunt: Quem enim inuenies: cui uni ad animi praestantiam commoda omnia & corporis & fortunae pro uoluntate contigerint? Non patitur ratio naturae. deus ipse non patitur: ut bona simul omnia: quae uulgo existimantur: ita in unum aliquem uirum confluant: ut tamquam perpetua sint futura: id quod etiam Helene illa Homerica non ignorans ita loquitur.
" Ast alias alii quisquis ualet omnia solus.
" Datque bonumque malumque deus. Omnia inquam nobis & bona &

mala hoc est cōmoda & īcommoda ab deo sunt:idq; semper ad nostram utilitatē. Nam uitiū & peccatū:quod certe sua natura malū est:a deo esse non potest. Itaq; studēdum ē:quod in nobis positum puto:ut bonorum operum ueræq; pietatis simus studiosi: Quæ uero aut extraria sunt aut a nostra potestate aliēa:ea si aderūt:& modeste utamur & grauiter:sin aberūt: nō turbemur: Nā ut breui exēplo Vlysses monet apud Hōerū:

Vlysses
Homerus

// Non uni dat cuncta deus:formosus ut idem
// Sit simul & prudens ac multa laude disertus.
// Qui specie caruit:deus hunc uenerabilis ornat
// Viribus eloquii:quo fit:mirentur ut unum
// Hunc alii suauis linguæ dulcedine capti.
// Hic autem fidens orat. leniq; pudore
// In cœtus excellit agens:quem numinis instar
// Suspiciunt. urbem quisquis petiere:loquentem
// Ast alium formæ bonitas quem cōminus æquat
// Cælitibus:penitus defecit gratia linguæ.

Vt igitur naturæ atq; fortunæ cōmodis moderate utēdū ē & secūdum rationē ita etiam incommoda siqua sunt : animo infracto atq; ingenti toleranda sapientes iubent. Siquid igiẗ Valerii obitus tibi fortassis īcōmodat:debes tu sane id qdqd est:incōmodi cū illius maximo commodo pensare. Ille enī ex huius sæculi tædiosa & permolesta peregrinatiōe ex hisce erroribus turbulētis in trāquillum illum & exoptatum beatitudinis portum beneficio mortis elatus est. Et mors quidem ipsa quæ stultis tāto habetur odio : nō solū ē naturalis atq; necessaria sed habenda in bonis optatissimis. Nā si quidqd ex contrariis rebus cōstat:corruptibile ē natura:cui mirū uideri debet:oportere hominem aliquādo corrūpi:quoniā sit ex cōtrariis concretus. An ignoramus id esse necessario corruptibile : quod generabile sit natura? Cumq; homo naturaliter generetur:necessario fieri:ut is secūdū naturā corrumpatur? præterea humani corporis elementa nō alius sunt speciei quā aliorum partes elementorū. sed cum ea elementa quorum concretione alia cōstant corpora:corruptionē admittant necessitate naturæ:nunquid meliore sint priuilegio humani corporis elementa? elemētis aūt corruptis huiusmodi:nostrane corpora ītegra sint futura? Ad hæc si natura ipsa quā dicimus:a mēte diuina

& producta est & cōstituta: sicuti certe est: quæcūq; a natura sunt: nō bona esse nō possunt: fluūt enī ab illo: de quo scriptū
" est: Vidit deus cuncta: quæ fecerat. & erant ualde bona. Nec enim naturam solum sed etiam effectus omnis qui sunt secūdū naturā: ab deo ut a prima efficientiq; & uniuersali rerū omniū causa pductos esse & theologi omnes phisolophiq; affirmāt. Cum mors igitur sit effectus adeo naturalis: ut unus sit secūdū sapientissimum Solomonem hominis iumentorūque īteritus Solomon
& æqua utriusq; cōdicio: eam qui malam esse dicit: & naturæ cōtradicit & deo. Nihil est inq; morte cōmuni⁹. Animāti par cit nulli. Nemo ē neq; fuit unq; tāta felicitate tāta gratia apd deū: cui moriēdi ius detrectare licuerit. Quam rei necessitatem Homer⁹ secū animo meditat⁹ ita Mineruā loquētē itroducit: Homerus

" Sed neque cælicolæ quem dilexere: tueri Minerua
" Aequa morte queūt: ubi perniciosa trahentis
" Sors rapuit lœti. Et ne id quidem absurdum.

Num inquā qui sibi nō pepercit: quo nos ab æterna morte recuparet: nos patiatur pter nosipsos sæculi mortis immunes: sine qua ad sempiterna uitam ire non licet? Quod si animalia uniuersa īeuitabili quadā naturæ lege morti sunt adiudicata: qd ipsi frustra atq; īutiliter naturali iudicio aduersemur? præsertim cum uix ullum sit animal homīe imbecillius uel Homeri sententia: qui ait.

// Nil magis est hominis natura infirmius omni
// E numero: spirant quæcunq; animalia terris
// Ac serpūt. Si .n. uelim⁹ nostri corporis naturā cū cæterorū

singillatim animalium natura cōferre: inueniamus multo nos & plurib⁹ & maiorib⁹ subiectos incōmodis q; aliud ullū aīal. Itaq; nō īcōgrue Vlysses ille sophocle⁹ id cōsyderās ita loqt: Vlysses sophocleus

// Quicunque uitam uiuimus: aliud nihil
// Quam simulacrum aut inanis umbra nos sumus.

Recte sane hominem simulacrū sophocles atq; umbrā uocat rem sane & uanam & cōtemnendam. Hūc autem propemodū
//secutus Horati⁹ Flaccus īquit: Puluis & umbra sumus: Sed Horati⁹ flacc⁹
//longe id aptius & apertius Pindarus expressit. Pindarus
// Quid autem est ullus? quid nullus?
//Vmbræ sopnium homo. Nam cum umbra debili⁹ nihil sit: quale sit umbræ sopniū: nō est intellectu difficile. Vnde igitur

tanta sit nobis animi elatio:nescio:ut qui cæteris animātibus sumus fragiliores:soli uelimus ex omnibus detrectare ius mortis:quæ ut natura rōneq; debeť : ita necessario communis est omnibus. Quod si intelligeremus : quantum inest in ea boni: nūquam adeo nobis essemus aduersi atq; inimici : Quæ enim imprudentia nostra est : ut ignoremus ad finem omnia ref rri oportere?finem uero ut bonum appeti?finis autē uitæ huius quam mors alius est nullus:quod si summum bonum & finis ultimus conuertuntur : mortē habendā esse in ratione felicitatis qui negarit:quæ sit felicitatis ratio:nō intelligit:Simul enī cum morte & uita & humana omnis finitur actio. Itaq; recte

Crœsus Solon

Crœsum & sapiēter monuit Solon huiusmodi fine expectare oportere & tum demum de humana felicitate iudicare. Nōne præterea scriptum est:ante mortem nō laudaueris quēquam? Mors enim & finis est & testimonium āteactæ uitæ. Tū demū suo officio functus est gubernator:cū nauim deduxit ī portū. Nec orator laudem meruit :nisi persuaserit:Nec medicus:nisi sanauerit. Et miles absolutam stipendii mercædem nō recipit nisi hostem superauerit:Et imperator cōfecto bello laurea decoratur .In ea secessiōe:quā animus facit a corpore:ipse quidē molestia omni sollicitudineq; absoluitur.at corpus resoluiť. Quo fit:ut animus ita absolutus incredibili gaudio pfundať: Corpus autem resolutum in terrā cū nihil sentit:mali omnino patiať nihil. At mors est hūanæ huius uitæ priuatio. Argute quidē obiicitur & subtiliter .Priuamur enim mortis beneficio quottidianis curis diurnisq; & nocturnis angorib⁹. Priuamur inquam priuamur iis cunctis perturbationibus:quæ tanquā efferatæ quædam & immanes truculentissimæq; bælluæ animum corpusq; cōficiunt. Quē enī mihi excipies:qui minus sit aut ad sollicitudīes anxius aut ad labores desidiosus aut procliuis ad uoluptates?Quid tāti facimus hāc uitā:in qua nulla est securitas nulla tranquillitas nulla quies. Ad quas enī cupiditates nō incēdunt nostros animos :nō inflamāt ardētissimæ faces corporis ?An præterit unquā dies īteger sine aliqua uel corporis uel animi saltem offensione ? Nonne in rebus etiam lætissimis tristia ne īteruenīāt:nobis timēda occurrunt a deo ut metus ipse magis etiam nos affligat:quā quod peride atq; miserrimum timuimus:cum aduenerit?Num secūdæ res quas

opinamur: maiori nobis sunt uoluptati quã dolori aduersæ? Quod si etiam bona: quæ existimãtur: sine angore non sunt: // quid ĩ uita sit boni: non ĩtelligo. Non nasci longe optimum inquit Solomon: & id qui dẽ multo melius quã Silenus. Is. n. cõpræhensus: ut est apud Crantora: monuit Midam regẽ uitã hanc esse cruciatum & a prĩcipio usq; ortũ hominis ĩfortuniũ // esse maximũ. Et Iob uir ille sanctissimus diu antea ait Bene // dictio morituri ueniat ĩ me. Sciebat enim id humi teneri ac sepulchri latebris occlusum resolui ĩ terrã qd nõ secus morti quam uitio esset obnoxium. Illud uero quod uirtutẽ discipli- namq; apperteret: quod summi bõi deiq; esset studiosum: alti? euolare: eique adhærere. ad cuius imaginẽ ẽ creatũ: unde uitæ accepit spiritũ: & ĩ animã uiuẽtem factũ ẽ. Itaq; iure aliquãdo // dicere cõsueuit: Pereat dies illa: ĩ qua natus sum. Satis enim ostendebat: quãtum boni esset ĩ morte: cum dies natalis sui ut periret optabat. Nam ut natalis initium est incõmodorũ atq; malorum omnium: ita etiam mors trãsitum nobis præbet ad bonorum omniũ sempiternam possessionem: Cuius rei desy- derio & Hieremias se generatum esse deplorat: & Rex Dauid petebat a domino: ut notum sibi faceret finem suum & nume rum dierũ suorũ: Quod neuter certe fecisset: nisi mortẽ ut egre giũ quoddã bonũ optasset. Quantũ præterea sit bonũ in mor te: nõ modo patriarchæ & prophetæ ac cæteri sancti uiri: sed ii etiam: qui gentiũ dii sunt habiti: iussu ueri omnipotentisq; dei dilucide ostenderunt. Cleobis & Biton fratresq; & argiui: quoniam pro iumentis iugo colla subdidere: matremq; curru insidentem ad templum Iunonis usque: quod stadiis quinque & quadraginta distabat ab argis: mira pietate traxerunt: pro summo tãtæ bonitatis præmio ut ẽ apud Herodotũ: a numĩe morte donati sunt. Idemq; boni inter dormiendum contigit: cum Agamedi & Trophonio: quoniam pulcherrimũ delphis templum Apollini sunt fabricati: tum etiam Pindaro: cũ quid esset homini optimũ: ab Apollinis oraculo quæsisset: Nam nõ multũ post tempus ĩ gymnasio cũ esset: relaxatusq; in sopnũ caput ĩ dilectissimi pueri sinum posuisset: suauissime diẽ obiit. Sed quid pluribus gentilitatis deliramenta cõsecter: cum rati- one non obscura mortis bonum probari queat? Illud proprie ueroque bonum & dicimus & tenemus: quod ad animi ptinet

Solomon
Silenus
Crantor
Myda
Iob
Hieremias
Dauid
Cleobis
Biton
Iuno
Argi
Herodotus
Agamedes
Trophonius
Delphi
Apollo
Pindarus

dignitatem. Quod autẽ animo detrimentum nõ affert: id ma/lum certe nõ est. Sed cũ mors nullũ afferat animo detrimẽtũ: malum esse nõ potest. Quod uero malũ non est: id bonum esse patet. Quid ergo uel nostram uel nostrorũ mortẽ adeo ægre ferimus: quæ tantum continet ĩ se bonum: ut sine illa esse bea/ti nullo pacto possimus? Quare cum ostẽderimus mortẽ esse & cõmunem & naturalem & necessariã & omnibus debitam: eandemq; habere rationem finis: qui no bonus esse nõ potest: & tãta præterea facilitate irrepere: ut uix a sopno suauissimo quicquam differat. quid ẽ: quod eam nobis lugẽdam existime mus: quæ sola nos liberat omni turbido corporis motu: seq; nobis tutissimam ducẽ præstat: qui ex his tenebris excedam⁹ in lucem illam: quæ & uniuersum mundũ illuminat. & ex ho minum corde caligineẽ omnem eiicit? Num forsitan ignoram⁹ mortem ipsam: quid sit? Nec aliud quicq; nos magis torquet quam ipsius nominis significatum: cum uulgo affirmẽt idcir/co mortem esse nominatã: quod mordeat? mordere autem esse atrocium & immaniũ bæluarũ? quasi culices quoque & mu/scas & pulices mordere non dicamus: quasi culices etiã omnia nomina sint uel a natura uel a sapientibus indita: & nõ plura opinio sæpe uulgi ac uolũtas quam ulla exquisita ratio ĩuene rit. At ego non a mordendo mortẽ deduci arbitror. sed a græ

μορος moros co nomine quod est μορος moros quod sortem mortẽq; signi ficat: unde & morior & mortẽ descendere quis ambigat? Mo/

μερειν merein ros autem a uerbo μερειν merin descendit. quo uerbo partiri ac separare significatur. Nam quid aliud est mors: quã quod modo dicebã: animi a corpore separatio naturæ scilicet icom mutabilis atq; immortalis a natura mutabili & mortali? Num sumus obliti: quidqd culpæ obnoxium est: id etiam morti de/

Adam beri? Si propter Adam sumus oẽs ĩ culpa: oẽs propter Adam debemur morti. Si debitum igitur est mortis: decoctores indu bitato futuri simus: ubi impatientius feramus mortis solutio nem. Debet enim finis conuenire principio. Et quopacto possi mus pro caritate patria pectus offerre obuiam morti. si aliorũ obitum tanto luctu tanto maiore prosequimur: Quod enim accepimus: qui pro patria mortem appetiuere. quod certe nun quã fecissent. si tantũ in morte doloris tantũ mali posuissent. An pluris fortasse patria nobis faciunda sit quã natura. quã

deus? Num quod dies tandem obliterabit: id nō ratio prius le
niat? An malimus eorum: quorum mortem acerbe ferimus:
memoriam obliuisci quam per consolatiōis remedia tueri: ut
quorum recordatio uoluptate debet: afficiat animum ægritu
dine? Si rursus effusior si immoderatum gaudium uitio datur:
num luctus: num lachrymarum nimietatem laudemus? Quid:
quod pturbationū omniū ægritudinē esse pessimā grauissimi
philosophi tradiderunt? Paucosne inuenias: quos nimi⁹ ani
mi dolor alios ad insaniam alios ad laqueum alios ad ferrum
impulerit: ut quem mærorē ferre non possent: ab eo se morte
uendicarent? Prætereo Nioben: quæ nimio luctu sensū amisit. Niobe
Artemysiam conticeo: quæ ob uiri Mausoli obitū in assiduis Artemisia
lachrymis & eiulatu cōtabuit. Quid phyllin illā Demophōtis: Mausolus
Quid Aiacem Telamoniū commemorem? Quid. M. Catonem. Phillis
Quid. M. Brutum. Quid. M. othonem cæsarem. Quid alios Demophon
pœne infinitos in mediū referam. Romanorū & Græcorum hi Aiax
storiæ amentium hominum plenæ sunt: qui sibi propterea M. cato
mortem asciuerunt: quoniam patientiam nō didicerant. Itaq; M. brutus
dum animorum magnitudinis se laudatum iri iudicassent: sūt M. otho.
a sapiētibus uiris omnibus mollissimi iuxta atq; superbissimi
iudicati. Nā quē animū ueluti deposuit apud nos deus: hunc
debemus reddere non abiicere: ne collatū beneficiū uideamur
maleficii loco ducere. Quæcūq; ab deo sūt: ea oīa bōa sūt: sine
illo aūt bōi esse nihil cuiq; pōt. Vt mors igitē optāda: ita mini
me anteuertēda: Quin opera dāda ē: ut nos uigilantis semper
accinctosq; inueniat: Quod si fecerimus: de animi sede nunq̄
neque deiiciemur: neque mouebimur. Et non modo interitum
animi. quem indocti nonnulli falso opinantur: sed ne dolorem
quidē corporis in morte qui nullus ē omnino formidabimus.
Nam uiuere animum post dissolutionem corporis ac per sese Animū uiuere
consistere: potest triplici demōstrari: & primū quidē quadam post mortē tri
naturæ ui tū rōne demū uero diuina iusticia. Et īmortalitatē pliciter pbari
sane animoꝝ satis nobis pbare debet ipsa natura: si alia etiā Prima pbatio
nulla ratio quæ sunt fere infinitæ: posset adduci. Videm⁹ enī
nullam esse omnino nationem neque fuisse unquam: quæ non
gerat diligentē curā mortuoꝝ uariis officioꝝ & generibus &
ritibus eoꝝ animos prosequens: quod certe nemo faceret: si
ea putaret ad uita defunctos nihil pertinere. At quod omnes

gentes cõmuniter sentiunt: id quadam naturæ lege fieri uidetur. Quẽ quidem populorũ oĩum de animorũ immortalitate cõsensum ii oẽs qui habiti sunt animo altissimo acerrimoque ingenio maiorẽ ĩmodũ cõfirmarunt. Quis enĩ uir magnus ac sapiens mori ultro uoluisset: si animũ una cũ corpore moriturum esset arbitratus? Num se præcipitasset ĩ ætnam Empedocles sine spe magna ĩmortalitatis. Si falsum esse Theombrot⁹ putasset: quod de animorũ ĩmortalitate apud Platonẽ legerat nunq̃ se de muro præcipitẽ dedisset: quo illã assequeret. Quæ tanta cupido gloriæ Curtium. quæ tanta patriæ caritas ĩ illũ terræ hiatum potuisset ĩmergere: si totum se periturũ morte credidisset? Idem de Codro rege. idem de Philenis. idem de tribus deinceps Deciis. idem ẽ de aliis quãplurimis existimãdũ: qui prudentia & uirtute plurimum claruerũt. Ex quibus reb⁹ cognosci potest animum: nõ modo nõ interire cum corpore: sed ab eius uinculis solutum longe esse meliore statu uitæ. Itaq; recte inquit Phocyllides.

Aetna — Empedocles — Theombrot⁹ — Curtius — Codrus — Phileni — Decii tres — Phocyllides

// Vita breuis nobis. ad tempus uiuimus omnes.
// Ast animus mortem seniumq; ignorat. & idem
// Viuit ĩ æternũ. Nec illa ĩepti⁹ dcã ab eodẽ Phocyllide legim⁹

Phocyllides

// Nanq; manent animi mortali in corpore mortis
// Expertes. homini concessus spiritus usu
// Est imago dei.

Quod si ui naturæ prisci illi gẽtiles p quasdã ueluti cõiecturas perq; nocturna atq; diurna uisa animorũ immortalitatem assequebantur: quid nobis faciũdum est: quibus renatis ĩ Christo Ihesu oĩs caligo ĩscitiæ e mẽtibus debet esse sublata? Homerica illa necati hominis diuinatio quæ uocat̃ νεκυομαντεια necyomãtia: quid aliud tota demõstrat quã animos esse immortalis. Et hominem aliud nihil esse quã animum ipsum inquiens.

Homerus — νεκυομαντεια — necyomãtia

// Tiresiæq; anima sceptroq; ornatus & auro
// Venit.

Tiresias

Dedita enĩ opera cũ aĩa ĩ fœmineo genere usus esset poeta sapiẽtissimis: ad masculinũ trãsiuit genus: ut ostẽderet animam esse Tiresiam. Itaq; omnium primus Homerus fuisse legitur ex gentilibus: qui hominis corpus carcerẽ nominarit hoc ẽ δεμας demas: ut doceret solam esse mortem: quæ hominis animũ corporeo carcere atq; nexu liberat. Animũ uero a corpore separatum & uiuere & sapere meminisseq; ac uelle.

Homerus — δεμας — Demas

Quam quidem ſententiam Homerus ſecutus ita Patroclum i ſopnis facit loqui perite ad Achillen : Homerus Patroclus Achilles

// Num dormis oblite mei:nunc negligis orbum
// Luce:modo uiuum quem ſic curaueris ante?
// Me ſepeli propere:quo inferni Dytis Achille
// Tranſuehar ad portas.animi nam me eminus arcent
// Extincti populi ſecum tranare uetantes .
// En uagor. & fruſtra manes peto.porrige dextram:
// Imploro:nec enim retro me annare poteſtas
// Poſt ignis ſortem.nec uiui longius acti
// A ſociis ſeſſum.nos conſultabimus ambo.
// Sed me quæ genuit:ſors dura abſorbuit olim .
// Et te fata eadem Troiæ ſub mœnibus almæ
// O ſuperis forma ſimilis ſtant certa perire.Num hæc finxiſſet unq̃ ãtiqſſimus ille diuinuſq; poeta:niſi firmiſſimis rõnib⁹ cõpertum habuiſſet animos hominũ cum diſceſſum feciſſent a corpore:per ſeſe conſiſtere nullaq; tangi mortis ſuſpicione? Et ut reliquos poetas miſſos faciã audiam? Euripiden:q Anaxagora doctore ẽ uſus apud hunc.n.hæc loqtur Polydorus: Euripides Anaxagoras Polydorus

// Adſum relictis promptuariis latebris
// Portiſq; tenebrarum:colitur ubi deum
// Aregia procul erebus:ciſſeide
// Polidorus Hecuba natus ac priamo patre :
// Qui urbem periclum cum teneret argolici
// Martis:ruinam ueritus ad Thracis hoſpitam .
// Polymeſtoris me clanculum miſit domum.
// Is cherrhoneſiam optimam glebam ſerens
// Populum ferocem ui regit.mecum ſimul ,
// Multum dat auri pater:ut eſſet filiis:
// Quo uiuerent:fatis ſuperſtitibus ſuis
// Atqui priamidum quoniam eram natu minimus :
// Me miſit extra genitor.arma nam iuueni
// Haſtamq; ferre non potis eram brachio .
// Dum troia rectis mœnibus:dum turribus
// Infracta ſtaret:dum meus frater feri
//Hector ſecundis utitur belli uicibus:
// Paternus hoſpes me quaſi quem ſurculum
// Alebat augens miſerum.at ubi patria periit

// Hectorq; frater:& patris lares penitus
// Cecidere. Pyrrhi & ipse procubuit manu
// Iugulatus impii pater ad aram deæ:
// Occidit auri gratia me hospes miserum:
// Corpusq; pelago tradidit: quo aurum domi
// Haberet ipse. iaceo nunc in littoribus
// Nunc in salo ponti sine sepulchro & flætibus
// Quamplurimis uc ticibus actus fluctuum.
// Nunc corpore relicto feror matrem ob Hecubam
// Iam tertium pendens diem: quantum mea
// In cherrhonesio solo ex troia ueniens
// Adest misera parens. quietem danai agunt
// In littore omnes huius agri threicii
// Cum nauibus simul suis. nam peleo
// Satis parente super suo uisus tumulo
// Omnis Achilles copias classis danaæ
// Quæ palmulas domum maritimas dirigunt:
// Remoratur unus uictimam suo dari
// Ac præmium Polyxenam tumulo petens
// Meam sororem consecuturus quidem.
// Nec enim ab amicis non feret: quem petit: iugulum
// Fatum sororem cogit hocci die perimi
// Cadauera duo filium tuebitur
// Mater duorum illius infauste ac meum.
// Nanque ut sepulchrum rite contingat mihi:
// Seruæ offeram me pedibus in maris salo.
// Manes enim exoraui. ut in matris manus
// Cadam: ac sepeliar. quod itaq; optaui mihi
// Erit: anui matri eminus cedam meæ.
// Hæc ex tabernaculo Agamemnonis uenit
// Mei metu uisi. o parens quæ regia
// Genita domo seruis: ut infelix agis:
Euripides // Quantum prius nunquam: deus quis te bona
Crantor // Ex ante fortuna malis conficit uarians. Obscure ne Euripides
Xenocrates // nobis immortalitatem animorum ostēdit ī hac longiuscula ī
Arcesilaus // terfecti Polydori conquestione. Et ne cum poetis sim dicendo
Cicero // prolyxior: audiamus: quæ ex academico Crantore auditore
Plutarchus // Xenocratis Arcesilaiq; doctore & Cicero & Plutarchus me

moriæ prodidere de Euthynoo quodam italo Elisii Terinæi filio. Tradunt n. hunc Euthynoum nulla neq; morbi nec alia quæ uideri posset: antecedēte causa repente esse morte correptum. Quam quidē inopinatam casus afflictionē pater elisius qui inter omnes urbis Terinæ ciues & opib⁹ & uirtute & gloria princeps esset: cum ferret impatienter: putabat enim filium sibi ueneno subreptū: nec alium in tantis opibus & pecuniis ullum hebebat filium: quare cum nesciret: quo alio mō quiret liberari ea suspicione: petiit ψυχομαντειον psychomantion quoddā idest animi uaticiniū: eliciebantur enim a malefica illa superstitione stultæ gentilitatis animi mortuorum quibusdā sacrificiis & carminib⁹: per quos ueritas disceretur. Quare ubi post pacta sacra: ut mos erat: Elisius obdormisset: habuit uisum tale. Visus est ei suus adesse pater: cui cum narrauisset de filii obitu: illumq; etiam atq; etiam rogaret: obsecraretq;: ut sibi interempti filii auctorem indicaret. ille ob hāc causam uenisse respōdit. Itaq; ab hoc īquit: accipe: quæ tibi uides allata. Nam ex his oīa quæ adeo doles: intelliges. Erat autē ille quem pater secum adduxerat: adoloscens quidā Euthynoi ꝑsimilis & ætate & forma: Is interrogatus quinam esset: genius sum respondit: filii tui. Quæ locutus tabellas ei reddidit: Ea uero aperte tris huiusmodi uersiculos continebant scriptos:

// Infans uirorum tu elisi mentes rogas.

// Nam morte fatali Euthynous iacet tuus:

// Quem uiuere neque parentibus erat utile. Quod si gentiliū opinioni nō credimus: an ēt uiris christianis illisq;: & sanctissimis & eruditissimis nō credem⁹? Hæc sunt Aurelii Augusti-

// ni uerba ad Paulinū episcopū nolanū. Porro cū Mediolani

// essemus: audiuim⁹: quod cū debitū repeteret a quodā defun-

// cti pr̄is cautiōe ꝑlata: quod filio nesciēte a patre iā fuerat ꝑ-

// solutū: cōtristari hō grauissime cœpit atq; mirari: qđ ei pr̄

// moriēs nō dixerit: qd deberet: cū fecisset ēt testamētū. Tum

// ei nimis anxio apparuit idem pr̄ ei⁹ ī sopnis: & ubi esset re-

// cautū: quo illa solutio uacuata fuerat: īdicauit. Quo īuēto

// iuuenis atq; mōstrato: ñ mō falsi debiti calūniā ꝓpulsauit:

// sed ēt pr̄ nū recepit chirographū: quod pr̄ nō recepat: quādo

// est pecunia ꝑsoluta. Hic igit̄ putat̄ anima hoīs curā gessis-

// se ꝓ filio: & ad eū uenisse dormiētē: ut docēs qđ ignorabat:

Euthynous
Elisius
Terina
ψυχομαντειον psychomantion
Aureli⁹ Augustinus
Paulinus episcopus
Mediolanum

// a magna eū molestia liberaret. Ambigendum ne est cuiquam
animos hominum eē immortalis: ubi a corpore se diremerit:
cum perspicue intueri liceat eis uiuos etiam esse curæ?
// Sed audi deinceps magis admirādum: quod sequit: Sed eodē
Mediolanū // ferme tempore quo audiuimus: id nobis apud Mediolanū con
Carthago // stitutis: Carthaginis Rhætor eulogius: qui meus in eadē arte
// discipulus fuit: sicut ipse mihi posteaq̄ in africā remeauimus:
Cicero // rettulit. Cum Rhætoricos Cicerōis libros discipulis suis tra-
// deret: recensens lectionem quam postridie fuerat traditurus:
// quendam locum offendit obscurum: quo non intellecto uix
// potuit dormire sollicitus. Qua nocte sopniāti ego illi quod n̄
// intelligebat: exposui. īmo nō ego sed imago mea nesciente me
// & tam longe trans mare aliquid aliud siue agente siue sopni
// ante & nihil de illius dubiis omnino curāte. Quomodo fiant
// ista: nescio. sed quomodolibet fiant: cur non eodē modo fieri
// credimus: ut in sopnis quisque uideat mortuum: quo fit: ut ui-
// deat & uiuum ambobus utiq̄ nescientibus neque curantib⁹:
// qs uel ubi uel quādo quorūdā imagines sopniet. An fortassis
cuipiā minus locuples testis uideri debet Aurelius augustinus
& episcopus & tāta sapiētia uir: quod nō quæ ipse fortasse ꝑ
multa ī se esset expt⁹: præ uerecūdia narrare uoluerit: sed alie
na rettulerit? At n̄ ea ꝑfecto narrasset uir grauissim⁹: nisi uera
Hieronymus esse certo didicisset. Verū audiamus presbyterū Hieronymum
uirum ut triū linguarū eruditissimū ita ueritate & sanctimōia
Eustochius nemini imparē. Is enim ī iis quæ ad Eustochiū & ad reliquas
// uirgines scribit de regula uiuēdi ī monasterio: ita inquit: Exꝑ
// to itaq̄ seni deuote consulēti credite filiæ. Si semel gustastis:
// quā dulcis ē dominus: ad quē accedentes poteritis ab eo illud
// audire: uenite: & ostendam uobis omne bonū. Et tunc ostēdet
// uobis talia: qualia non nisi assuetæ mētes norunt. Scio quid
// carissimæ: Nam ut insipientiam loquar: ego homunculus sic
// abiectus sic uilis in domo domini adhuc uiuens ī corpore an
// gelorum choris sæpe interfui de corporeis per hebdomodas
// nihil sentiens diuinæ uisionis ītutu post multorū sæpe dierū
// spatia præscius futurorum. Corpori redditus flæbā: quid sic
// manēs felicitatis habebā. qd inerrabilis delectatiōis sentiebā.
// Testis ē ipsa trinitas: quā cernebam: nescio quo intutu. testes
// sunt & ipsi beati spiritus: qui aderaut. testis est & conscientia

" mea:quibus bonis ipse fruebar:quot & qualia nescit pferre
" mollicies corporis mei. Non potest ad tantae cōtēplationis
"dulcedinē cor saecularibus plenum negotiis peruenire:Haec
ab Hieronymo scripta sunt. Quae uero uas electionis Paulus apostolus de se scripserit:non sunt uisa mihi praetereūda: Nā & auctoritate scribētis & rei magnitudine sunt auditu dignissima. Paulus apl's
" Si gloriari īquit:oportet:nō expedit qdē. Veniā autē
" ad uisiones & reuelatiōes domini. Scio hominem ī christo
" ante annos quattuordecim siue ī corpore siue extra corpus
" nescio:de⁹ scit:raptū huiusmodi usq; ad tertiū caelū:Et scio
"huiusmodi hoīem siue ī corpore siue extra corp⁹ nescio:de⁹
" scit:quoniā raptus ē ī paradisum.& audiuit arcana uerba:
" quae nō licet homini loqui. Si uiuētium adhuc ī corporib⁹ aī nō per uisa quaedā allata extrīsecus quae a graecis uocātur φαντάσματα Phantasmata sed sui ipsorum ui atque natura siue ad breuissimum temporis punctum ab illo fuerint a corporibus separati atq; iisdem redditi:qui uerbo & Lazarū suscitauit & puellam:siue a sensibus abducti atq; altius eleuati ea lumine mentis perspexerint:quae oculo corporeo uidere non licet:si uiuētiū inquā animi possunt sine ullis corporis adminiculis pmulta scire atq; cognoscere:quae sunt ab oī sensu corporis aliena:qd dubitemus & animos esse īmortalis & tum demum frui suae īmortalitatis bono:cū a se oīo abdicarint corporeum oē īpedimētum?Sed haec horumq; similia:si cui fortasse uideantur antiqora:exēplis itē duob⁹ tēpestatis nostrae cōtēti simus. φαντάσματα Phantasmata Lazarus

Gabriel cōdelmarius qui postea Eugenius nominatus summa cū dignitate & gloria romano pontificatui praefuit:cum uaehementius aegrotaret:essetq; de eius salute a medicis omnibus desperatum:illi iam de morte nō tam sollicito quā nihil certius expectāti & Petrus & Paulus apostoli duo apparuerunt ī sopnis:utq; bono aīo esset:hortati sunt. Nā & bonam ualetudinē ei redditā esse:& ppediē fore: ut summus pontifex crearetur:Quod quidē utrūq; secutū est. Nā tū simul cum sopno illū reliquit febris:tum nō multopost cū Martinus Colūna prudētissimus ille & amplissimus pontifex quā fortunatissime & cū mirifico ecclesiae romanae īcremēto uitam finisset:pontificatui ipse praefectus est. At Nicolaus Quintus optimus ille & eruditissimus plane uir in cuius munificentissimi Gabriel cōdelmarius Eugenius Petrus Paulus Martinus colūna Nicolaus quītus

patris obitu docti oēs ingenioq; præstantes extremū naufra-
Nicolaus cardinalis gium passi sunt: Cū Nicolai albergati sapiētis ī primis & san-
cti uiri Cardīalis bononiēsis obitū molestius ferret: hūc tādē
per sopnum ad se uenire existimauit: & ita anxiū appellare:
Thomas // Thoma fili qd diutius gemis: qd adeo te affligis. pone lachry
//mas. & te collige. Nobis. n. bene ē benignitate Ihesu. itaq; sur
//ge. atq; accingere. Ad breue. n. tēpus graue tibi subeundū est
Petrus apl's //munus petri gubernādæ nauiculæ. Quā quidē sopni uisionē
haud ille dissimulāter præ se tulit: Nā cū aliis nō nullis fami-
Germania liaribus: tum ēt mihi cum hac iter faceret Germaniā petēs ab
Eugenius Eugenio legatus: cū inter loquēdū ī sermonē incidissemus de
māsuetudine & grauitate Nicolai cardinalis: id omne sopniū
corā ueluti iocabūdus rettulit: subdidit enim cū hoc euenerit:
Philelfus Philelfe mi fructum recipies ueteris nostræ cōsuetudinis. Cū
Aeneas Silui⁹ que intra alpes eodē itinere obuiā habuisset Aeneā siluium in
Fredericus rex tegerrimū & eloquētissimū episcopum trigestinū: qui a Frede
Philippus dux rico austrio Romāorū rege orator ueniebat ad Philippū Ma-
riam inclytum Mediolanēsium ducem: simulq; uterq; uesperi
diuertissent ī quandam cauponulam: & Aeneas parcius sum-
ptum faceret: utpote qui ab eo rege legaretur: qui stoica erudi
tus instructusq; disciplina non minus parsimoniæ nūmorum
quam uitæ frugalitati cōtinēter studet: tum ad æneā conuer-
sus Thomas Reuerēdissime pater īquit: quid ē opus tāta uta-
mur parsimonia: cū uterq; in ecclesia romana pōtifices maxi-
mi futuri sumus? Quā quidē rem nō serio minus q̄ ioco eum
prædixisse certus ostendit euētus: Videmus enim alterū sum
ma sua cum laude summum pontificem cōcessisse naturæ: at
Pius secūdus Aenean cui nunc Pio secundo nomē est: nō secus fortiter quā
constanter pontificatum gerere. Sed quid tam multis exēplis
utimur? Num uetus nouumq; testamentum frustra emanarit
Samuel // in mundum? Suscita mihi Samuelē ait Saul. At Iacob descē-
Saul //dam ad filium meum in infernum lugēs. Hæcne ab utroq; di
Iacob cta essent: si minus certo tenuissent filiorum animos post cor-
poris dissolutionē etiam uiuere? Quid enim afferam testimo-
Iohānes apl's nium Iohānis apostoli atq; euangelistæ? An huic etiam non
// credemus? Licet inquit exterior homo noster corrumpatur:
// interior tamē renouatur de die ī diem. Rursusq; licet moria-
// tur ī corpore: uiuit in anima. Quid enim meminero aut mor-

aĩus ipse per sese cõsistit. Ex quo satis patet aĩum non corrũpi corruptione corporis. Neq; re alia differet ulla : quã quod dũ ẽ ĩ corpore: se corpori aĩus cõmunem facit: dũ abest a corpore: non facit. Rursus si fieri nullo pacto põt: ut frustra sit naturalis appetitus: cũq; homo natura appetit semper esse : & esse id dicamus: ad quod fertur omnium appetitus: & nos ipsum esse mente concipiamus nõ solum ut præsens pecudum more sed simpliciter potius. An est obscurum hominem qui sit corpore mortalis: consequi perpetuitatem secundũ animum: quo eẽ absolute & secundum omne tempus appræhendit . At qui si animus simul cum corpore interiret: nemo se morti obiiceret: neque aliud quicquã duceret uita carius. Num Mutius ille qui postea Scæuola est cognominatus : habuit corporis potius quam animi rationem: cum solus intra tot hostiũ millia Porsenam est adortus moriturus: cum foculo manum tanquã imprudentiæ ream exurendam imposuit. Nam Zeno eleates quãti corporis salutem fecerit: Phalaris testis est: cuius si sæuiciã & truculentiam metu mortis pluris duxisset quam animi dignitatem: nunquam facinus illud tam præclarum esset adort⁹: quo & phalarim interemit: & se iam pœne interemptum reuocauit ad uiuos: Quid. L. Brutum memorẽ: qui ut Aruntẽ Tarquinii regis filium interimeret: uitæ suæ non pepercit. Eadem fuit ratio Leonidæ ad Thermophylas: eadem Epamynondæ apud leuctra: eadem. M. Marcelli fortissimi gentilis illius tui : cum ab Annibale quem nuper omnium primus romanorum imperatorum in fugam uerterat: insidiis est circunuentus. Nã si corporis saluti maluisset: quam animi magnitudini decoroq; consulere : se hosti fuga facile abstulisset . Certe si animus una interiret cum corpore: nunquã esset ullus iuuentus: q non se omni ope atq; opera ab omni mortis discrimine adduxisset. At uidemus & permultos & magnos uiros: qui se alii pro patria alii pro deo deuouerunt. Non solum uniuersa romana legio atrocissimis impii Maximiani Cæsaris satellitibus trucidandam se præbuit. sed maximi quoque ornatissimiq; exercitus idem sæpenumero fecerunt. faciuntq; quottidie: Nec enim dubitant corpus quod sua natura mortale ẽ: morti exponere: quo aĩum ĩmortalem p egregia uirtutis pietatisq; facinora liberent periculo atq; miseria huius uitæ . Et nos adeo nostri

Muti⁹ scæuola
Porsena
Zeno
Phalaris
L. Brutus
Tarquinius
Leonidas
Thermophyle
Epamynondas
Leuctra
M. Marcellus
Annibal
Maximianus Cæsar

obliti sumus: ut nostrorũ obitum nõ secus lugeamus: quam si animi simul cum corporibus sint sepulti tãquã aĩo: qui ẽ humani corporis forma: grauius accidere quicquam possit: quo corruptus intereat. Tripliciter enim forma corrumpi potest: aut per actionem contrarii ut calor per frigoris actionẽ: aut ꝑ subiecti uitium ut oculus si perierit: pereat ẽt uis uisiua necesse est: aut per causæ defectum ut si præsentia solis defuerit: deest etiam lumen aeris. Sed animus noster nihil huiusmndi pati potest. Nam quopacto per actionem cõtrarii corrumpatur: cum per eã mentẽ quã Aristoteles uocat secundũ δυναμιν Dynamin hoc ẽ uim atque potestatẽ: possit & cognoscere & recipere contraria omnia? Cuius autem subiecti corruptioni subiaceat: qui non a corpore manat secũdum suum esse: sed ab ipso deo creatus est? Defectus uero causæ qui possit ullus accidere. cum eius causa quæ alia nulla est quã deus: & immortalis sit & incõmutabilis & æterna? Quem præterea mihi afferes uel mediocriter doctum: qui minus confiteatur quidquid ẽ intelligibile. ideo esse & diuturnius & firmius: quod sensibile esse dicimus? Sed quod sensibilibus in rebus est: sicuti materia prima corrumpi non potest quo ad suam substãtiam: hinc fit: ut longe etiam minus ea mens quæ est secundum potestatem corrumpi possit. Formarum enim intelligibilium capax est. Item quod agit: est eo: quo patiatur: multo perfectius atq; pretiosius. Mens autem est huiusmodi ea: quæ secundum agilitatem operationẽque dicitur. Hæc enim facit: ut actu ea ĩtelligãtur: quæ corrumpi nõ possunt. Sed huiusmodi mens est quædã animi nostri uis: quæ neque separari neque misceri nec pati potest: & ꝑpterea immortalis. An illud etiã fortassis ambigamus: quidquid ex seipso mouetur & operãdo & agendo: alteri applicari non posse? Nam si alteri applicaretur secũdum esse & essentiam: tunc operandi agendiq; causæ operationibꝰ atq; actionibus æqualiter responderent. Quod si ita sit cõiunctum: oẽs internæ operationes externæq; actiones sint ipsius coniuncti: necesse est. Quo fit: ut causæ quoque sint eiusdem coniuncti: nec illud sit: qdquid ex seipso mouetur ad operandum & agẽdum. Itaque huiusmodi cõsequens est tollendum: Nã quod seipsum mouet ad operationes actionesq; suas: non applicatur alteri. Aĩus uero intellectiuus ita seipsum mouet

Aristoteles δυναμιϛ Dynamis

ad interioris exteriorisq; act⁹: ut ad hos nullo naturæ impul/
su agitetur. Id quod in his quoq; artibus cognosci pōt: cæte/
risque rebus quæ principium capiūt ab actiuo ratiocinatiuo
que intellectu. Itaque secūdū esse & essentiam nō applicat̄ cor
pori. Quod cum ita sit: patet aīum interitu eius īterire nō pos
se: cui secundum esse & essentiam nō applicatur. Num quid ē
simus nescii: id cuius operatio & materiam excellit & corpus:
corruptione corporis non corrumpi. Nec enim operatio excel
lentior est ea substantia: cuius ipsa est. Cum igitur intellectiui
animi operatio sit huiusmodi: ītelligit enim uniuersale: is ne
una cum interitu corporis interibit? Qui uero putant animū
esse corporis uirtutem: magno in errore uersantur. Videmus
enim uirtutum instrumentalium operatiōis post ānos quinq;
& quadragīta in humanis corporibus fere omnibus frangi &
debilitari solere. At illo ætatis flexu & sapiētia augescimus:
& ad sciendum reddimur acriore ui quadā mentis longe præ
stantiores. Quod si animus ille noster corporis uirtus esset: ea
duntaxat intelligeret: quæ corporis sunt. Nam cuiuscunque
aliqd capax est: pro sua natura est capax. Sed mens cū spirita
lia simpliciaque intelligat: corporis uirtus certe esse nō potest.
Ad postremū ne uideamur quā oportet: argumētando longio
res: quidqd pro una eadēq; formæ rōne ē imago & similitudo
separatæ illius atque diuinæ mētis: non manat a corpore secū
dum esse & potestatem: Nam si ita manaret cum quidquid for
mæ alicuius capax est: eius pro ui propria suaq; est capax: &
ita eam sibi formam pro corporis materiæq; natura īpressam
reciperet: quæ quidem in eo esset uel tāquam forma corporea
uel quemadmodū forma quæ & ī corpore & pro corporis cō/
uenientia non ui propria operatur: qua quidem absurditate
nihil absurdius: Nam quod mentis diuinæ imago similitudo
q; est: sua ui suaq; natura ita mouetur ad operādum ī corpore
humano: ut illam uniuerso in mundo operari & dicimus: &
certo credim⁹ itaque necessario fit: ut quidquid secūdū unam
eādēque formæ rationē ē imago & similitudo diuinæ mētis:
quæ ut habetur ī osee signaculum ē similitudinis: id a corpo/ Osee
re secundum eē & operationē & potestatem manare nullo pa
cto queat Sed forma eiusmodi separatæ mētis cū & omni in lo
co semperque sit: siquis ambigat eadem hanc ratione recipi

in animum intellectiuũ:is ab omni se ratione alienũ fateatur: oportet. Quod cum ita sit: quid ueremur audacter utroque as firmare huiusmodi animum nec manare a corpore: nec fieri ullo modo posse: ut intereũte corpore ipse intereat? Nihil inquã habet animus noster ĩ se mixtum nihil concretũ nihil corporeum nihil externum: sed sua quadam natura constat. suaque ui: qua sentit: qua sapit: qua uiuit: ac uiget: qua totus est dei simillimus: quo fit: ut neque dissolui queat: nec secerni nec deleri: sed immortalis sit potius planeque sempiternus. Quid ergo dolemus Iacobe Antoni Marcelle nobis ereptos filios? Quid tandiu collachrymamur? Quid querimur? diruperunt illi tandem: diruperunt: atque leues puriq; peruaserunt nebulosum hoc & caliginosum cælum: eoque sunt euecti: ubi nulli uentorum flatus nulli imbres nullæ sunt tempestates: ubi nullus rigor nullus aestus nulla mutabilitas sed trãquilla omnia sere- naque sunt ac plena gaudii ĩeffabilis. Itaque redi aliquãdo ad

.iii. ꝓbatio teipsum colligere. recreare. agnosce: qui sis quãtusq; ciuis. An unus fortasse tu inter patricios uenetos sis inuentus: q diuĩæ iusticiæ diffidere uelle existimeris? Hæc enim Venetis uobis laus est ueluti peculiaris: quod mortaliũ omniũ primi iusticiam colitis: atq; ueneramini. Num Veneti iusti sint: deus uero iniustus? Nam hoc erat tertiũ: quod mihi dicendũ modo ꝓposuerã: cũ aĩorum ĩmortalitatem ostensurũ me sum pollicitus. Quæ iam ꝓbata quoniã nobis est nõ minus firmissimis rationibus quã in corrupta quadam natura lege: reliquũ ẽ: ut idem a diuina iusticia muniamus: ac ueluti roboremus: quod certe facillimum factu est. Præstantissima quidem inter uirtutes & eadem splendidissima optimaque uirtus a uiris sapientib9 iusticia iudicatur. Nam neque domus neque respublica neque ipsum hominum gẽus uacare iusticia ullo pacto queat. Quin cælum ipsum oĩsque natura concidat: est necesse: ubi iusticia sit e medio sublata. Si solus deus ẽ uirtus: & oĩ uirtute præstantior: solus certe deus ẽ & iustus & totius iusticiæ fons at-

Esaias //que origo. Hic ẽ ille: de quo scriptũ ẽ apud Esaiam: Meæ sunt

Osee //iusticiæ & ĩperium. Itaque nõ absurde in osee legitur. Rectæ

Dauid //uiæ domini. & Iusti habitabunt ĩ eis. De hoc ipso etiã Dauid //inquit Iusticia est plena dextra tua. Quod si tanta est iusticia dei & tam abundans: si tãta ẽ eius imperii potestas: dubitãdũ

ne sit: eum quod ē apud Matthæum apostolum: cuiq; secūdū opera sua redditurum? Nam si secundū Aureliū Augustinum placuit diuinæ prouidētiæ præparare in posterum bona iustis: quibus nō fructur iniusti: & mala ípiis: quib⁹ nō excruciabūtur boni: satis nobis argumēto esse debet aīos nostros esse immortalis. Videmus enī quottidie: quāta ī his rebus cōfusio sit: quæ orbi lunari subiectæ sunt. Qui.n.ī huius sæculi cōmodis ordo est: ul' quæ potius nō abusio? Qui omni sunt seruitute inferiores: imperant uiris bonis: atque dominātur. Honorātur impii: cōtemnūtur pii. Qui doctrina ualent & grauitate: ridiculo sunt. Assentatores indocti habentur ī pretio. Flagitiosi ac nequam & opibus abundant & gloria. Viri frugi ac præstantes & mendici sunt & obscuri. Nulli ꝓbitati nulli eruditioni ē locus. Leuitatis omnia & stulticiæ plena sunt? Quam rerum absurditatem Abacuc ueluti admirans inquit: Quare respicis contēptores: & taces: cōculcāte impio iustiorē se? Et quod uidemus quottidie usu fieri: affliguntur uiri iusti ab impiis: & ad mortem usque per oēm uitæ cursum acerbissime cruciātur. Qui autem uim qui iniuriā qui cōtumeliā inferunt nō modo pœnam subeunt: nullā pro sceleris magnitudine: sed ī deliciis potius & uoluptate uiuūt. Sardanapali uitā non exitum assecuti. Quod si uera sunt: quæ scripta legimus Nullum malū īpunitum: & nullū bonū irremūeratū: cū persæpe improbi nullā perpetrati facinoris ī hac uita pœnam recipiunt: nec præmium probi: ubi esset dei iusticia: si animi simul cum corporibus īterirent? Num fortasse Diagoran illū meliū malimus: quā ueritatē sequi? Diagoras enim melius cū accusasset eum: ab quo liber quem ipse composuerat: subrectus esset: idq; ille a se factum peierasset: deīde libro perīde ædito ac suo magnum ex ea re sibi nomen atq; gloriā peperisset. Diagoras quia īpune adolescētem ī tanto successu fortunæ peierasse uideret: deum esse homo stultissimus negauit. Nesciebat.n. aliā esse dei aliam hominū consuetudinem. Permittit quandoque de⁹ affligi bonos: quo uel magis exercitati meliores fiant: uel merita meritis cumulantes maiora sint præmia habituri: uel ob aliam reconditā causam hominibus nobis īcognitam illi notā. Itaq; recte ī libro sapiētiæ scriptū ē: Nec enim ē alius deus quā tu. Tibi cura est de omnibus: ut ostendas: quam

Matthæ⁹ apl's
Augustinus
Abacuc
Diagoras melius
Solomon aut Paulo

// non iniuste iudicas iudicium. Neq; enim rex neq; tyrãnus in
//conspectu tuo inquiret. deseris: quos perdidisti. Cum ergo sis
// iustus: iuste omnia disponis: ipsum quoq; pater qui nõ debet
// puniri: cõdemnas: & exterũ existimas a tua uirtute. Et paulo
// post: Tu autem dominator uirtutis in tranquillitate iudicas:
//& cum magna reuerentia disponis nos. Quis est præterea ita
// ab omni ratione sensuq; abhorrens: ut quod ab hõibus nõ
// negligitur: id ab deo neglectum putet? Si nos eorum quos ge
// nuerim? : diligentissimam curã gerimus: num arbitremur deũ
nullam rerum humanarum nullam horũ quos ipe creauerit:
curam gerere. Faciamus ne deum omnino otiosum? & secũdũ
Epicurus // Epicurum prouidẽtiam eius tollamus omnem? At audiatur
Ecclesiastes // ecclesiastes: ne dicas corã angelo nõ est prouidẽtia: ne forsan
// deus iratus super sermones tuos dissipet cũcta opera manuũ
tuarũ: Qua propter cũ deus gubernet oĩa prouidentia: & cũ
Hieremias iustus sit dominus secũdum Hieremiam: satis nobis probari
debet? eos omnis qui in hac uita receperĩt: fore ut ĩ altera uita
post interitũ corporis quisq; pro meritis suis aut præmiũ re-
cipiant aut pœnam. Sed cum corpus ab animo separatũ quo
niam nihil sentiat: nihil etiã pati possit: an diffidimus: quĩ id
totũ qdqd ẽ uel optandũ uel formidãdũ: animo ipsi primũ de
inde post resurrectionem & animo simul cumulatiore quadã
Conclusio per mensura debeatur & corpori? Qua ex re patet uel ꝑ diuina
enũerationẽ iusticia hoĩum aĩos esse immortalis. Cũ igitur iã satis ostẽ-
sum sit nullã esse neq; necessariã neq; honestã causam tã diu-
turni ac tã uæhemẽtis doloris tui: quod filiũ uideas teterrimo
ac tristi corporis carcere mortis beneficio liberatũ: cũ morti
quæcunq; in mũdo sunt: debeantur omnia: eamq; intelligas
malorum omnium atq; incommodorum finẽ: quibus hoĩum
uita cruciatꝛ: & cũ suauissimi præterea cuiusdã somni imaginẽ
tum uitiorũ omniũ sepulturã: & ut improbis propter futura
supplicia formidãdã: ita probis ac piis quibus æterna debetꝛ
gloria: expetendam maxime atq; exoptandam. Quid est per
immortalem deum: quod in hac tãta immortalitate libertate
beatitudine animorum lugere te oporteat faustum felicem &
fortunatũ Valeri tui obitũ: qui ut te patre uiro præstãtissimo
ita admiratiõe ꝓbitatis suæ adeptus omnẽ huius uitæ quæ
cũque haberi potest felicitatẽ ex hisce luctuosissimis tenebris

cõmigrauit ad lucem illius cæleſtis & pacatiſſimæ ciuitatis: ubi oĩa rident:oĩa exultant:oĩa bonorum oĩum plena ſunt? Iam ſane tu Valeri beneficio qui nuper ſolũ eras uenetiarũ cæleſtis patriæ factus eſt ciuis:ubi nullus eſt liuori locus nullus obtrectationi nullus contentioni:Quidquid.n.bonorum acquirunt liberi.nõ min⁹ bonis parẽtibus quã ſibi acquirũt. Quare cũ pulcherrima & dilectiſſima tui portio cæleſti reipublica ẽ donatus:potes etiam iure tu cũ uoles.uelle aũt ſemper debes:iura tibi filii uẽdicare:Quid enim eſt amplius:quod requiras in uita? Abundas tu certe his oĩbus & bonis & cõmodis:quibus humana felicitas cumulatur: Nam ſi ad ſæculi huius felicitatem triplicia bona Peripatetici pertinere præcipiunt fortunæ quæ aliud nihil quam dei uoluntas ẽ. corporiſq; & animi quis neget feliciſſimũ eſſe te? Vt.n.a patria incipiam:ſiquis ſecum aĩo uolutet:& qui primi fuerint Veneti:& quæ regna tenuerint:& ubi tandem cõſederint:& quas urbes illuſtrioris cõdiderint:ſatis quod ad patriæ laudẽ ſpectet: a ſe narratum exiſtimet:Nam res illorũ maiorumq; tuorũ clariſſime geſtas ſi uel deliberare inſtituero:nõ breui quapiam aut oratione aut libello:ſed tot uoluminibus opus ſit:ut uel eas enumerare difficile fuerit.Itaque ut paucis rem percurrã: es tu Iacobe Antoni Marcelle oĩum primũ in ea patria nat⁹: & ab ineunte adoleſcentia ad iſtã uſq; ad præſentem uel aduentantẽ iam ſenectutem per oẽs ætatis gradus egregie honoratus:qua nulla uideo ĩ uniuerſo terrarum orbe nominis gloria clariorẽ:Quæ enim gens nõ modo in Italia ſed etiam ĩtra omnem terræ ambitum nobilior eſt Venetis? Qui primũ profecti a Doribus:ut Diodorus ſiculus autumat:relicta ea galliæ tranſalpinæ parte opulentiſſima & præclara quæ iacet e regione Britãniæ:Nec enim iis aſſentior:qui uenetos putãt & ortos & nominatos alii ab Eneto rege Illyricorum:alii ab urbe Eneta :quæ ẽt ipſa in Epiro & illuſtris fuit & potens: cõſedere poſt res multas atq; peringentis pulcherrime geſtas ĩ paphlagonia. Deinde Phylæmene duce atq; rege auxiliũ regi Priamo ferentes aduerſus Græcos tandẽ poſt maxĩa clariſſimaq; facinora Phylæmene amiſſo cũ paphlagoniã ob ĩteſtinas eius regni ſeditiones repetere nollent:ſe abeũti Antẽori nauigatiõis atq; fortũæ ſocios addidere:ſiue is poſt Ilii quã

Peripatetici
Venetorum origo
Dores
Diodor⁹ ſicul⁹
Gallia trãſalpĩa
Britannia
Eneta
Epirus
Paphlagonia
Phylemenes
Priamus
Græci
Antenor
Ilium

	uulgo tradunt captiuitatem:græcorum benignitate p ueteris
	hospicii iur usus sit siue post ābitionē sub foederib⁹ græcorū
Aegyptii	ut sunt Aegyptii huius sententiæ locupletissimi auctores ex
Priamus	ipsius Priami & Hectoris uoluntate coloniam deduxerit ītra
Hector	sinum hadriaticū. Itaque bello uictis fugatisq; euganeis qui
Euganei	mare inter alpesque populi ferocissimi incolebāt Eneti simul
Eneti	Troianique uniuersæ illius regionis ponti: ī quē primū essēt
Troiani	egressi locum troiam uocauerūt. Idque Pago nomē mansit:
Troia	Gentem autem uniuersam ob multitudinem uiresque enetorū
Eneti	ex ipsius Antenoris troianorūq; sententia eneti sūt appellati.
Patauiū	Eneti igitur adepti pulcherrimam atque feracissimam Italiæ
Aquileia	orā patauio atque aquileia:quā postea ipsam tēporū calami
	tate funditus deletam rursus condidere romani:aliisq; nō nul
	lis ī ea cōditis amplissimis & opulētissimis urbibus ac regno
	mirabili incremento amplificato: Demū ut sunt res humanæ
Aeolicū digama	incōstantes omnes ac mutabiles:eneti iidē qui addito æolico
	digamma ueneti postea dicti sunt:ob Hunnorum Gotthorūq;
Veneti	impetum ac uastationem fortunæ temporibusq; prudēti atq;
Hunni	salutari consilio cedētes quotquot ex uniuersæ uenetiæ proxi
Gotthi	misque Italiæ urbibus & opibus & nobilitate præstabāt: in
Venetia	hūc istū locum quem felicissime nunc tenetis:ut erat ab omni
	barbarorum turbine & immanitate apprime tutus:sese omnes
	cum suis omnibus incolumes receperunt. Vbi urbem uenetias
	diuino quodam ductu atque auspiciis condiderunt:qua qdē
	una nihil ē sub sole neque mirabili⁹ nec melius. Per idē uero
Marcelli	tempus īclyti illi maiores tui plærique Marcelli moti non cū
Aeneas	uetere illa necessitudīe ac beniuolētia quæ Aeneæ Antenori
	q; fuerat īter se maxima:tū securitate & amoenitate loci post
Gotthi	uersam a Gotthis urbē Romam in prædā & uniuersā ferme
Roma	Italiam ferro ignique uastatam cū ornatissima opulētissimaq;
	classe se Venetis priuatī ac publice p omnia ciuitatis munera
	coniunxere. Quid enim memorem superioris illos maioris tu
M. Marcellus	os aut. M. Marcellum fortissimum & clarissimum imperatorē:
Annibal	qui primus Romāorum ducum uidit Annibalem fugiētem:q
	unum de quadragies collatis signis mirabili sua cū gloria cū
	hoste dimicauit:qui non minus aduersis quam secūdis ī belli
	uicibus eadē se animi cōstātia strēuitateq; semp gessit īuictū:
M. Marcellus	aut. M. item Marcellum uirum non minus acrem & grauem

quam eloquentē: qui ut publicę libertati bonoq; consuleret: maluit incerto ac formidabili belli discrimīe Pompeiū sequi quā ullo blandientis fortunæ usurus beneficio sentire cū Cæsare? Qualis aūt futurus erat Marcellus ille adolescens: quem Octauiæ sororis filium Cæsar August⁹ propter morū īgenii que præstātiā sibi adoptarat: si diutius fuisset in uita: ex Virgilio nostro cognosci potest. Ita enim de illo cecinit: Pompeius Cæsar Octauia Virgilius Mauors

" Quantos ille uirum magnam Mauortis ad urbem
" Campus aget gemitus: uel quæ Tiberine uidebis
" Funera: cum tumulum præterlabere iacentem.
" Nec puer iliaca quisquam de gente latinos
" In tantum spe tollet auos: nec romula quondam
" Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
" Heu pietas heu prisca fides inuictaq; bello
" Dextera, non illi quisquam se impune tulisset
" Obuius armato: seu cum pedes iret in hostem:
" Seu spumantis equi foderet calcaribus harmos.
" Heu miserande puer siqua fata aspera rumpas:
" Tu Marcellus eris. Prætereo reliquos maiores tuos: qui

& plurimi extiterunt in florentissimo isto Venetorum senatu & amplissimi uiri: quos certe oīs cū maximo sui nominis splēdore mirum ī modū reipublicæ profuisse constat. Quid enim de uniuersa uestra republica uerba faciā: aut sim circa publicas laudes curiosior: cū uestrorū quorundam causa effectum uideā ut ꝓpriæ laudes negligantur? Quo factum est: ut tot tātæq; uenetorum res gestæ ad hanc diem ī obscuro sint eorū uitio: qui nulla ipsi fortasse uel minima digni laude aliorum gloria offenduntur nesciētes ii quidē uix ullum in republica uitium esse inuidētia execrabilius perniciosiusq;. Desināt igitur fucatæ simulatores iusticiæ male cōsulere: ne dū uidenť id agere neqd discordiæ ī bene morata ciuitate oriatur ex cognitione illustrium facinorū: nō minus uniuersæ patriæ quā optimis quibusdam ciuibus occultis odiis nocuisse iudicenť. Nos aūt hoc tēpore prætermissis publicis laudibus illisque & maximis & ꝓpe infinitis de te uno quod cœperamus: breui absoluemus. Natus ergo ex illustri genere Marcellorū adept⁹ que opera diligentiaq; parētū ea initia & adminicula omnia: quæ bonum & egregiū ciuem factura essent: & ab ipsa usque

Iason
Orpheus

adolescentia in rebus grauissimis semp fortiter innocenterq̧ uersatus breui temporis curriculo cū incredibili omniū admiratōne ad summā gloriā peruasisti. Conticebo enī breuitatis gratia commoda tui corporis: quibus heroas etiam illos quos ob excellētiā humanæ naturæ decantat antiqtas: uel æquas uel superas: proceritatē latitudinem robur conuenientē membrorum compactionem tum uigorem scintillasque oculorū ītegritatem omnium sensuum formæ bonitatē ac præstantiā: qua ita emines inter alios: ut ea de te iure dici queant: quæ de Iasone canit Orpheus:

Clarior in cunctis diuus splendebat Iason:
Iuno & enim letos oculis afflarat honores.
Et pulchrum dederat magnumque & pectore fortem.

Nestor
Homerus
Fabricius
Cato
Paulus hæmilius
Aristides
Phocion

Quæ quidem omnia tam& si non mediocria ad uirtutē sunt adminicula: talia tamen sunt: ut simul cū corpore cōsenescāt. Sola ē animi uirtus: quæ in dies magis atque magis reuirescit ac floret: eosq̧ fructus de se fe t. qui & suauissimi sunt & salutares & sempiterni. Quibus autem uirtutibus ipse non polles? Quid ingenio tuo uel acuti⁹ uel fecūdius? Quis te uno dicēdo aut grauior aut ornatior aut gratior: e cuius lingua quod de Nestore Homer⁹ memorat: dulcior omni melle oratio ꝓfluit? Iusticia uero integritateq̧ tantus es: ut neque Fabricius neque Cato nec Paulus hæmilius nec Aristides nec Phocion tibi sit præferendus. Quid memorem temperantiam? quid inuictum animi robur? quid tollerantiam & constantiam tuam omnib⁹ in rebus? Nā fide & pietate ueritateq̧ tibi sanctius nihil ducis. Facilitate uero humanitate māsuetudine affabilitate beneficētia tanta es: ut eos etiam q te nunquam uiderunt: mirifico tui desiderio afficias. In omni autem prudentiæ & consilii genere quem tibi anteponam: habeo neminē. Et ne id quidem mirū: Ita enī a primis annis & mari & terra es ꝑ omnis uicissitudīes fortunæ uel tuo uel reipublicæ tuæ nomīe in rebus plurimis uariisque & maximis diu multūq̧ uersatus: ut eadem audeam de te affirmare: quæ de strenuo atq̧ sapiēti Vlysse illo Homerus poeta finxit:

Vlysses
Homerus

Callentem dic musa uirum: qui mœnia sacræ
[illegible]iruta post troiæ multumq̧ diuq̧ pererrans
[illegible] mentes hominum multorum nouit: & urbes
Et [illegible]

// Vidit:& horrisono qui tristia plurima ponto
// Pertulit:in patriam quo se sociosq; referret. Sed illud ĩ te ẽ uirtute omni præstantius:quod cum cæteros omni laude ãte cellis:te non modo cæteris omnibus parẽ uelis sed multis etiã in rebus inferiorẽ. Et facis tu quidem omnia sapienter: Nam & si pulcherrimũ ducitur cæteros beneagendo superare:lõge tamen & pulchrius est & diuinius seipsum ita uĩcere:ut nihil inani gloriæ tributum uideaẽ. His artibus his studiis factũ ẽ: ut omnia in maximo tuo ãplissimoq; senatu non modo nõ petens sed quandoque etiam fugiens cum maxima tua lis laude cõsecutus. Quanti autẽ faciũda sit egregia uirt⁹ tua singularis que prudentia:ex istorum patrũ de te iudicio facile potest intelligi:Est enĩ patriciorũ apud uos ordo:id quod de romanis quõdam regi Pyrrho cyneas rettulit. senatus multorũ regum. Itaq; nihil apud uos temere iudicaẽ:sed & mature & sapiẽter omnia. Quod ut re ipsa clari⁹ pateat:paucis e multis breuib⁹ que exemplis & grauissimum senatus tui de te iudiciũ & tuam in rebus gerendis conficiundisq; strenuitatem celeritatem industriam cõpendio exponam. Fuit florentissimæ reipublicæ uestræ nuper cum nobilissimo illo & excelso animo principe Philippo Maria anglo diuturnum bellum atque periculosum: cuius initium a Florentinorum fractis afflictisq; rebus fluxit: qui cum a uobis opem & auxilium implorassent aduersus eũ: q cum uetus uobis necessitudo atque amicicia semper fuerat: cum graui detrimento uestrum ærarium affecerunt:tũ ĩ tantã rerum difficultatem uos coniecerunt:ut de uniuerso quãdoq; impio inire discrimẽ cogeremini. Casalẽ cognamẽto maiorẽ: quod quidem oppidum positũ est in padi ripa:oppidanorum defectiõe tenebatis. Id Philipp⁹ ingẽti ornatissimoq; exercitu classeque munitissima flumine terraq; adortus indefesse atq; acriter oppugnabat:& pilis saxeis & missilibus atque omni tormentorum ac telorum genere:Permultum enim rei suæ eũ locum conducturum arbitrabatur uel ad tutandum agrũ cremonensem uel ad tollendã spem hosti subuehendæ classis aduersus urbes suas:quæ pado adiacent. Erant iam oppidani pegriniq; milites assiduis uigiliis & laboribus ita defessi & exinaniti uiribus corporum:ut de deditione cõsilium inireut. Tu uero q oppidanis cũctoq; præsidio præfect⁹ inteliegeres: q̃ti

Romani
Pyrrhus
Cyneas
Philippns dux
Florentini
Casalis maior
Padus

interesset illud oppidum non solum ad turbandam rē hostis
Brixia sed etiā ad Brixiæ salutē:quæ rei frumētariæ inopia labora
bat:nec ei aliunde quā ex Casale quo a uenetis p padū nuper
maxima uis frumēti esset aducta :consuli per id temporis ac
puideri posset:omnibus & animi & īgenii uiribus contra āni
xus alios bēiuole monēdo alios acriter accusādo hos adhor
tatiōe illos minis singulos singulis remediis ut usui erat īpel
lendo:illud breui consecutus es prudenti oratiōe & animi ma
gnitudine:quod alius quisquā in tanto hostiū terrore ī tantis
difficultatibus oppidi nullis uiribus sperare ausus esset. Fru
strari enim hostis cum sua se uidisset spe ob unius Iacobi An
tonii Marcelli cōsiliū atq; diligentiā:coactus est denique inde
abducere suas copias. Quæ quidem res cum magnam de tua
præstanti singularique uirtute admirationem apud hostē tū
Philippus præcipuā apud tuos tibi laudē cōpauit . Obsidebat Philipp⁹
dux idē maximo & firmissimo equitatu peditatuque urbē Brixiā:
Brixia quæ cœnomanorum omniū caput est:& populo atq; opibus
Cœnomani præpotens. Eoque iam res erat adducta ob diuturnitatē belli
obsidionisque molem:ut ciues pressi fame & rerū necessariarū
omnium defatigati inopia in ultimā essent desperationē acti:
Nā & uniuersus campus ea tēpestate & municipia castellaq;
montana fere omnia in hostium erant potestate. Itaq; nullus
Nicolaus im aditus in urbē patebat omnino: adeo Nicolaus ille perusin⁹
perator Philippi īperator uigilātissimus bellicosissimusque locos oīs
non modo urbi uicinos copiis suis custodiisq; uallarat:sed ēt
eminus iacētis per quos ullus patere posset accessus:munitiōe
firmissima asseruabat. Rumor quottidie magis apud Venetos
increbruerat propediē Brixiam perituram nisi & frumentum
& auxiliū illico mitteretur. In tanta rerū iniquitate cū fluctua
rent patres:neque quid consilii caperent ī casu tam repētino
& tā difficili offerretur:tū ipse ut es ingenio acerrimo & aīo
ad res magnas atq; piculosas inuicto:te ultro quasi alter Sci
Scipio pio ad id negotii atque discriminis iturum polliceris:Cumq;
nō nulli te rem supra uires conaturum dicerent: aliudque ni
Franciscus fo hil quam mortē tibi & senatui dedecus reportaturū:solus Frā
scarus dux ciscus Foscar⁹ prīceps ille sapiētissimus ē inuētus:q mirificæ
tuæ diuinæq; uirtutis grauissim⁹ iudex ac cēsor & probaret
tuā pfectionē:& magnā ex ea utilitatem ac laudē ad rempu

blicam peruenturam certo speraret. Tu autem moræ omnis impatiens iter arripis p ĩuia uillium diuerticula per ĩaccessibiles uepribusq; cõseptos atque misere ĩpeditos siluaℛ ãbitus per asperos mõtiũ saltus rupesq; præcipites. Et ita omni gēte uacuus diebus coniungens noctes quo tempore ducalis miles Brixiæ turrim ceperat: eratq; in urbem iã populabundus descensurus: ĩopinato ipse ac subito quasi cælitus missum numẽ: cum ardentius pugna utrinque ferueret: cum plumbeis omnia pilulis scorpionibus & missilibus streperent: atque intonarẽt: appares inter ipsas dimicantiũ dextras: Quem hostes repente intuti atque stupescentes: tanquam fluminis ictu aliquo tacti essẽt sese cõtinuo omnes & ab urbe & a turri quã occuparãt: præcipites auertere: coactiq; sunt ab obsidione re infecta discedere. Tu autem recreatis cõfirmatisque ciuium animis oratione primum deinde etiam reℛ omnium copia & præsidio Roatoque municipio tuo etiam ductu ex obsidentium hostiũ faucibus erepto: in agrum ueronensem qui ab iisdẽ hostibus præmebatur: mira celeritate reuertisti: cuius aductu ueronẽsi præsidio quod hostiliũ metu uirium intra moenia urbis se cõtinebat: magnisq; premebatur incõmodis: cõfirmato rebusq; necessariis & oportunis omnibus instructo: ager ueronensis omnis qui ad Mintium iacens labare iam & sentire cũ hostib⁹ cœperat: ad sãitatem rediit nihil fide aduersus uenetos sibi sãctius ducens. Cumq; nõ multo postea idẽ Philippus maiore apparatu & uiribus bellum Brixianos instaurasset: classemq; in Benacum ualidam & ingentem inuexisset: omniaq; terrore tumultuque implesset: nouum ipse nauigandi genus & nunq; antea auditũ excogitasti: & id quidem tum admodum salutare uenetæ dicioni: quod exemplo postea nocuit plurimũ regiæ urbi Cõstantinopoli. Nã impius iste Mahometus Amorathi filius eodem machinamenti geneř traducta classe per cõtinẽtẽ a Bosphoro Cõstantinopolitanũ in portũ inexpugnabili illa nobilissimaq; urbe potitus ẽ cũ maxima christianorũ omniũ iactura. Laudař sane Xerxes quod Asiã atq; Europã ad hellespontum ponte coniunxerit: quod cõtinentem ad Athon nauigabilẽ reddiderit. Sed lõge tua ẽ laus illustrior: quod classẽ uenetã quasi Dædalum remigio alarum cælo ipsi crediderís. Nam cum omnia municipia & castella quæ Benaco adiacent:

Roatum
Philippus
Brixiani
Benacus
Mahometus
Bosphorus
Cõstãtinopol⁹
Xerxes
Asia
Europa
Hellespontus
Athos
Dædalus

in hostium essent potestate: nec ullus pateret adit⁹ ad classem deducendam in eũ lacum: montium iter ad nauigandũ mirabi li quodam ingenii acumine reperisti. Compactis enim trabib⁹ æqualibus inter sese pro nauium latitudine atq; longitudine interuallis: illisque sulcatim excisis in longum ꝑ carinæ dorsi capacitate in iis myoparões biremesque atq; triremes omnes singulæ singulis sunt impositæ: Et ita ab Athesi flumine per asperrimas atque eminentis montium rupes scopulosq; horrẽ dos ad ipsa usq; caligantia montium cacumina rudentib⁹ ac machinamentis incredibili sunt tractæ celeritate: Continuoq; eadem ui atque industria retinaculis tamen quibusdam ĩpetũ moderãtibus & aqua ueluti peremni in trabium sulcos ĩfusa: ne nimio põdere ac motu accenderentur: eadẽ inquã industria eædem naues omnes suis ordinibus a sũmo ipso montiũ uerti ce subiecta præcipitia demissæ: pri⁹ in Benacũ uisæ sunt descẽ disse: quã de illarũ molitione quicquã audiret. Quarũ subita præsentia quasi portento hostium animi cõsternati nihil sibi inhonesta fuga potius duxere: Magna tamen ex parte formida bilis illa Philippi classis aut capta ẽ aut demersa. Blasius aũt axeretus classis ei⁹ præfectus q paucis ante ãnis nobilissimum regem Alphonsum in mari tyrrheno cũ duobus simul fratri bus totq; regulis ac ducibus ad Caietã illustri illa nauali pu gna superauerat: & ĩ captiuitatẽ egerat piscatoria ĩscensa cym ba in fugã uersus hostiles manus uix effugit. Et hæc quidem uictoria tibi tota est danda: cuius calliditate & consilio factũ ẽ: ut uinceretur. Ad hæc cũ nõ multo post tẽpore idẽ Nicola⁹ ĩperator cũ ingentibus copiis ac uiribus ueronensem uincenti numq; agrum non parua ex parte occupasset: Venetorũ impe rium in tanta rerũ mutatiõe ĩstabilitateq; animorũ nõ medio cri periculo laboraret: totaq; spes ĩ uno Francisco Sphortia fortissimo & fortunatissimo ĩperatore: qui nunc mediolanen siũ dux & insubribus & tot amplissimis urbibus pacatissime ĩperitat: ubi accersitus a uenetis cũ exercitu quadraginta mil liũ militũ rei uestræ auxiliũ ferrẽt. certe nisi tua ĩdustria obuiã occurrisses: frustra fortasse tãt⁹ apparat⁹ extitisset: Nicola⁹.n. q tãti ĩpatoris aduẽtũ præsenserat: cũ nõ esset ĩ ciuis: & quãt⁹ Frãciscus esset ĩ re bellica: & quã ipse illo uirib⁹ ĩferior: se præ rupta latissimaq; fossa ac uallo & turribus muniuerat futurum

Athesis

Blasius axaretus

Alphõsus rex

Caieta

Nicolaus imperator

Franciscus sphortia

opinatus:ut āte urbe uerona quā obsidebat: potiretꝰ. quā trā
seūdæ fossæ Frācisco facultas esset. Tu uero q ut es mētis acie
acutissimus & rerū pitissimus humanarū:uiri cōsilia optime
calleres :ītellecta piculi magnitudine nihil cunctatus tecum
assūpta parte præsidii ueronēsis intrepide atq; expedite per
medias hostiū statiōes cunctis munitionibus supatis ad iuga
mōtiū iaudita celeritate puasisti. Illudq; es ppere cōsecutus:
ut mūicipiis cunctis castellisq; recupatis & hostiū præsidiis
pulsis omnibus te quāprimum imperatori Frācisco coniūxe
ris:& exoptati in urbem transitus comitem simul ducemque
præstiteris. Qua quidē re audita cōfestim Nicolaus obsidio
nē omnē deseruit:fugæ similē reditū faciens:parūque defuit:
quin a Sphortianis insequentibus caperetꝰ. Idq; opinione om
nium factū esset :nisi a suis domesticisq; militibꝰ sublatus hu
meris:nā dū incautius se Nicolaus reciperet:equus ī præcipi
tium obuiū lapsus est:ex insequentiū manibus esset ereptus.
Tua igitur nō minus diligentia quā tāti imperatoris aductu
ac uiribus factum uidemus:ut & uerona obsidiōe illa ducali
atq; īminenti captiuitate liberaretꝰ:& Vicentinus ueronensis
que ager omnis recuperatus immortalis ageret tibi gratias.
Si uelim omnia tua memorabiliaq; facinora singillatī suoq;
ordīe referrī:dies me deficiat. Itaq; cæteris omissis:illud certe
reticendum non est. Cum idem dux Philippus superato etiā Philipuꝰ dux
Mintio uerona urbe p insidias esset potitus :nihilq; ei deesset Mincius
præter arces:& iam ciues omnes alii perterriti ob tantam ho Verona
stium multitudinem quos intra mœnia receptos cursitantes
que uidebant. alii rerum nouarum cupidi:ut populorū mos
est:se Nicolai unius potestati permitterent. tu accersito impe
ratore Francisco qui iuga supra Benacū occuparet aduersus Franciscus
hostium præsidia:cōfestim superiorem ingressus arcem cum sphortia
expeditissimis uiribus in urbem redis. Tantusq; in hostes im Benacus
petus factus est : ut firmissimus ille pons qui Athesim coniū
gebat:laxaretur:atque una cum ingenti militum numero in Athesis
subiectum amnem fractus corrueret. Aufugit igitur bellicosis
simus ille inuictusque Nicolaus:nec eum puduit clara uoce
testari apud Philippū Mariā se ab uno patricio ueneto Iaco
bo Antonio Marcello urbe uerona extrusū esse. Quinēt īpera
tor ipse Frācíscus sæpenumero aliisq; permultis audiētibus

quotiēs de tuis laudibus loquitur: loquitur enim & frequētēr & perlibenter: addit etiam illud Nicolaum perusinum nō minus tua quam sua opera urbe uerona esse eiectum. Sed omniū tuorum quæ & plurima & pulcherrima facinora fuerūt: illud mihi uisum est ueluti colossus aliquis extitisse: quod post Nicolai obitum quo nihil Philippus unquā duxit in uita tristi⁹: cum uestræ copiæ ad Adduā usque uniuersum Philippi agrū populatæ essent Michaele attendulo imperatore. factuque uti lissimum omnibus uideretur: transmittere quāprimū ī agrum insubr um: quo & Mediolano & laudi & Como & Ticino ac reliquis insubriū populis facultas eorum omnium tolleretur: quæ sunt ad hominum uitā uictumqꝫ necessaria: nemo in tāto exercitu est inuentus: qui prior flumen peruadere auderet. Nā iā hyems erat asperior. & Addua qui sua natura semper est altus: tunc imbriū ui magis intumuerat: uorticibusqꝫ feruebat: & pontes oēs in Mediolanēsiū erant potestate. Parandi autē ex tēpre nauigii nulla præstabat occasio. & celeritate opus erat & diligentia. Hic tu cæteris transitum detrectantibus animo illo tuo infracto planeqꝫ Marcellus repente flumen eques īgrederis: reliquosqꝫ ut te sequantur: hortaris. Nusquamque deflectēs inter altissimos rapidissimosque uortices ante in ripa īsubrium uisus es: quam alius quisquam ex tanto & militum & ductorum numero equorum ungulas aqua tinxisset. Cepit tandem cæteros pudor: seqꝫ omnes animi fortunæque cōmisere: paucisqꝫ fluminis rapiditate amissis se in insubres contulere. Fuit sane dies illa præstantissimo illi prīcipi Philippo Mariæ Anglo & tristis & ad mortem usque perniciosa: ut qui modo propter tot tantasque uictorias & terras & maria terrore sui nominis concussisset: nunc se uideret amisso & imperatore & uisu. Nā & Nicolaus perusinus iā diem obierat: & Philippus ipse nimia uigilandi assiduitate uisum amiserat. intra mediolani mœnia urgeri: & qui antea semp afflictis oībus auxilio ēē cōsuesset: iam cogi ut aliunde auxilium implorare. Tu enim unus iacobe Antoni Marcelle quod certe uel mea uel aliorum plurium eruditissimorum & grauissimorū hominū causa factū nollem. præcipuus auctor extitisti extremæ calamitatis illius clæmentissimi atque optimi prīcipis qui nō contētus Adduā superasse. & amœnissimas late uillas uicosque bonis omnib⁹

Colossus
Addua
Insubres
Mediolanū
Laus
Comum
Ticinum

refertissimos diripiendos militibus obiectasse:ac tot pecorum greges tantū hominū numerū uertisse in prædam:uoluisti etiā: ut uexilla ipsa signaque uenetorū ex illa celebri sublimique arce sua Dux Philippus quātum oculi paterent:posset coram aspicere:Nam cum uniuersis copiis intra secundū lapidē quasi Annibal consedisti:teque ab imperatore Michaele aureis militiæ insignibus in illius humanissimi principis ludibriū ornari es passus. Cūque ad ipsa usque suburbia te quottidie īter præliantium militū globos uisendū ostenderes:nunc hos nūc illos ad suburbiorū irruptionē hortādo incitādo impellēdo : nimirū ita animi ægritudinē diuino illi principi auxisti :ut inde uæhemēti ægrotatiōe cōtracta post paucos mēses ī maxima regni clade uitā ipse amiserit:Cuius morte cū oīa essent tumultuaria:tuis adhortationibus atq; suauioribus laudenses placētinique adducti se uenetis dedidere:principiū sane ingēs ad totū Philippi regnū & breui cōsequēdum & expedite :si plus amor patriæ apud tuos quā quorundā priuatus aduersus te liuor ualuisset . Sed utendum est uulgari illa consolatione: Quid si hoc melius. Cadunt persæpe inter principes simultates irrita mētaq; animorū:& id quidē occulto quodā ac iusto dei cōsilio:quod ipsū etiā Agamemnona & Achillē accidisse Homerus narrat:Ita enim incipit carmen Iliados:

Annibal
Michael
Laudenses
Placentini
Agamemnon
Achilles
Homerus
Iliados prīcipiū

// Iram diua refer Pellidæ immitis Achilli
// Innumeris quæ sæua malis afflixit achiuos:
// Heroumque animas tot fortis impulit horcho:
// Membra minutatim quorum laniata molossis
// Alitibusque dedit pro regis mente deorū. Atqui mirum uideri neminē debet:si ī tot tuis & tā illustrib⁹ successibus ulli sint repti:q tuæ clarissimæ uirtuti īuiderīt:ob eamq; rē nō patriæ min⁹ obfuerīt:quā tibi optarint:quē insectādp splēdidio rē effecere:cū uideamus nō defuisse p idē tēporis: q inter grauissimū tuū sapiētissimūq; Senatū & īuictissimū principē nūc meū Franciscū Sphortiā maximas discordias bellaque īsuderūt:Quib⁹ nō multū post tēpus e medio sublatis pax repente rursus atq; societas īuicē ē suborta aduersus me liolanēses:q collati ut nosti:īmemores beneficii aduersus eū īē hūc principē ipse cōiurarant. Quo ī bello cū tu legatus a tuo Senatu dat⁹ legatōe libera cū multis maximisq; ī reb⁹ huic uni pfueris

tũ illud beneficiũ fuit maximũ.quo prudẽtia consilioque tuo idem sibi uitam ferme ereptã recuperauit:Franciscus enim perusinus qui a patre Nicolao fortissimo ĩperatore non minus fide degenerauit:q̃ Iacobus frater uirtutes paternas omnis ñ mediocriter.uel æquauit uel superauit:cũ animo efferato ac nefario decreuisset hui⁹ humanissimi prĩcipis necẽ:occultisque insidiis cũ hortaret̃ ad inuadẽda huiusce urbis munitissima suburbia:cũ instructã se habere diceret quãdã mediolanẽsiũ factionẽ:quæ secũ p eo sentiret: eiusmodiq; nõ nulla afferret argumẽta:q̃bus facile sibi fidẽ uẽdicarat:solus certe fuisti tu:q hũc ne id faceret:iis rationibus es hortatus:q̃bus aptissime posset animaduertere sibi omnino cauendũ esse ab omni braciana factione. Itaque abs te uno psuasus a Suburbiis se abstinuit:Quæ si esset ĩgressus:quẽ Mediolanẽses nũc habent salutarẽ:hoc prĩcipe carerent. Quid aut dicã de ĩsidiis Mogũtinis?Quas de te laudes prædicat prĩceps meus?Quã de te honorifice semper loquit̃?Obsidebat Mogũtiã Frãciscus Sphortia:Et ĩ id difficultatis oppidũ coniecerat:ut diuti⁹ obsidionẽ ferre nõ posset. Itãque de deditione Mogũtini cõsultabant:cum idẽ Franciscus perusinus de ĩterimendo ĩperatore suo clã cõsiliũ init. Idq; postridie futurũ erat:cũ tu noctu Sphorti adiens sermones eũ inter loquendũ:ne ita solũ se quottidie ĩmisceat ordinibus bracianis:fieri enim posse:ut opportunitas pariat: quod nulla honestas sinit:Inueteratã enĩ esse simultatẽ atque maliuolentiã bracianis aduersus Sphortianos. Præterea Frãciscum non esse patris similem & eũdem sibi uideri ĩconstantẽ ac leuem. Itaque cauendum esse ab illo plurimum. Quare cũ Sphortia in posterum diem tuum sequi optimum consiliũ q̃ morem suum institutumque maluisset:seque ab inuisendis ordinibus abstinuisset:Franciscus idem ueritus ut opinor: insidias suas illustratas patefactasque teneri:continuo transfugit Mediolanũ. Addam item ad hæc unũ egregiæ tuæ prudẽtiæ documentum. Iam inhorruerat anni temp us:tantaque erat ac tam uæhemẽs hyemis magnitudo.ut luniuei so insubriũ agro & niuibus obruto & obstricto glatie nihil pabuli usquã offerret̃ Aloysius uermius aliiq; ductores plærique oẽs ĩperatorẽ adeunt:eumque pro se quisque impensius hortantur:ut ĩ Comensem agrum citato agmine uires agat:Sic enim fore:ut co

Franciscus picininus

Nicolaus picininus

Iacobus picininus

Moguntia

Moguntini

Insubres

Aloysius uermius

mẽses qui intestinis inter sese discordiis digladiãt :deditionẽ faciãt. At Sphortia &si intelligebat suorum cõsilia aliud nihil quã prædã machinari:tẽpori tamẽ cedẽs eis obsequebat: Verebatur enim militũ inconstaniã.Iam uniuersæ copiæ ꝓcedebant:cũ tu ut es facundia insignis:ab iis cœptis & ductores ipsos dehortaris:& milites eos doces:& pabuli & rerum omniũ inopiam passuros apud Comenses. Apud Nouariẽses autẽ secus omnia. Quibus illi adducti rationibus cũ in Nouariẽsem agrũ diuertissent:cõtinuo ciues ĩperatori se Sphortiæ dediderunt plures adducti beniuolentia pauci etiam metu :& ii quidẽ qui ad ducem Sabbaudiæ eodẽ ipso die deficere instituerãt. Quod certo factum uidebat nisi callidissimo tuo sanoque consilio esset obtemperatũ. Qua quidem spe Sabbandienses copiæ destitutæ Romanianũ Nouarensiũ municipiũ in fidem receperunt. At Franciscus Sphortia ut est animo gratissimo:te quanamicissime complexus palã & alta uoce professus est se tibi debere plurimum:cuius opera factum foret: ut Nouaria potiretur. Quæ uero deinceps sunt subsecuta tã belli ꝙ pacis:ea diuino cõsilio uolũtatique dãda esse ambigẽdũ certe non est. Quod autẽ laudenses placentinique partes Venetas sunt secuti tua prudentia factũ scimus. Quod in præsentia Duci Francisco felicissime parent:a uobisque desciuerint :nõ tua sed illorum culpa qui ĩ tuæ uirtuti inuiderũt:effectũ est:& id q̃dem ut modo loquebar:iudicio quodã ac mente dei.

Comenses — Nouarienses — Dux sabaudie — Sabbaudiẽses — Romanianũ — Nouarienses — Nouaria — Laudenses — Placentini

// Quis enim ut est apud Esaiam : cognouit: sensum domini? aut quis cõsiliarius eius fuit? Quod si ea quæ & ĩcõmodãt hõinibus & a plerisque ducuntur ĩ maximis quibusdã malis:sine diuĩa sentẽtia nõ fiũt.nec ea tũc ĩ tantis tuis & tã secũdis rebus sine diuĩo cõsilio acciderũt aduersa nõ tã tibi ꝙ reipublicæ: nec Valerii recentẽ obitũ sine mente dei:q̃ q̃dquid facit:ad nostrũ facit emolumẽtũ:debem⁹ factũ esse existimare. Nũ idcirco ĩ tot & animi & corporis ac fortũæ bonis deteri⁹ habes:quod ex tot liberis puerũ unũ ad se reuocarit Deus? Quod si ĩ mercatura nõ sum⁹ uiuo cõtenti:nisi lucrũ etiã dignũ accesserit: nũ De⁹ iniustus sit:si ex tot liberis quos nobis mutuo dedit:unũ sibi exegerit? habes tu & filias & filios pluris moribus ĩgenioꝙ eximios: eosꝙ & grãdiusculos & mĩusculos:qb⁹ te potes ñ consolari solũ:uerũ ẽt ꝑ oẽm aĩ iucũditatẽ oblectare. Vt enĩ

Esaias

Franciscus marcellus

cæteros prætereā:quāto tibi solatio:quāto gaudio uoluptati que esse debet Franciscus tuus:tāto īgenio tanta morū elegantia tāta ꝓbitate uir?Nū habeas:quod ad tuæ felicitatis sūmā tibi sit desyderādū:cū oculos ac mentē ī Franciscū unū cōieceris?Nō ne etiā iste tui est quāsimillim⁹?Nū pueri te magis recordatio torqueat:quā uiri filii præsētia aspectusq; delectet? At ꝗ Valerio mihi magna spes erat.Quod de Valerio futurū

Alcibiades

spabas:id tibi de Francisco præstare licet.etiā Alcibiaden qui magna spe puer fuerat: ꝑditissimum ꝑniciosissimūque ciuem

Athene

Athenæ expertæ sūt.Itaque si me audias:īmo te uirū magnū & sapientē:omnē istum animi motū uincies tandem:ut antea monui:atq; obstringes ratiōis custodia:ut quod tēpus aliquādo est facturum: faciat ratio eadē nunc:qua postea es usurus: Nec enim tūc erit meliore uitæ cōditione Valerius : Et turpe est ꝑfecto plus apud te ualere tēpus quā rationē .Quid quod iā annū prope agis in luctu?Hic est natalis christianus.Ad ꝓximū Kalendas ianuarias Valerius tuus reliquit mēbra mortalia.Satis naturæ affectui satis cōsuetudini datū est. Redi tamen ad te:& tibi te totum uendica. Simusne īgenio muliebri inferiores?Quot enim legimus mulieres :quæ obitū filiorū &

Lacæna mulier

constanti & infracto animo tulerunt?Mulier lacæna filium:q in acie ceciderat:sepeliēs hoc est illū disticho hilaris ꝓsecuta:

〃Sit flendum timidos.hilaris te nate sepulchro
〃Condo meum pariter & lacedæmonium.

Altera cum filium sepeliret:& tenuis quædam anicula ꝓpius accedens miserabiliter dixisset o mulier fortunæ:cōtinuo illa per geminos bonæ respondit:Qua enim gratia filiū peperi:ut

Gyrtia
Creta
Acrotatus

pro sparta moreret:hoc mihi contigit.At Gyrtia & ipsa lacæna cum nūcius uenisset ex creta.qui Acrotati ex filia nepotis mortē nunciaret:respōdit:nonne cū iret aduersus hostes: aut erat ab illis interimendus:aut illos īterempturus:libentius uero ait eū mortuū audio ꝓ matris & urbis maiorūq; suorū di

Damatria

gnitate:quā si tēpus omne ignaus uiuere.Damatriæ uero factum est longe seuerius:quæ cū accepisset filium & timidū esse & se īdignum:eum cumprimum aduenisset:occidit :inscripsit que huiusmodi epigramma:

Damatrius

〃Hunc timidum mater Damatrion ipsa peremit
〃Nec dignum matre nec lacædemoniū.Et alia item lacæna cum

audiuisset filium & seruatum esse & fugisse ex hostiũ manibus: ita ei scripsit. Mala de te fama diffusa est: aut hanc nunc elue: aut ne sis. Alia rursus filium aduenientẽ intuta: & quid ageret patria percunctata: cum is respondisset: omnes perisse: eũ tegula sublata percussit: atque interemit: inquiẽs te igit malũ nunciũ nobis miserunt? Identidem etiã a lacæna illa muliere factũ legimus: quæ filiũ: qui ex acie fugerat: occidit: inquiẽs: non meum est hoc germen: addiditque huiusmodi epigrãma:

" Vade malum tenebras germen pete: quemque perosus
" Eurotas ceruas nec fluat ad timidas.
" Si catulus nequam perrexeris: ito sub horchum:
" Nec sparta dignus: nec generis titulis.

Et quoniam exempla huiusmodi possem infinita poene afferre: uno tãtũ & pegrino & de lacæna item generosaq; muliere exẽplo addito: reuertar ad uiros eosque patricios ac uenetos. Lacæna quædã mulier filios quinque: quos habebat ad id bellũ miserat: qd ĩ suburbiis gerebat. Quare cũ stetisset euentũ pugnæ expectãs: ubi qs adueniẽs pcunctãti ei nunciasset filios oĩs obisse: nõ hoc inquit pcunctabar ignauũ mancipiũ: sed qd agit Patria: cui cũ ille subdidisset ab ea esse uictoriã: libenter igit ait accipio ẽt filiorum mortẽ. Sed audi iã de tuis eruditissimis duobus & sapientissimis uiris Leonardo Iustinião ac Frãcisco barbaro. Hic enĩ fratrẽ habebat Zachariã uirũ certe grauem & phumanũ patrem amplissimi ueronensis põtificis Hermolai: q nõ secus Frãciscũ educauerat atque dilexerat: quã si ex se ipse genuisset: eũ uero Franciscus æque obseruabat & omni pietatis munere uenerabat ac si pater extitisset: ubi uero diẽ obiit Zacharias: primarii urbis ciues ad Franciscum uenere consolandũ: quos ita ille excipiebat & oris trãquillitate & grauitate sermonis: ut q consolaturi uenerãt: consolandi fuisse uiderent. At Leonardus qua cõstantia qua æquitate aĩ qua lenitate qua ui oratiõis ĩ obitu Marci fratris uiri continẽtis & integri: quo uno nihil habebat ĩ uita carius: usus fuerit: qs est: qui melius norit quam ipse tu? Quod taliũ uirorũ factum laudas: qd tibi faciundũ sit. nosti: Turpe est enĩ qua laude ipi careamus: eã cuiquã ut rẽ præcipuã præclarãque tribuere: Reliquũ est. ut duorũ principũ & Paschalis & Malipperii: qui ĩ psentia sũmæ reipublicæ præest: & Frãcisci Foscari q hũc ĩ ea dignitatis maiestate antecessit:

Leonardus Iustinianus
Franciscus barbarus
Zacharias
Hermolaus eps.
Paschalis dux
Frãcíscus dux

inclytas eadē in re uirtutes silentio inuolui nulla uel cōsuetu díe uel neglıgētia uestra patiar. quāq; id fieri fama est quorū dā culpa: qui ul' domesticæ cuiuspiā sibi notæ conscii: uel qa neque in sua nec ī suorū maiorū ulla uirtutis luce uersati alio rū gloriæ inuideāt. Frācisco enī Foscaro tāta prudētia tanta rerū magnarū omniū cognitione tāta eloquentia tanta animi

Iacob⁹ foscar⁹

magnitudine uiro Iacobus erat filius: quē pater & quia filiū & qa unicum incredibili caritate atque īdulgētia diligebat: adeo ut eo nihil habere in uita iucūdius posset ab oībus iudicari. Quid aūt in causa fuerit: nescio. Illud mihi uideor scire nullū aut esse aut excogitari posse genus cruciatus: quo ille fere ad mortē usque afflictus sæpe nō fuerit. Ad postremū arcess t⁹ ex

Creta

īsula Creta: ubi relegatus asseruabatur: & ī organo porrectus ac uinctus. quo torquendi genere aliud nullū ferť neq; durius esse neque horribilius: ita mēbratim tractus exagitatusq; ē: ut solutis neruis artubusq; laxatis exanimus ꝑpe redderet. Nū dux Franciscus aut uultū mutauit unquā: aut uerbū fecit ullū ī tanta & tā atroci filii clade: quā corā quodāmodo intueba tur? Satis enim ītuebať: cū & filii uociferatiōes eiulatusque e ꝓ ximo cubiculo audiret. & quod sit organi supplicium: nō esset ignarus. Cūque post illius immanitatē truculētiāque suppli cii corā uideret allatū. nā quo is modo duci potuisset: cui nul la corporis pars cōsisteret? Num qd ullū inusitatū signū osten dit ī facie? quicq; ne est locutus aut mollius aut remissius? qua si istius modi questionis horribilitas nō superet omnē mortis nō dicā dolorem: q ut docti nullus est: sed doloris formidinē

Paschalis dux

quē indocti iudicāt. Nā Paschalis dux quo uno nihil ꝓduxit natura humanius nihil mitius nihil melius nihil amabilius: solū filiū quē habebat: uirū magnū & modestum qnto mense ante ducatū amisit: & quē filii loco mirifice diligebat solū ex eo filio nepotē præstanti indole & spe maxima puerū hoc an no paucis ante mensibus sepeliuit. Quis eū uidit aut ī filii aut in nepotis obitu uel lachymulā unā fundere? Et sapienter id quidem: Quid enī ullus doleat: quod & naturale est & necessa rium & bonum? Scimus hūc casum omnibus esse communē. Itaq; uanus est dolor: quē nec primū nec solū esse cognoscim⁹. Et præsens uita quid hēat in se boni: nihil uideo. Proinde sa

Ecclesiastes

pienter ait ecclesiastes totam uitā odio habui. Quod si uita

habenda est odio: ut malorũ omnium causa: certe mors & ap petenda est & amãda plurimũ: hoc habet tãtum uita in se boni: quod p eam transitus patet ad mortẽ: sine qua reuiuiscere nemo potest. Quem enĩ mihi ꝓbabis resurrecturũ: nisi mortẽ antea moriatur? Cupio dissolui inquit Apostolus & esse cũ Christo. An id dixisset uir ille sanctissimus: nisi intellixisset: ut erat omni doctrina sapiẽtiaq; ĩsignis: & in hac uita mortali nihil esse omnino boni: & ĩ morte ut mali omnino nihil: ita boni ẽt plurimũ? Quare si Franciscũ Philelfũ tuũ: qui & ipe in simili casu est: & te plurimum diligit: audire sequiq; institueris Iacobe Antoni Marcelle: non modo nõ lugebis obitũ Valerii filii: sed gaudebis potius: quoniã cum illo actum est optime. Exultat ille nũc ĩter ãgelorũ choros pturbatiõe curaq; oĩ uacuus: Diuĩæ substantiæ uisione fruitur. Sibique patri indulgẽtissimo: quodũ erat in terris: nihil sibi neque carius hẽbat neq; iucũdius: ĩ cælo domiciliũ parat. In est. n. adhuc in filiis nostris sanctus quidã appetitus recipiẽdi corporis: ut quo socio ĩ terrestri hac pegrinatione & comite usi sunt: cum eo etiam simul in cælesti tranquillitate & beatitudine gaudeant. Quod si corpus appetunt secũ esse: parentes etiam quorum portio corpus est: cõsentanee appetunt: Quid igitur doleamus in gaudiis & gloria filiorũ? At indulgendũ aliqd fuit naturæ desyderio: ne si efferuescente adhuc uulneri remedia fortiora essent adhibita: dolor magis atq; magis exagitatus incrudesceret. Qui enĩ recenti uulneri curationes adhibet ualidioris: dolorem exasperat magis: quã lenit. Sed ecce annus iã tibi præterit. Satis naturæ imbecillitati satis opinioni satis officio tributum est. Iam ratione uti nos decet. Priuatus dolor cũ amicorũ dolore tibi est digerẽdꝰ: Omnes enĩ quibus es carissimus: tua causa dolemus. At fuerint uel humanitatis: cuius mirifice ab omnibus laudaris uel liberalitatis tuæ: qua cæteros homines antecellis: liberare nos tãdem omni doloris aculleo: quod una sane re feceris: si te uiderimus finem imposuisse tantæ doloris acerbitati. Quod si neque tua neque nostra etiã causa: ut tibi tuæque ætati parcas: potes adduci moueant te saltem reliqui tui liberi: quos tuus mæror tenet ĩ lachrymis: moueat luca uxor nobilissima prudẽtissimaq; uirago: q̃ lõge magis tãtus dolor tuꝰ affligit: q̃ cõmunis iucundissimique filii mors cõmouerit. Quam eius inge

Paulus apl's
Christus
Franciscus philelfus
Iacobus antonius macellus
Valerius

n'um eius moderatio me delectat. Quam se maiorum suorum similem quam se ostendit illustrem. Est uxor ista tua patauīa

Leones
& ex leonibus qdem patauina. Fertur aūt leon inter Anteno

Antenor
ris pceres clarissimus extitisse. Ex illo aūt auctore leonum fa

Leon
miliā patauii emanasse nc græce qdem negāt historiæ. Quare

Patauiū
ut nobis amicis omnib⁹: ut liberis tuis ut tāta pbitate uxori tā diuturnā tam grauē tam ītollerabilē animi molestiā omni no auferas. & monet tēpus & cogit ratio. Id aūt facillime asse quaris: si iisdem remediis ī tuo isto casu: ut aliquādo īstitueris

Olympus
quibus ipē ī obitu Olympi mei sum usus. Nā ad eas cæteras rationes: quas modo collegi: plurimū tibi proderit: nō ad leni endā egritudinē solum: sed etiā ad lætioris uitæ suauitatē: si omnē Valerii filii infantiā si idolem si ingeniū si corporis for mā si morū probitatē ac decus si doctrinæ & eloquentiæ stu diū si tot illas tātasq; uirtutes repetere tecū animo perrexeris: Nec. n. esse debes oblitus: cū tuo ex collo ualerius pēderet: cū te oscularetᷓ: cū hæreret in brachiis: & quo magis garrula lin gua balbutiebat: eo fiebat ipā uerborū offensione iucūdior au ditu. Reminiscere præterea: quā lucebat ī ei⁹ oculis scintilla ui goris tui: & ut tuorū morū similitudo tanq̄ p cutis erumpens speculū animi tui magnitudinē ac prudentiā referebat. Recor dare faciem illā niue omni candidiorem roseasque genas pur puræ q̄similimas. Nōne sic ore matris uenustatem formæq; paternæ dignitatē repræsentabat: ut uno ī corpore uterq; co gnosci posset: Repete ei⁹ māsuetudinē & modestiā: qua erat tā ta: ut oēm uinceret sanctimoniā: Neq;. n. īgenii doctrinæq; & eloquētiæ bōitate abutebatᷓ: ut ī supbiam elatus abducta frō te æqualis cæteros cōtēptui haberet: sed se oībus facilē affabi lē amabilēq; præstabat. Grādioris uenerabatᷓ præterī eos: q uirtute & grauitate antecellerēt. Inferioris uero tāta sibi cōci liabat bēiuolētia: ut se illis parē facere uideretᷓ. Et adeo gloriā purgati animi uirtute anteibat: ut nullā aduersus se cōcitaret inuidiā: sed æque diligeretᷓ atq; obseruaretᷓ ab æqualib⁹ oīb⁹: Et quasi intelligeret ex æqualiū moribus se iudicatū iri: illorū puerorū semp cōsuetudie utebatᷓ: q omni uacarēt īcōtinentia: quos nullius flagitii reos sentiret: quos ad disciplinā: quos ad pbitatē incitatos agnosceret: Quos tamen omnis quasi stella rū fulgores ipē tanq̄ iubar solare quoddā mirabili splendore

obumbrabat atque obscurabat: & quo magis ab illis fugeret honorari: eo se honorabiliorē præstabat: quoq; erat aīo celsi- tudīe excellētior: eo se humilitatis uirtute: quā apud Christū primā esse didicerat: magis deiiciebat. Iurgātis aūt īter se soci os quēq; pro more cuiusq; aggrediebat: aliū monēdo: alium blādiēdo: alium rogādo: & ita oīs leni amicoq; sermone mu- tua beniuolētia ueluti fœderabat: Quod si quē uidisset ex so ciis aut uerbo lasciuo uti aut īeptiore: illū uel contracta frōte uel tristi uultu aspiciens arguebat leniter ac submissa uoce in quiens eiusmodi sermonē nō esse patricii nec ingenui pueri: & quod p oris orōnem uolūtas ostēderetur. Et nequa uanæ co gitatiōis sagipta feriri posset īcautus: nullū otiū admittebat: Nā quādo ab aliis rebus sibi otiū uidebat oblatū: diuinā aliq̃ orationē aīo uolutabat: qua ueluti clipeo uæhemētior ictus oīs repelleret. Quis. n. adeo ē a natura bene īstitut⁹: ut tāquā sensus expers pturbationū initiis nō tāgatur: quibus tamē re sistere: & eas nō pati effundi latius summæ uirtutis ē. Memīe rat sane quod scriptum ē: pcliuius esse cor hoīs a puericia ad malū. Quare tametsi erat generosa quadā atq; pœne īaudita aī magnitudine: ab ira tamē quā nō nulli cotē fortitudinis eē dicunt: ita se cōpescebat: ut iratus nunq̃ uideret. Repetebat enī frequenter aīo nō modo illud Archytæ tarētini dictū īml- licum. Afficerem te supplicio: nisi iratus essem: sed ēt multo melius illud ppheticū: Turbatus sum: & nō sum locutus: atq; irascimini: & nolite peccare. Quid: quod ornatu corporis sæ culo ac mentis puritate deo seruiebat? Diuitiarum affluētia nō uitiorū sed uirtutū materia illi erat. Quicqd pecūiolæ aut abs te patre prudētissimo aut ab īdulgētissima matre accipie bat: id oē paupibus tribuebat. Illudq; præceptū assiduo ser- mone celebrabat: Si uis esse perfectus: uade: & uende oīa: quæ habes: & da paupibus: & ueni: & sequere me. Et quoniā uere- cūdia se nō metu ad uirtutē muniebat: modeste semp aliqd p ponebat. libēter audiebat. nec unq̃ sine īgenito illo pudore: q ornabat ætatē: pponentibus respōdebat. Recta suscipiebat. quæ praua eē aīaduerteret: acriter cōfutabat. Operāq; dabat: ut aduersarium docere magis quā uincere uideret. Siquid bōi aut fecisset aut dixisset: eius laudē oēm uel ī parentes uel ī ma gistros referebat. Quod si quicq̃: ut fit: aliter euēisset: q̃ uellet

Christus

Archytas

ſuum eſſe erratū dicebat: magiſtros aūt aut parentes nulla eē ī culpa. Ita eius fæcūdū ingeniū multiplicū uariarūq; laudū ſtudiis tenebatur: ut inſtar lætæ ſegetis huberiſq; agri culmis atq; ariſtis luxuriātis ſupra oēs uirtutis gradus mirifico īcremento quottidie adoleſceret. Quid. n. plura memināim: Nihil eius īgenio natura docibilius ꝑtulit: nihil acutius: nihil feracius: nihil admirabilius. Et cū nō eſſet ī diſcēdo minus uelox quā ī audiendo: quæ didicerat: ita memoriter tenebat: eloquēterq; proferebat: ut diuino quodā afflatus numīe quiret ab oībus iudicari. An hæc & alia fere īfinita ſi tecum tacitus recēſueris: nō cogitatiōe ipſa lætabere: nō geſties: nō exilies gaudio: Equidē exiſtimo te illū nūc abſentē perinde reflexa ceruice īter dormiēdum perſepe & quærere & aſpicere & cōplecti & alloqui: quaſi præſentem. Nū parū tibi ex illius recordatione ſuauitatis ſupeſt: cū uidetē adhuc cogitāti tibi oculos tuos deoſculari: uultui hærerē: ceruicē cōplecti ulnulis: teq; blādiēs rogare: ut ſollicitudinis tædia abducas: ut curas leues: ut ægritudinem oēm aīo abiicias: ut nihil ſeruilius nihil languidius nihil eneruatius nihil humilius nihil demiſſius præ te feras: cū qui excelſiore loco natus ſis: qui res illuſtris tot tātaſq; geſſeris: nullū tuum neq; dictum neq; factum latere poſſit. Hæc ī

Iacobus Antonius Marcell⁹

quam tibi reminiſcenda ſunt Iacobe Antoni Marcelle: atque uerſanda frequenter animo: Quod ſi factum abs te fuerit: non poteris nō miro ꝑfundi gaudio: cū ītellexeris & tibi & filio cōſultū eſſe quāoptime: illi quidē: quod poſt innocenter & bene actam ſæculi uitā æternā adept⁹ beatitudinē iā nihil ſibi ſentiat formidandū: tibi uero: quod certo ſperare liceat a Valerio tuo paratam ī cælo ſedē: ubi tu nō poſt diuturnū admodum tēpus tranquillam atq; iucundam uitā una cū illo ꝑ ſempiternam gloriam ſis acturus. Interea uero quod reliquum eſt: ad idem te adhortabor: ad quod Nicoclen regē Iſocrates: Quoniā mortale tibi contigit corpus: animus autem immortalis: enitere: ut animi memoriam relinquas immortalem.

Ex Mediolano anno a natali chriſtiano milleſimo quadringēteſimo ſexageſimo primo. viii. Kalendas Ianuarias.

Ad illustrem & summum uirum & clæmentissimum patrē dominum Alphonsum Sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalem.

Francisci philelfi præfatio in Aristotelis rhætoricam ad Alexandrum regem.

c VM superiore anno Bononiæ docerē clarissime pr̄: qđ ea ī urbe nemini maiorib⁹ aut honorib⁹ aut præmiis unq̄ cōtigit: coepe n̄ nulli & nobiles & magni uiri dare opam græcis lr̄is: qppe q iā aīaduertissēt: si secus facerēt: ne p dignitate ad latinū eloquiū eniterēt. Quare cū Aristotelis præcepta illa iis græce legerē: quæ de ciuilibus cāis ad Alexādrū regē. cū p auctoris more doctissime: tū ut semp disertissime scripta sunt: summis a nobis pcibus cōtenderūt: id efficerē: ut ea latīe loquerētur: Censebāt. n. prudētes uiri: quod longe plus & utilitatis & ornamēti ex iis latinis a me factis: quoniā & illi latīe loq̄: q̄ græce mallent: q̄ si græca essent: assequerent. Nō. n. eo græcas lr̄as tantope oēs discere studemus. quo iis apud atheniēses bizātiasue utamur: ut illarū subsidio atq̄ ductu latinā litteraturā atq̄ eloquētiā melius teneam⁹ & lautius. Præterea nescio quo pacto q min⁹ & diu & multū græcos codices ptractarīt: & sese illis totos dederīt: nusq̄ īcredibilē illū ac ppe diuinū lactei græcorū eloquii leporē atq̄ dulcedinē neq̄ apud oratores neq̄ apud poetas neq̄ apud philosophos pcipiūt: quo fit: ut nr̄i fere oēs qui auris delinire cōcupierīt: malīt initio græca latīe q̄ eadē græce lectitare. Ignorātes hi qdē & utilius admodū fore uolētib⁹ græca discere: ut græcæ uoces græciq̄ cōcētus illorū aurib⁹ die noctuq̄ obstrepāt: & quēadmodū grauitate latīos græcis ita nobis suauitate illos & q̄dā q̄si dictiōis ābrosia ac nectare mirū ī modū ātecellere. Id igit̄ ita familiaribus a me ill'efflagitātib⁹ obstīatissime refragari coepi: tū qa uidebā rē a nobis peti cū sua natura difficilē. Est. n. ī arte uerbū sæpius e uerbo exprimendum. quod ne absurde fiat: laboris nonnunq̄ maximi: interdum autem propter sermonis uel dissimilitudinem uel angustias uoti est: tum quia nō eo me pollere īgenio usuue intelligerē: q maiestatē Aristotelicæ dictōnis latīæ īterp̄tatiōis filo exprimerē. Proīde nolebā aut īeptus apud aliquos aut temerarius iudicari: Sic igit̄ pro uirili pte refragantibus nobis clarus uir mihiq̄ amicissime & tui noīs exími⁹ prædicator Al

Bononia

Alexander rex

berthus is qui per id tēporis Bononiæ quæstorē pro summo pontifice gerebat: idem cœpit: quod illi antea consuessent: studiosissime a nobis cōtendere: Qui tāetsi ꝑ suo iure oīa apud me potest: eo tamen facilius persuasit: quod unam hanc rem fore diceret: quā præcipue gratificari mansuetudini tuæ quirem. Aiebat enim te unū esse: qui pro regia ista & innata tibi animi magnificētia generositateq; & inaudito quodam splendore magnitudineq; ingenii cū reliquas omnis illustris disciplinas insignisq; uirtutes maximi penderes: tum hasce elegantioris artes in primis. Id mihi uir ille & amicus & grauis persuasit haud difficulter: utpote quē uera loqui nō minus nosse: ꝙ uelle: iāpridē aīaduertissem. Quod quidem cum aliis multis rebus de illo expertus sum: tum i iis laudibus quas de tua felici & augusta illa bononiensi legatiōe dies noctesq; prædicabat: Eas enim ita ponebat āte oculos: ut nihil postea bononiensium reipublicæ acciderit: quod non multo ante īpēdere: uel lapides ipsi prouiderint: Et profecto si tua sequi uestigia quibus ea res erat in manu: uoluissent: neq; ipsi excidissent: neq; tanta tamq; præclara urbs in tātas calamitates ærūnasque decidisset. Sed de his alias. Cum hāc igitur traductionē nō ingratam tibi futurā intelligerē: ut amicissimo homini morem gererē: idest: ut meipsum tuo nomini cū Albertho meo dedicarem: oblitus sum nostri: Oīa uincit amor: Rem difficillimam & meis imparem uiribus sum aggressus: Audentis fortuna iuuat: Potuit homericus ille Aiax hectora: quē neq; Vlysses neq; Nestor ī præliū ꝓuocantē excepisset: sola audacia & aggredi: & singulari certamīe supare. Potuit & Troias idem ab incēsis iā nauibus fusis achiuis oībus arcere: potuerimus fortassis etiam nos & si minus orōnis Aristotelicæ nitorē: at ipsa certe sensa latinis uerbis explicare: Verumne id unum omiserim: Nos a Fabio Quintiliano non nullis ī dictionibus interpretatione discrepasse. Idque non inconsulto factitatum ut quod ille δημηγορικον demegoricū uerbū e uerbo exprimens concionale genus: & προκαταληψιν procalepsin præsūptionē dixerit: nos usitatiore uocabulo deliberatiuū & præoccupationē nō absurde: ut arbitror: exprimere maluim⁹. Sic & alia plæraq; īuēiri cōtigerit. Nā ꝙuis ꝑdoct⁹ ille qdē & acut⁹ uir fuit: ueluti certe ē: uoluit tn̄ i n̄ null' uerbis & reb⁹ magis se sui ꝙ

Aiax
Vlysses
Nestor
Troes
Achiui

Fabius quintilianus
δημηγορικον
demegoricum
προκαταληψιν
procatalepsin

Ciceronis similem dici. Nos autem & . M . Tullii & Horatii flacci & Eusebii Hieronymi q latinissimi simul & eloqntissimi extiterunt: testimonio & auctoritate freti: in id maxime studemus: ut quæ a græcis transferimus: nihil aliud quo ad eius rei fieri possit: q̃ latinitatē sapiant: Proīde & hoc præsentis operis ad numerum caractera ac figuram pro uirili parte traduximus. Suscipies igitur præsens hoc quidquid est: munusculi magnifice pater: quod siquidem auctorem ipsum tecum repu tes Aristotelen: non te minus e regia prosapia genito magnanimo principe: quam Alexandro macedonum rege dignū existimes: Si nostram uero in te obseruātiam si nostrā in Alberthum & in præclaram omnem Alberthorum familiam dilectionem amoremq̃ consyderes: & eximiū certe id in primisq̃ deuotum: Cæterum si hisce te rebus delectari intellexero: efficies: ut propediem huic quasi præludio maiora fortasse quædā ualentioraq̃ certamina subnectam: Interea uero hunc Aristotelen lectitabis: Intueberisq̃ magna ex parte: quæ a maioribus nostris de bene dicendi scientia & tradita uobis ac relicta sunt: ab Aristotelico fonte præcepta illa quæq̃ emanauisse: Qua quidem ex re eo magis eorum impudentia miranda ē: qui cum se Aristotelicos dici uolunt: & loquendo & scribēdo absurdissimi simul & infantissimi plane reperiuntur.

Cicero
M. Tullius
Horati⁹ flacc⁹
Eusebius
Hieronymus
Aristoteles
Alexāder rex
Alberthus
Alberthi
Aristotelicus fons

PRAEFATIO.

Aristoteles Alexandro regi salutem dicit.

f
Vm tuis litteris factus certior nōnullos sæpe ad nos misisse: qui ut ciuilium causarū præcepta ad te perscriberem: a me peterent. Ego uero haud neglīgētia quidem ulla in hoc usq̃ tempus rem distuli: Sed ut quærerē ita diligēter de iis ad te scribere: ut alius certe nemo qui iisce in rebus elaborasset: diligentius unq̃ scripserit: Hæc igitur recte mihi fuerat sententia: Nam quēadmodum uestiū decore atq̃ magnificentia cæteris hominibus præstare maxime studes: Ita ut etiam dicendi inuentionem ac uim eam accipias: nitendum est: quæ pulcherrima sit: apprimeq̃ præclarissima. Longe enim pulchrius est: ac regale magis aīo esse bene cōstituto: quā habitum corporis uestibus ornatum pulchris intueri: Absurdum enim est: eum qui rerum gestarum gloria

cæteris antecellat :uideri humillimis quibuſpiam in dicendo cedere:præſertim cum non ſis neſcius eos qui in populari prĩcipatu uerſentur:res omnis ad populum:qui uero ſub unius imperii ductu conſtituti ſint:ad rationem orationẽq; referre: Quẽadmodũ liberas ciuitatis cõmunis lex:quæ ad honeſtiſſimum aliquem finem ducat:dirigere conſueuerit:eodem ẽt mõ & oratio tua queat eos:quos ĩperio tenes ad id agere:quod cõ

Lex quid

ducibile ſit & utile:Et enim lex .ut ita di erim:oratio quædã eſt:quæ communi ciuitatis conſenſu definita iubet:quopacto unũquodq; agẽdum ſit:Accedit ad rem:quod neq; tibi obſcurum exiſtimo:ſolere nos laudibus eos perinde atq; honeſtos & fortis pſeq:q & rõne & oratõe utuntur : & oĩa ea duce agere pergunt:Qui uero abſq; rõne & orõne:quicq; faciunt:tanq; atroces ĩmaneſq; odim⁹: Qua quidẽ re factum ẽ: ut:& malos eorum uitium oſtẽdẽtes male affecerimus:& bonos eorũ uirtutem declarantes:quaſi beatos admirãdos imitandoſq; uoluerimus. Sic⁹quæ & quomodo futuras calamitates euitarem⁹: boniſq; inſtantibus frueremur:adinuenimus:Proinde & ĩminentes difficultates effugimus:& abſẽtes utilitates cõparauimus : Nam ueluti uita.quæ nulli mærori ſubiacet:eligẽda:ita prudens ẽ oratio deligenda:Neq; id te prætereat:oportebit.quod hominum plurimis aliis quidem lex ipſa:aliis uero tua tum uita tum oratio exemplis datur:Vt cunctis igitur tum græcis tum barbaris antecellas:omni tibi ſtudio annitẽdum eſt: quo hi qui uerſantur ĩ his exemplis:Ita horum imitationem p uirtutis elementa pulchre effingant:ut haud ſibi deteriora cõſulant:ſed eius ſe participes fieri & cupiant:& exoptent. Rerũ ẽ præterea humanarum auguſtiſſimũ conſulatione uti . Quare ne in ſuperuacaneis uulgaribuſq; rebus ſtudium tibi terendũ eſt:ſed pro uirili potius parte elaborandum:ut ipſam belle cõſultandi artem & perdiſcas & teneas:Quis enim ſane mentis dubitarit.ſiquis inconſulto quid egerit:amentiæ quidem : ſin autem ratione duce:ſapientiæ ſignum eſſe: Intueri etiam licet

Græci

eos omnis:qui optima inter græcos repu.utuntur : oratione prius q̃ rebus conuenire:Itemq; apud eos qui inter barbaros

Barbari

dignitate præſtant:orationem rebus anteire:quippe qui probe norint eam: quæ ratione orationeq; perſpectio utilitatis

cognitioque sit: esse quandã salutis arcem. Et eiusmodi certe Arcem: quæ non manufacta: uerum & inexpugnabilis quidem sit: in primisque secura opinanda: Sed uereor hac de re pluribus ad te scribere: ne fortassis ostentare meipsum uidear: hisce præsertim in rebus: quæ probatione non indigent: sed plane patent: & in promptu sunt omnibus: Quam ob rem hæc omnia missa faciens: illa dixerim solum: de quibus in omnem uitam dicendum est: Hoc unum esse: quo cæteris animalibus præstamus: præclarum quoddam ab immortali deo adepti uideamur. Nam siquidem & cupiditate & ira & aliis huiuscemodi affectionibus utuntur: etiã reliqua quæque animalia: oratione autem homo dũtaxat: absurdum profecto maxime omniũ cædat: si qua una re bæstiis ãtecellimus: eam beneuiuendi ducem præ negligentia reliquerimus: Proinde te iam pridem tua sponte incitatum etiam atq; etiam hortor: ut dicendi philosophiam omni studio complectare: Nam ueluti corpus bonã ualetudinem ita & animus disciplina eruditioneque seruatur: Huius enim ductu haud quãq; tibi in rebus gerendis aberrare contigerit: quinpotius omnia: ut ita dicam: quæ tibi iã parta sunt: bona plãe tuebere. Quod si præterea oculis uidere iucundum est: animi luminibus cernere penitusq; perspicere admirabile certe plurimum. Rursus autem quẽadmodũ ĩperator sui est seruator exercitus: ita cẽt eloquentia quæ sapientiæ coniuncta sit humanæ est uitæ gubernatrix. Sed hæc omnia atque his similia operæpretium puto: ut missa hoc tempore faciamus. Monuisti autem tuis litteris: nequis omnino mortalium hunc librum accipiat: quippe qui non sis nescius: sicuti parentes. quos ex se genuerint magis q̃ hi quibus suppositi sunt partus amare solent: eodemq; modo ii qui præclarum aliquid ex se inuenerint: maiore ad id studio afficiuntur: quã quibus eo uti contigerit: Non secus enim pro inuentis atque pro liberis emori periclitentur: Eninuero ii quos parios uocant sophistæ: quoniam nihil ipsi pro inerti quadã negligẽtia pariũt: ne diligunt qdẽ: sed acceptis pecuniis ab se dimittũt. Hãc igitur ob rẽ te uæhemẽter moneo. & exhortor: ita hæc dicẽdi p̃cepta fues atq; tueari: ut cũ & ipa adolescũt nulli⁹ opib⁹ uiolent: sed honeste tecũ decoreq; una uiuãt: & cũ

Philosophia dicendi

Sophistæ parii

in adultam ætatem euaserint:immortalem gloriam nanciscā-
Nicanor tur. Assumpsimus autem sicuti nobis Nicanor exposuit: siqd
hisce de rebus apud cæteros artis scriptores expolitum elima
tumq; inuenimus : Impendes autem operam etiam hisce duo
bus libris:quorum alter meus est eas continens artes:quas ad
Theodectes Theodectem scripseram: Alter autem est Coracis. Reliqua ue
Corax ro omnia quæ siue ad ciuilia præcepta:siue ad iudicialia per
tinent:separatī hoc ī libro scripta sunt : Quapropter ex hisce
ad te comētariis ad ea consequēda abunde tibi adiumēta sup
petent. Vale. TRACTATVS

Genera tria Ria sunt genera ciuilium causarū : Deliberatiuū De/
monstratiuū Iudiciale:horum autem species sunt se
Species septē t ptem: Suasio dissuasio laus uituperatio accusatio
defensio& questio:aut ipsa secūdū sese: aut ad aliud.
Species igitur in quibus oīs uersatur oratio. hæ sunt numero
Iis autem utimur & ī cōsultatione ciuili:& apud iudices: & cir
ca alicuius certæ personæ dictionem:de quibus quid ē oībus:
ita poterimus apte dicere:si singillatī uniuscuiusq; speciei uī
& usum & exercitationem numero cōprehēderimus.& primū
quidē de suasionibus ē dissuasionibusq; dicendum:Ipsarū.n.
ūsus in demōstratiuo deliberatiuoq; genere locū ī primis ha
Suasio quid bet. Vt igitur summatī dixerim. Suasio ē ad aliquid eligēdū
Dissuasio qd aut dicendū agendūue exhortatio. Dissuasio uero ne quid eli
gatur:aut dicatur:agaturue dehortatio. His aūt ita definitis
suasor ostendat:oportet. hæc ad quæ exhortatē:& iusta & legi
tima & utilia & honesta & iucūda & facilia factu esse . Quod
si minus id poterit:demōstrandum erit : cum ad laboriosa &
grauia quædā exhortatur:hæc factu & possibilia esse: & q̄ne
cessaria. Dissuasor autē ex contrariis dehortetur:oportet: ut
neq; iustum neq; legittimum neq; utile neque honestum neq;
iucundum neq; factu possibile hoc sit:uel saltem & laboriosis
simum id esse:& minime necessarium. Omnes aūt actiones ha
rum utriusq; sunt causarum participes:Quare dubitandū nō
est :qn orō harūalterā cōtineat:Quæ igitur suadentes dissua
dentesq; desyderare conueniat:hæc sunt. Definire aūt iam ag
grediar unumquodq; horum quid sit. Demonstrabitēq; unde
Iustum quid ea nobis in dicendo suppeditemus. Iustū igitur est oīum aut
plurimorū non scripta cōsuetudo:honestia turpiaq; determi/

nans:Id uero est honorare parētes:amicis benefacere:& beneficiis gratiam referre:Hæc enim & his similia non iubent scriptæ leges hominibus faciunda:sed cōsuetudine non scripta & cōmuni quadam lege legitimum fit. Iusta igitur hæc sunt. lex autem est cōmunis ciuitatis cōsensus:qui scriptis præceperit: quomodo unum quodq; agēdum sit. Vtile nō est præsentium bonorum conseruatio:aut absentium comparatio:aut malorum instantiam propulsatio:aut futurorum incommodorum inhibitio. Hoc autem diuidas oportet:priuatis quidem hominibus in corpus & animum & res extrarias. Corpori enim est utile robur.formæ dignitas bona ualetudo:Animo uero fortitudo sapiētia iusticia. Extraria uero sunt. amici pecuniæ possessiones his autem contraria inutilia sunt. Ciuitati autem utilia talia quædam sunt:concordia uires ad bellum pecuniæ & prouentuum copiæ sociorum uirtus atq; multitudo:ac sūmatim reliqua his similia utilia esse ducimus:Quæ uero his contraria sunt inutilia. Honesta uero sunt:ex quibus splendor aliquis atq; illustris honos in eos:qui aliquid gesserint: emanaturus sit. Iucūda autem quæ afficiūt gaudio. Facilia uero sūt: quæ breui tempore & minimo labore impensaq; absoluunt. Possibilia autem quæcūque fieri natura possūt. Necessaria uero quæ ut fiant:arbitri nostri non est:sed tanquam ex diuina quadam aut hamana necessitate omnino fiunt. Iusta igitur & legitima & utilia & honesta & iucunda & facilia & possibilia & necessaria hæc sunt. De his autē dicere abunde poterimus & ex antedictis & his similibus & ipsis contrariis & ab his quæ iudicata sunt:aut a diis immortalibus aut a claris hominibus aut a iudicibus.aut ab aduersariis nostris. Cuiusmodi igitur iustum esset:declarauimus. Simile autem iusto est huiusmodi. Nam quemadmodum iustum existimamus obtemperare parentibus:identidem conuenit filios parentum res gestas imitari:& ueluti beneficis benefacere iustum est:ita & iis a quibus mali nihil suscepimus: iusto simile est non nocere: Hoc igitur modo simile iusto capiendum est. Ex contrariis autem opus est exemplum ipsum perspicuum faciamus: Nam ueluti iustum est in eos animaduertere: qui aliquid perperam patrauerint:ita iis qui nos beneficio fouerint:referre gratiam decet:Id autē iustum:quod ab aliquibus claris uiris iudicatū

Lex quid

Vtile quid

Bōa triplicia ī priuatis hoīb⁹

Bōa ciuitatis

Honesta quæ sint

Iucunda quæ

Facilia quæ

Possibilia quæ

Necessaria

Iusti simile qd

fuerit: sic erit accipiendũ: Verũ neq; nos soli odio hostes insegmur: maloq; afficimus: sed & Athenienses & Lacedæmonii iustũ esse iudicant inimicos mulctare. Iustũ igitur hoc modo crebra exercitatione accipies. Legitimũ uero quale etiã ipsum sit: antea nobis definitũ est. Oportet aũt ubi usui sit: ut is qui sentẽtiã dicit: legẽ etiã assumat: deinde simile legi scriptæ esset uero huiusmodi: Nã sicuti legumlator maximis aĩaduersionibus fures plectendos uoluit: ita & seductores maxĩopere sunt mulctandi: Et enĩ hi furanẽ eius quẽ deceperint hominis mentẽ: Et ueluti legumlator heredes eos statuit: qui genere ꝓximi iis essent: qui sine filiis interissent: eodẽ modo & huius pecũiarum rerumq; liberti me nunc dominũ fieri decet. Nam cum iis qui ipm liberarint: hac luce orbatis proximus ipẽ sum cognatione. iustus certe sum: qui illius res oĩs dominio teneam: Legitimo ergo simile assumitur: hoc modo: Contrariũ uero sic: Sigdem lex prohibet publica priuatim distribuere: perspicuũ est eos qui illa distribuũt: ĩiuria omnis afficere a legumlatore iudicatos. Nam si eos leges ornari iubent: qui honeste rebus cõmunibus iusteq; præfuissent: nequaq; obscurum ẽ: quin & publicarũ rerũ dissipatores mulcta dignos existimant. Ex contrariis igr̃ ita legitimũ clarũ fit. Ex iudicatis aũt hoc modo neq; ipẽ solum præsentẽ legem harũ causa rerum a legumlatorẽ positam dico: sed etiã antea ipsi iudices auctore Lysitida: æque atq; nunc a me dicit̃: sententiã de hac re protulere. Legitimũ igit̃ hoc modo tractantes multipliciter demonstrabim⁹: Vtile aũt quale sit: antea definiuimus. Assũmendũ est autem in dicendo etiã si quid ex utili inciderit: eodemq; modo tractandũ: quẽadmodũ in iusto legitimoq; tradidimus: Et sic crebris ĩ locis ostẽdendum. Esset aũt utilis simile huiusmodi: Sicuti namq; in bello conducit eos: qui plurima ualent animi magnitudĩe: primos in aci: ordinare: eodẽ modo in rebus publicis permagnæ utilitati ẽ: prudẽtissimos multitudini iustissimosq; præesse: Et quẽadmodũ hoĩbus in bona ualetudine cauere ne in aduersam incidant utile est: Ita etiã pacatis urbibus concordiaq; utentib⁹ conducibile est: sese ab omni seditione custodiant: Similia ergo utili hoc modo crebro tractanda sunt. Ex cõtrariis autem utile sic perspicuum fit: Nam si conducit eos ciuis: qui & æqui & bõi sunt: honoribus prosequi: ita punire improbos uti

Athenienses

Lacedæmonii

Simile legi

Legi cõtrariũ

Ex iudicatis

Lysitida

Vtilis simile

Vtili cõtrariũ

litatis plurimum affert: Et si qdem inutile est: nos solos aduersus thebanos bellum gerere: utile erit: ut lacædemonios socios nobis assiscamus: itaq; aduersũ illos belligeremus. Ex cõtrariis igitur sic utile clarum efficies. Vtile uero a claris uiris iudicatum hoc pa..o assũmes. Nã & lacædemõii ubi athenięses bello supassent: usui sibi fore existimarũt: ne eorũ urbẽ in p̃dã uerterẽt: Et athenięses rursus cũ possẽt sparten fũdit' euertere: cõducere sibi arbitrati sunt: si lacædemõii supessẽt. Et iustũ qdẽ & legitimũ & utile sic t·bi tractãdũ ẽ. honestũ uero & facile & iucũdũ. & possibile & necessariũ quo mõ & hæc supiora: te tractare couemet. & de iis qdẽ & hisce dicere cõmode poterimus.

Thebani lacædemonii

Vtile a claris uiris

r Vrsus aũt definiemus quãtum & quale & quid tũ i curia tũ in concione consultabimus. Nam si horum singula plane tenuerimus: res ipsæ. pro una quaq; nobis cõsultatione uerba suppeditabunt: cõmunis aũt species quas dui ante nouerimus: facile in unã quanq; causam inducere poterimus: Quapropter ea sunt nobis diuidẽda: de quibus uulgo consultant oẽs. Vt summatĩ ergo dixerimus: eæ de quibus orationẽ hẽmus: propositiones septem sunt numero. Necesse enĩ est: nos & consultare & orare: tũ in senatu: tũ apud populũ aut de sacrificiis aut de legibus aut de apparatu ciuili aut de societatibus ac fœderib' aduersus alias urbes: aut de bellis aut de pace aut de pecuniarum prouẽtibus. Hæ igr̃ propositiones sunt: de q b' oĩs ẽ nobis & cõsultatio & orõ. Harũ aũt unã quãq; diuidam': cõsyderemusq; qbus mõis orõne in his utendũ fuerit. De sacrificiis aũt abunde dicere necesse ẽ: Aut enĩ dicim' p̃nti ĩ statu ea seruãda esse: aut ut magnificẽtius: aut ut ĩ his humilius quodã modo agendũ sit: Cũ igiẽ dixerimus ĩ p̃senti statu ea seruãda esse: causas inuenim': ex iusto qdẽ dicẽtes. Iniustũ apud oĩs esse. præter cõsuetudĩes p̃rĩas quicq; agere: Quodq; oĩa uaticinia hoĩb' iubẽt patrio more sacrificia ẽẽ faciũda: Et quod eorũ q urbes p̃rĩo cõdiderũt & tẽpla diis ĩmortalib' erexere: diuini cultus maxĩe sũt diuq; obseruãdi. Ex utili ãt dicemus. q ad rei pecũiariæ ĩpẽsã aut priuatĩ aut publice cõducet ubi p patrio more sacrificiis sit indu tum. Et quo ad ciuium audentiam ea res confert non mediocriter: quippe quod grauioris armaturæ peditibus equitibusque ac uelitibus ludos celebrantibus: ciues ea ambitione delectati audentiores fient

Quæ sit cõsultanda

De sacrificiis

Ex utili

Ex honesto — Ab hõesto aũt dicem⁊: si hoc modo celebritates pulchras spectari cõtigerit: A iucũditate uero: si & uarietas quædam circa

A possibili — deorũ sacrificia ad spectandũ accesserit. A possibili autem si in eiuscemõi ludis nihil fiat: neq; parum neq; nimis. Cũ igitur in rebus diu constitutis cõsultatio nobis hẽtur: cum hæc tractamus: operæpretiũ est de antedictis aut de horum similibus cõsyderem⁊: & ea pro rei natura edoceamus: Cũ uero cõsultem⁊

De apparatu splendidiore — ut ad splendidiorẽ quendam apparatum sacrificia traducant: eæ sunt causæ nobis afferendæ: quibus merito consuetudines patrias mouere uideamur: dictitantes addere præsentibus qcq̃ id haud esse soluere: sed augere poti⁊ res antea constitutas ac firmatas: Deinde quod & consentaneũ sit: deos immortalis beniuolentiores ĩ eos esse: a quibus magis uenerent. Itẽ quod neq; maiores ipsi eundẽ semper modum in sacrificiis obseruabant: sed pro tp̃re proq; secundis rebus & priuatim & publice deorum cultũ legibus sanciebant. Postea uero quod & ueluti in cæteris rebus oĩbus cõsueuimus: ita & res pu. atq; priuatas domos administramus. Dicas enĩ opus est: si q̃a ex his ita cõstitutis utilitas ciuitati aut splendor aut uoluptas futura est: quæ qdem oĩa ita tractabis: ueluti in superioribus dictum est.

Ab humiliore apparatu — Cum ad humilius exhortemur: primum quidem tp̃ribus ẽ accõmodanda oratio: dicendũq; quibus in rebus deterius nunc hẽant: q̃ antea habuissent. deinde uero quod ne consentaneũ quidem sit deos sacrificãtiũ sumptibus sed pietate potius gaudere. Item quod eos qui supra uires qcq̃ faciunt: & dii & homĩes q̃stultissimos iudicãt. Demũ uero quod nec in hoĩum arbitrus publici sumptus modo: uerũ & in secũdis aduersisq; rebus existunt: Has igitur causas & harũ similes in sacrificiorũ ꝓpositionib⁊ hẽbimus. Vt autem & quæ ad optimũ sacrificiũ ꝑtinent: sciam⁊ & exponere & sancire: hoc etiã definiã. Est enĩ id unũ oĩum quidẽ optimũ sacrificiũ: quod aduersus deos pie ac diuĩe: ad sumpt⁊ uero moderate: ad bellũ aũt utiliter: ad spectacula uero splẽdide fuerit. Aduersus aũt deos hẽbit pie: si patriæ cõsuetudĩes institutaq; nõ soluant. Moderate uero ad sumptus: si nõ quæcũq; ad pompã missa fuerit: cõsumant. Ad bellũ ãt utiliter. si eqtes & milites una cõposite ludos agãt: Ad spectacula uero splẽdide si & auro & his huiusmodi reb⁊: quæ haud cõsumũtur: magnifice qs utit. Quæ igit aduersus deos

seruāda sūt: ppulchre ex his cōstituem⁹: Ex iis uero quæ ātea dixerimus: plāe scire poterimus: qb⁹ modis oro de uno quoq; sacrificādi genere fieri possit. De legibus aūt deq; cōstitutione ciuili rursus eodē mō tractemus. Et. n. leges sūt ut sūmatim dixerim ciuitati publici cōsensus: q scriptis termināt: atq; īperāt q unū quodq; agēdū sit. Eæ uero leges colēdæ sunt: qbus magistratus parui quidē ac multi ex sortitione id quod sseditiōe uacat: Maximi aūt ex totius multitudinis suffragiis ī popularibus prīcipatibus designentur. Ita. n. & ipe populus quoniā ī ipo sit eos donare honoribus: quos uoluerit: haud quaq; accipiētib⁹ īuidebit: & clariores magis: magisq; probitati studebūt: ut pote. qui ītelligāt usui sibi futurū. apud ciuis se pbari. Quæ igitˀ circa comitia in populari dñatu sanciri oporteat: hæc sunt. Quæ uero ad reliquā administrationē pertinēt: singillatim exponere operosū admodū fuerit. Verū ut breuiter dixerim: id obseruari oportet: ut multitudini leges īpedimento sint: ne locupletū rei īsidientur. Diuites aūt inducāt: ut ultro ad publica ministeria munificētissimi sint. hoc aūt assequi poterunt: si locupletes pro ea: quā ī publicū munificentiā exhibent: statutis qbusdā honoribus ab ipis legibus donentˀ. Siq; & agricolas pauperibus: & nauiū gubernatores uectoribus anteponāt. Sic. n. & locupletes nō inuiti reipu. īseruiēt: & plebes nō calūniæ: sed ministeriis studebunt. Opus ē præterea ea in cōditis legibus seueritatē inesse: qua neq; agrum ad egestatem redigere: neq; morientium substantias publicare fas sit: & magnos iis cruciatus inscribere: q hæc obseruare neglexerint. decet aūt aliquē iis hōestum sepulturæ locum āte urbē publice dari: qui p patria bellādo perissēt: & eorū filios ad pubertatē usq; publicis alimentis enutriri. huiuscemōi igr̄ leges ī populari prīcipatu ferendæ sunt. In oligarchiis uero: quæ paucorū dñatu administrantur: magistratus æque sunt in oēs illius ordinis uiros distribuēdi legibus. horum autē plurimi quidē ex sortitione: maximi uero magistratus occulto suffragio & iureiurādo & magna cū diligentia atq; studio decernendi sūt: ī eos aūt qui ulla in ciues uti contumelia perrexerīt: maximæ sunt pœnæ constituendæ. Plebes nanq; nō ita ægre patitur. quod magistratibus caret: qui grauiter & moleste fert: quod afficitur contumelia. Ciuium autem controuersias perbreui dissoluere

A legibus & ciuili constitutione

Lex quid

neq; in tp̄s trahere conuenit. Neq; uulgus in urbē ex agro est cōgregandum. Nam ex huiusmōi cōuenictibus plebes turbantur: paucorūq; prīcipatus rescīdunt. Vt paucis igr̄ dixerī: debent ī popularibus prīcipatibus leges cohibere plebē: ne locupletiorū bōis īhient īsidieturq;. In paucorū uero prīcipatib⁹ auertere illos: qui rēpu. gerunt: & ab ībecillorū cōtumeliis: & a calūniis īsimulatiōibusq; ī ciues. Quæ igr̄ & ī legib⁹ & ī oī cōstitutiōe ciuili desyderāda obseruādaq; sunt: ex his cognosces. Is āt orator qui quicq; lege suaderē uoluerit: hāc ōndat: oportet. æqualē esse ciuibus & reliquis legibus cōsentaneā ciuitatiq; cōducibilē ad quietē & cōcordiā maxīe: ul' ad ciuium probitatē: aut ad publica tributa: aut ad ipsius reipu. gloriā aut ad urbis potentiā: aut ad aliud huiusmōi aliquid usui cedere.

Contrariū

Aduersarius uero primū consyderabit an minus lex illa cōmunis sit oībus. Deīde an reliquis legibus nō cōsentiat. sed aduersetur potius quodāmodo: præterea an ad hoīū quæ āte dicta sūt cōductura sit nihil: sed cōtra docitura potius. De legibus igitur deq; cōstitutiōe ciuili. ex his & cōtendēdo & orādo nobis facilius aditus fiet.

De societatib⁹ & fœderibus

De sociis āt deq; aduersus alias urbes fœderibus dicere īcipiemus. Fœdera igit̄ atq; eorū ordīes necesse ē publicis cōuētiōibus fiāt. Socii uero ꝑ ea temporum sunt cōditiōe faciundi: cū aliqui suis uiribus infirmi sunt: aut bellū aliquod uideat̄ īpendere. Aut eo ē cū aliquibus īeunda societas: quod bello quosdā a se defecturos putet. Hæ igit̄ sūt causæ: hisq; cōsimiles: quibus pluris nobis assiscimus socios. Necesse ē āt cū īeundā societatē persuadere uolueris: eā maxīe tēpestiuā ostendas declaresq; eos socios atq; prime iusticiā colere: & bene āte a rēpu. affecisse: esseq; potētissimos: & ī proximo residere.

Cōtrarium

Quod si minus hæc omnia potueris: quæ suberunt oratione complectere. Cum autem societatem dissuaseris: primum ostendas oportet: haud nunc eam facere opus esse: deinde quod neque ii iusti sunt: postea uero quod & male nos prius affecerint. Sin id minus poterimus: dicemus eos a nobis porro habitare: neq; facultatem iis esse: quo nobis opportune adsint auxilio. Ex his igitur hisque similibus circa faciundas. aut nō faciundas societates & dissuadendi suadēdiq; usū facile cognoscemus. Rursus autem & pacis & belli faciūdi maxima nobis argumēta capiātur. Causæ itaque bellandi aduer

ſus aliquos ſunt huiuſmodi. Par autem eſt: de his ꝗ tempeſtiue nunc ultionē capiamus: qui nos ātea īiuria laceſſiuerunt aut nunc iniuria prouocati pro nobis ipſis: aut pro cognatis aut pro iis qui benefici erga nos fuerint: aut quo auxilio ſimus in iuſte affectis ſociis: aut publica pro utilitate: aut ad gloriam: aut ad opes: aut ad uires: aut ad aliud quippiam huiuſmodi bellū ſuſcipiamus. Cum igitᷣ ad bellum auditores uoluerim⁹ exhortari: debemus ex his cauſis ꝗ̄plurimas dicēdo comple cti: ac demum demonſtrare eorū plurima: quibus bellantes ſu periores fiāt ipſis auditoribus adeſſe. Superiores & enim om nes fiunt: aut deorum beniuolentia: quam bonā fortunam ap pellauerimus: aut corporum multitudine atq; robore: aut pe cuniarū affluentia atq; imperatoris prudentia aut uirtute ſo ciorum aut opportunitate locorum. Ex his igitᷣ & ſimilibus quæ maxime rei congruant: bellū ſumi oportere exhortabi mur aduerſariorū ptes deprimendo: noſtras aūt augēdo atq; amplificādo: Quod ſi futurū bellum impedire ſtuduerim⁹: pri mū eæ cauſæ inueniendæ ſunt: quibus demonſtretur aut oīo nullam aut paruas humileſq; moleſtias afferri: quibus ad bel lum rapiamur: deinde quod bellū minime conducit: eritq; per currendū: quæ hoībus bello ſoleant accidere: calamitates. ad hoc item oſtendendum: quæ uictoriā ſolent in bellando effi cere: ea hoſtibus magis adeſſe. hæc autem ſunt: quæ paulo an te cōmemorauimus. Futurū itaq; bellum ex his rebus diſſua demus. Quod ſi ab inſtāti bello quieſcendum eſſe cohortabi mur: ſiqdem conſultores ſuperiores fuerint: hoc ipſū primum dicendū erit: decere eos: q mente ualent haud opperiri quoad caſū eant: ſed cū uincūt: pacem faciūdā iis eſſe: Deinde quoniā ea belli natura ſit: ut & plæroſq; ex eis: qui ſecūda ī eo fortu na primū uſi ſunt: ad poſtremum perdat. Pacis uero contra: ut & uictos ſeruet: & uictoribus rerum bello adeptarum fru ctum afferat. Exponendum etiam erit eas: quæ in bello cum multæ: tum uariæ mutationes fieri ſolent. Qui ergo ſuperio res in bello fuerint: ex huiuſmodi rōnibus ad pacem exhor tabimur. Eos autem quibus aduerſæ in bello res extiterint: tum ex ipſis caſibus exhortabimur: tum ne a quibus iniu riam ante ſuſceperint: ſuis calamitatibus admoniti irrita re eos pergant: tum ex his periculis: quæ antea quam pacem

noluissent ppessi fuerit:tū deniq; quod satius partē aliquā sua rū fortunarū potioribus ipis cedere: q̄ bello periculose decer nere:quo ipsi una cū sua re parcāt. Sūmatī aūt id sciam⁹ opor tet:tunc solere omnis hoīes bellū inuicē soluere:cum aut iusta hostes rogare arbitrenť. aut cū aduers⁹ socios ulla fuerit exor ta cōtentio:aut bello defatigati sint:aut aduersarios timuerint aut ipsi īter se se dissideant. Quā ob rem quæ ex his oībus atq; horū similibus cōmodatissima in rē fuerint:colligens q̄ facilli me & de bello poteris & de pace differere. Reliquū est ut de pe

De pecuniis cō parandis

cuniis cōparandis iam loquamur. Primū igitur consyderādū erit:si qd ex urbis possessionibus neglectū est: Et neq; redditū afferat:neq; diis īmortalibus dedicatum sit:ueluti sint qdā pu blici loci iā neglecti:ex quibus aliqs prouētus ubi ii priuatis hoībus:aut uēditi aut mercede exculti fuerint:ciuitati fiat hu iusmodi namq; cēsus omniū maxīe coīs est semper:quod si ni hil sit huiusmodi:necesse erit pro singulorū copiis tributa in feranť. Vt pauperibus qdē indictū sit corpora:locupletibus āt pecunias:opificibus uero arma præstent aduersū pericula. Sū matim aūt oportet eum q de huiusmodi ꝓuentibus narret di cere eos æqualis ciuibus & diuturnos ac magnos esse: hosti bus aūt secus. Propositiones igiť de quibus ī deliberatiuo uer ba faciemus:& harū partes de quibus orōnem & suadendo & dissuadēdo cōstituemus:ex antedictis cognoscemus. Rursus aūt ꝓpositiones de laudatiua uitupatiuaq; spetie deinceps di

De genere de monstratiuo

cere aggrediemur. Laudatiua igr̄ spēs ut cōpendio utar est & uolūtatum & rerū gestarū & uerborum illustriū amplifica tio:& eorū quæ absint accōmodatio. Vituperatiua aūt cōtra illustriū horum extēuatio:obscurorū uero exaggeratio. Et di gna qdem laude ea sunt:quæ iusta quæ legitima quæ utilia quæ honesta quæ iucūda quæ facilia factu sunt:quæ qdē oīa cuiusmodi sint: & quopacto iis abunde utamur:ī superiorib⁹ dictū est. Oportet aūt eum:q laudat:orōne ostendat ī hoc seu hoīe seu ī rebus huius aliqd inesse:quod aut ipē gesserit:aut p ipm manarit:aut ex hoc cōtigerit:aut huiusmodi gratia factū fuerit:aut quod sine hoc patratū nō sit. Eodem uero modo & uituperator ostendat:oportet. horū cōtraria inesse ī illo quem uituperatū uelit:quod ex hoc cōtigerit hoc mō: Ex studiosa corporis exercitatiōe uictoriæ cōtigūt:& ex otio ī ægrotatio

nē incidit. Itē ex philosophiæ studio hoīes circa prudētiā sūt acriores. Et ex negligētia sunt rerū necessariarū īdigentes: ꝙ huiusmodi gratia factū fuerit hoc modo. Vt a ciuibus coronenť p multos labores pmultaq; pericula mortales pferunt & ut iis quos diligunt gratificētur: aliud curāt nihil. Quod aūt sine hoc patratū nō sit: hoc mō. Neq; sine nautis naualium pugnarū uictoriæ: neq; sine potu æbrietates fiūt. Hæc aūt atq; his similia ꝓinde ut supiora pcurrens & laudare & uitupera re abunde poteris. Amplificatiōes uero extenuationesq; ac talia simul quæq; hoc modo tractabit. Primū qdē ostendes ueluti modo docebamus ab hoc multa uel bona effecta esse. Vnus igiť amplificandi modus hic ē. Secūdus aūt modus est cum iudicatū aliqd transfers si qd laudes: bonum. sin aūt uituperes: malū. deinde cōferas oportet: quod abs te dictū sit & ad īuicē cōpares ex tuis maxīa ex aduersarii uero dictis minima enarrādo & hoc modo magnū illud iudicatū oñdas. Tertius mod⁹ est: ut ad illud: quod abs te dictū est: minimum qd ex his quæ sub eandē speciē cadunt: compares. Sic .n. quod abs te diciť maius apparebit: ueluti mediocri statura hoīes maiores apparēt: cū ad minores cōparantur. Amplificare autē poteris hoc modo. Si magnū sit hoc bonū iudicatū: magnū appareat malū necesse est: ubi cōtrarium huic aliquid narraueris. Eodē uero modo. si magnū malum existimať: ubi huic cōtrariū dixeris: magnum bonū apparebit. Amplificabis autē & hoc pacto uel bona uel mala: si eum gradatī ostēderis: quod præmeditatus iā diu fuerit: quod de īdustria multa gerere aggressus sit: quod pmultum tempus gesserit: qbus cum nēo alius: quod post hos post quos alius nemo quod spōte quod ex sententia quod si oēs pariter atq; hic fecerimus: ꝑfecto bene beateq; aut contra male misereq; uixerimus. Oportet aūt & cōsequēti cōtinuatione uti: & rē alterā tanq; ī alteram properādo amplificare hoc modo. Cui⁹ uero amici curæ sūt hunc recte cōsentaneum ē suos ēt colere parētes: Qui aūt suos parētes colit: hic ꝑfecto uolet ēt patriæ benefacere. Summatī āt si multarum siue bōarum siue malarum rerū eū causā oñderis: eæ magnæ uideať: necesse ē. Cōsyderādum ē ēt: qualis res ipa uidebiť: eā suis ptib⁹ diuidēdo singillatīq; narrādo: quæq; maior uisa fuerit: eā hoc modo explicare cōueniet. Amplificando igitur ubi hoc pacto

tractaueris:& plurías facies & maximas. Extenuabís autẽ in dicẽdo & bona & mala si contrario modo tractaueris: sicuti ĩ magnis dixeramus: & tũ maxime: cum nullius eũ rei auctorem demõstraris: uel si id min⁹ quod minimarum & paruissimarũ. Quomodo igiť & laudãdo & uituperando amplificabim⁹: atq; extenuabimus: quæcunq; uoluerimus scire ex his poterim⁹ Amplificationũ aũt causæ ĩ aliis quoq; speciebus utiles sunt. Sed pluría iparum uis ĩ laudatiõib⁹ uituperatiõib⁹q; cõsistit: de qb⁹ qdẽ ex ãndictis plane adiumẽta nobis suppeditabim⁹.

De genere iudiciali

Vrsum ãt simili modo accusãdi defendẽdiq; spẽm: quæ circa iudicialẽ uersatur causã: quibusq; rebus constat: & quomodo iis uti cõueniat diuidamus. Accusatio quidẽ est: ut breuiter dixerĩ: iniuriarũ delictorumq; expositio. Defensio ãt est delictorum & ĩiuriarum: quæ uel ĩ accusationẽ uel ĩ suspitionẽ uenerĩt dissolutio. Cum utraq; uero species hãc uĩ habeat: accusatori quidẽ dicẽdũ est: quãdo quidẽ ĩprobitatis aduersarios crimineť: eorũ facinora & iniusta & iníqua esse: ac ciuiũ multitudini pniciosa. Cũ uero stulticiæ crimineť: quod & ipi agẽti inutilia ea sunt & turpia & iniucunda: & quæ pfici nullo pacto queant: hæ & his similes aduersus ĩprobos uanosq; argumẽtatiões sunt. Est præterea & hoc accusatoris obseruãdum: aduersus cuiusmodi crimina supplicia sunt a legib⁹ constituta: & circa quæ ipsi iudices mulctas definiunt: cum lex itaq; poenã definierit: hoc ẽ duntaxat accusatori cõsiderãdum ut demõstret facinus patratũ esse. Cũ iudices ãt crimẽ admissũ sciunt: crimĩa illa quæq; aduersariorumq; delicta augeri cõuenit: ac maxime qdẽ demõstrari ĩpõte illũ: & de ĩdustria nõ forte quadã sed debita uæhemẽter opera iniuriã ĩtulisse: quod si minus hoc fieri abs te potuerit: putãsq; potius ab aduersario demõstratum iri se modo quodã deliquisse: aut q hæc agere pbe meditato sibi minus pspere successerit: debes uenire apud auditores auditum ĩtercludere. Inges nequaq; aduersarios decere ut post gestum negotiũ se ĩprudẽter errauisse dicant: sed ante potius uereri q̃ gerant. Deinde quod quãuis ille ĩprudenter gesserit: aut ei aduersæ successerit oportet ipsum tam ob casus atq; ĩprudentiam longe mulctari magis: q̃ qui horum neutrũ perpetrasset. Præterea quod ẽt legumlator eos qui imprudẽter deliquissent nõ penæimmunes. sed iudicio obnoxios se

Accusatio qd

Defensio quid

cit:ne omnibus errãdo noceāt. Dicendum ē etiā quod si talia respondentem admiserint:non nullos sunt habituri ad iniuriam q̄ꝫ promptissimos. Nacti nanqꝫ occasionem quæcunqꝫ uoluerint:efficient. Si uero aberrauerint rem in fortunam reiiciētes supplicio se liberabunt. Accusatores igitur ex huiusmodi rebus ueniæ locus auferendus est:sicuti antea dictū ē:multorū malorū causæ aduersariorū facinora ꝑ exaggeratiōes demonstrāda sunt. Species igitur accusandi perficitur ex his ꝑtibus.

Defēdēdi spes

Defendendi aūt species tribus præceptis constat:aut.n.defensori ostendendum est:se nihil eorum quorū accusatur:patrauisse:aut si cogatur fateri enitendū est:ut gestū a se negotiū & legitimū & iustum & honestū & publicæ utilitati usui esse ostēdat. Si hoc aūt ostendere nequiuerit:aut in imprudentiam aut in fortunam gesta negotia conferens:& iacturas ab his profectas quāminimas ostendēs: ut tibi ignoscatur. operam dabit. Iniuriam autem & imprudentiam & casum ita definias: quod ex meditatione mali fit quippiam id iniuriam ponere:inquiēs oportere pœnas maximas ī huiusmodi rebus capere: quod uero per ignorantiam detrimenti quid agitur:Imprudentiam esse dicendum est:quod autem non sponte:sed aliena potius ui aut fortuna quadā nihil eorum:quæ rectis consiliis admīstrata sunt:ꝑficit:Casum esse ponendum est.dicitoqꝫ iniuriam inferre malorum esse hoīum proprium. Imprudenter uero delinquere & circa rem gerēdam aduersam fortunam pati nō esse sibi priuatim modo sed & cōmune & ipsorū iudicium & aliorū querūqꝫ hoīum.coactus aūt ex huiusmodi causis quid fateri: ut tibi ignoscat̄:precabere. Et ut per imprudentiam casumqꝫ delinquere tibi cū auditoribus ipis cōmune esse ostendas: studebis. Oportet autem defensorem undique intueri: quibus in criminibus leges supplicia iussere. Iudices uero ipsi pecuniis puniunt. Et cum lex supplicia iusserit: demonstrandum erit: aut omnino nihil patrauisse:aut legitime iusteque fecisse. Cū iudices uero constituti fuerint punitionis extimatores:rursus eodem modo haud dicendum est:quod hæc non egerit: sed elaborandum est potius: aut ostendat se paruo detrimento aduersarium affecisse:& inuitum deliquisse. Ex his igit̄ atqꝫ similibus accusando defendendoque uerba suppeditabimus.

Reliquũ est:ut iã quæstionis speciẽ pertractemus.

De quæstiõe

T igitur sũmatim dixerim. Quæstio est uoluntatũ uel re
u rum uerborũue adinuicẽ aut ad aliã dissentiẽtem uitam demonstratio. Oportet aũt quærentẽ quærere sicubi aut uerbũ eius quẽ quæret aut actiones: aut uoluntates inter se discrepãt. Præceptũ uero hoc sit. Considerandũ erit ĩ præterito tpre: si cui quis antea amicus cũ esset: rursum inimicus & iterũ huic ipsi amicus effectus fuerit aut aliud quid contrariũ aut ꝙ petulantiã & flagitiũ ferat gesserit: gessurusue sit. si quãdo ipsi detur occasio: quod ante actis rebus eius cõtrariũ sit. Identidẽ quoqꝫ intuere: si qd dicẽdo contrariũ nunc iis dicit: quæ prius ab eo dicta fuerĩt: aut si quid iis quæ dicũtur: aut quæ antea dicta sunt: contrariũ dixerit. Eodemqꝫ modo siquid dic re uoluit iis contrariũ: quæ ab ĩpo ante dicta sunt: aut uelit opportunitate oblata: Identidẽ uero assumẽdæ sunt etiã ad alia præclara studia eius: qui querit: uitæ cõtrarietates. Quærendi ergo speciẽ si hoc pacto tractaris: nullum relinques quæstionis modum. Harum autem omniũ specierum quas superius partiti sumus: oportet etiã diuisim qualibet pro cõmodo uti: & una ĩparum proprietates cõmiscere. Hæ nãqꝫ differentias habent maxĩas. Eniuero cõmunis earũ est ad inuicẽ usus & idẽ quod & hominũ species patiunẽ Hi nanqꝫ partim similes sunt: partim ueri dissimiles tum aspectibus tum etiã sensibus. Sic autẽ determinatis spẽbus rursum quibus indigent: cõmuniter enumerabimus: & qũo his uti cõueniat quæremus.

Rimum igitur & iustum & legitimũ & utile & honestũ
p & iucundum: reliquaqꝫ deinceps: quẽadmodũ ab initio sum partitus speciebus omnibus sunt cõmunia. Veruntamen maxĩe in suadendo his utimur. Secundo aũt loco ãplificationes extenuationesqꝫ præ cæteris omnibus utiles sunt. harum uero usus ĩ laudẽ ac uituperationẽ maxĩe cadunt. Demũ autẽ ꝓbationes sunt: quibus & si circa oĩs causarum partes utendũ ẽ. In accusationibus tamẽ defensionibusqꝫ ꝙ utilissimæ sunt. Hæc nãqꝫ plurĩæ cõtrouersiæ ĩdigẽt. Sunt præterea & præoccupationes & postulata & iterationes & orõnis prolixitas & prolixitatis modus & breuitas & ĩterpretatio. Hæc.n.& his similia speciebus oĩbus sunt cõia. Quoniã igitur de iustis & legitimis ac de his similibus prius determinauimus & eorũ usũ

enarrauimus:& de amplificationibus quoq; extenuatióíbusq;
diximus:iá de aliis declarabimus.

u T igitur a probationibus primũ incipiamus duo sunt ea rum genera. fiũt. n. aliæ qdẽ ex ipsis uerbis & negotiis & hoíbus. Aliæ uero appositæ sunt iis quæq; dicuntur & quæ gerunť. Nã Icota & exẽpla & coniecturæ & cõmẽtatio nes & sententiæ & signa & argumenta & probatióẽs ex ipsis uerbis & hoíbus & negotiis sunt. Appositæ aũt probationes testes iuramẽta & quæstióẽs existunt. Opus ẽ autẽ harũ unã quãq; probationũ intelligere:qualis sit: & unde idonea í eam uerba abunde nobis suppetẽt:& quid demũ eæ inuicẽ differũt

De probationibus

εἰκοσ icos igiť quod ꝑbabilẽ propositionẽ dicimus:illud ẽ: quod cũ dixeris:auditoribus in mentibus eius exempla tenẽt. Dico aũt ueluti si quis íquiat uelle patriã magnã esse:& necessarios rebus secundis uti:aduersis autẽ inimicos:atq; his simi lia summatim probabilia uideanť. Quilibet enim auditorum qui huiusmodi delyderiis teneať : Ipse sibi de hisce deq; simi libus rebus conscius est Quam ob rem hoc nobis in dicendo semp suadendũ est:si rei de qua loquimur:conscios auditores ꝑceperimus. hisce. n. rebus par ẽ credere eos maxíe. Vis ergo ꝑbabilis ẽ huiusmodi:Ipsũ u.ro in tris distribuemus species. Vna quidẽ est:quæ eas ꝑturbationes accusando aut defendẽ do uerbis cõprehendit:quibus homines natura afficiunť:uelu ti si quẽ aliqui floccipenderint:aut timuerint:aut eandẽ rẽ sæ pissime fecerint:aut iterũ uoluptate uel dolore uel libidine affe cti fuerint:aut cupiditatẽ uacarint:ut diuitiis abundarint:aut aliã h iusmodi perturbationẽ siue animis siue corporibus si ue aliquo illorũ sensuũ quibus homines afficiunť:passi fuerĩt. Hæc namq; & his similia quæ cões sunt humani ingenii ꝑtur bationes:auditoribus nota sunt:quæ igitur secundũ naturam hoíbus fier cõsueueř:quæq; dicẽdo cõpræhẽdenda dicimus: sunt huiusmodi. Altera uero probabilis pars est mos :quẽ ꝑ consuetudíe singuli facimus. Tertia uero species lucrũ est . Nã sæpe lucrãdi gratia naturæ ium afferẽtes cõsulto mores indu cimus. His aũt ita determinatis in suadẽdo quidẽ ac dissuadẽ do demõstrare pro quæsitis oportet:ut hoc negotiũ:ad quod ipi exhortamur:uel cui aducrsamur:ita fit sicuti a nobis diciť. Vel ut ea quæ huic negotio similia sũt:hoc modo fiũt:quo nos

εἰκοσ icos

dicimus:aut plurima aut oīa. Cōtra res igiẗ hoc pacto ꝓbabi le ē capiundū. Contra hoīes uero ī accusationibus quidem si potueris: demonstrabis aduersariū hoc idē negotiū saepe ātea patrauisse. Sin id min⁹ poteris huic similia demōstrato. Ostē dere aūt elabora quod haec facere cōducibile ei fuerat. Homi num aūt plurimi quoniā ipsi utile oībus rebus āteponunt. Iti dem etiā alios oīa gerere hui⁹ genera facile putāt. Siquidē igi tur ab ipsis aduersariis probabile capere potueris. Ita illud in ducito. Sin id minus quiueris: a similibus tibi: quae hoīes con sueuere īferenda sunt. Dico aūt ut huiusmodi iuuenis est: quē accusas: quae ii qui id aetatis sunt agūt. haec ipsum fecisse dici to. Nā pro similitudine etiā quae aduersus hunc dicunẗ facilli me credētur. Eodemq; modo si eius socios tales ostēderis: qua lem hunc esse dicis. Et enī ob eā: quae huic cū illis cōsuetudo ē: uidebitur iisdē rebus indulgere: quibus amici solent. Itaq; ꝓ babile accusatoribus hoc pacto tractandū ē. Defensores autē maxīe ostendāt: oportet ut minime prorsus oīum quicq̄ ātea earū rerū quarū īsimulanẗ neq; ipsi neq; amicorum aliqs neq̄ ipsorū similiū quis unquā egerit: ut q̄ nihil ī iis utilitatis con sequi potuisset. Quod si liquidū sit hoc idē te ātea patrauisse: causā ī aetatē reiicies: & aliquā huiusmodi aliā afferes causā: qua tunc nō absurde erraueris. Dic autē nec ea tēpestate: dum haec gesseras: cōduxisse tibi: nec etiā nunc conducere potuisse. Sin aūt nihil abs te huiusmodi patratū sit: sed ex tuis amicis aliqui talia quaedā fecerīt. Dicēdū est haud quaq̄ iustū esse te ab illis calūnia affici. Eritq; demonstrādū eorū socios q tibi cō suetudine iuncti sint: & moderatos & honestos esse. Sic.n. in simulationem ambiguam reddes: quod si similium aliquos de monstrarint eadem patrauisse: absurdum esse inquies: si pro pterea quod alii quidam deliquisse appareant. creditum eant: te eorum aliquid quibus in iudicium arcesseris factitasse. Sī quidem igitur īficiatus fueris: haud ea fecisse: quorum accusa ris: sic te per probabilia respondere oportet. Ita namque accu sationis uerisimilitudinem infirmabis. Si uero fateri compel laris: ex multorum consuetudine similitudinem negotiis tuis uendica: quam maxime inquiens ut plurimi uel potius omnes & hoc & similia agunt: sicut etiam abs te factitatum sit: quod si hoc demonstrari nequeat: confugiendum est ad

casum & ad īprudentiā: & ut tibi ignoscatur enitendū. Oēsq; hoīum ꝑturbationes quibus rōne deficimur cōplectendæ: hæ aūt sunt: Amor. Ira. Vinolentia. Ambitio & his similia. Itaq; his præceptis ꝓbabile pulcherrime tractabimus.

Xempla aūt sunt res iis quæ factæ sunt. similes: & his de quibus nūc loquimur contrariæ: Iis uero utendū est: cū quod ipse affirmas: ubi minus uerisimile sit: id te perspicuū facturū dicas. Nā si minus fidei per ꝓbabile præstet: ubi didicerit rē aliā ei similē de qua loqueris: ita habuisse: ut a te dicit: magis crediderit uerbis tuis. Sunt aūt exēplorū duo genera. Res nāq; partim rōne partim præter rationē fiunt. Quæ uero ratione fiunt: facile creduntur: Quæ aūt præter rōnem: nō credūtur: Dico aūt sicuti siquis ait diuites esse pauperibus iustiores adducitq; iustas aliquas uirorū diuitū actiones. Huiuscemodi exēpla secundū rōnem uidētur esse. Plurimi. n. putant diuites pauperibus iustiores. Quod si quis rursus enūciet diuitum quosdā ob pecunias iniuriā intulisse: eo usus exēplo: quod præter rōnē sit: plane afficiat quo locupletibus fidei minus adhibeatur. Identidē ēt si quis earū rerum exemplū afferat: quæ rōni similes sunt quoniā Lacedæmonii quādoq; aut Atheniēses freti essēt magna sociorū manu: hostis expugnauere: & sic auditoribus suadet socios multos esse faciūdos. huiusmodi ergo exempla secundū rōnem sunt. Oēs. n. existimāt in bellis multitudinē nō parū momēti ad uictotiam ferre. Si quis autē ostendere uoluerit nō hanc esse uiuendi causam: earum rerum utatur exemplis: quæ præter rationem factæ fuerint. Inquiēs ut athenarū exules cū quinquaginta primū uiris dūtaxat & tribu assumpta etiā aduersus eos qui admodū plures in urbe fuerāt: quāq; Lacedæmoniis sociis utebātur: bello in urbē rediere. Thebani aūt lacedæmoniis atq; oībus prope pelopōnensibus in boetiā īpetum facientibus. Hi soli ad leuctra cōmisso prelio lacedemoniorū uires ꝑfregere. Dion uero syracusan⁹ cū militibus tribus millibus syracusas nauigās dionysium longe maiore ui fretum debellauit. Itidem autem & corinthii cum ī syracusanorum auxiliū nouē triremibus issent: Carthaginenses qui centum & quinquaginta nauibus in syracusanorū portus applicuissent: atque urbem omnem præter arcem haberēt: nihilo tamen minus expugnauere. Summatim

De exēplis

Quot genera exemplorū

Lacedæmonii
Athenienses

Atheniēses exules
Lacedæmonii
Thebani
Lacedæmonii
Peloponnēses
Boetia
Leuctra
Dion
Dionysius
Corinthii
Syracusani
Carthaginēses

uero hæc atq; his similia: quæ præter ratiōem sint gesta: ea i cōsultatiōes iprobare consueuere: quæ pro ratiōe fiunt. Exemplorum igitur natura est huiuscemodi. Iis uero utroq; modo utēdum est. Nam cū res quæ ratione fiunt dixerimus: ostēdemus utplurimum hoc pacto negotia perfici. Cū aūt quæ præter rōnem fiūt: loquimur. afferemus quæcūq; temeritate uidētur facta rectissimo fine cōclusa. Cū aduersa aūt hoc dixerit: oportet ostendere: hæc perinde ac fortunato casu aliquo accidisse. Eritq; dicēdum eiusmodi res q̄ rarissime contigisse: quæ uero ad te narrarētur q̄ sæpissime. Exemplis igitur ita uti cōuenit. enīuero cum ea quæ nulla ratiōe sunt facta in medium attulerimus: opus ē eorum q̄ plurima complectamur: dicam⁹q; nihil ea magis quā hæc fieri consueuisse. Exēplis uero non ex his solū uerum etiā ex contrariis est utēdum. sicuti si osten deris auare quosdā usos sociis: & propterea ipsorū solutā amiciciam & asseras: nos uero si æqualiter ac pro commodis erga ipsos rem gesserimus: societatem multum temporis conseruabimus. Et iterum si quos alios. quoniam imparati descendissent in bellum: deuictos superatosq; ostendas. ita dixeris si instructi bellum aggredi uoluerimus. meliores certe spes de uictoria habuerimus. Multa uero assumens exempla: tum ex p̄teritis tū etiā ex īstātibus negotiis. Pluriæ nāq; res parti similes ptim dissimiles īuicem sūt. Quā ob rem ob id causæ exemplis abūdabimus: & quæ ab aliis dicūtur. haud difficile refellem⁹. Exemplorū ergo genera & quomodo iis uti oporteat: & unde multa capienda sunt: ex antedictis cognoscer̄ possumus.

De cōiecturis

c Oniecturæ autē sunt: quæcunq; iisce rebus: de quibus omnis habetur dictio: repugnarint. Et quibus ipsa sibi oratio aduersat̄. Auditorū. n. plurimi his contrarietatibus: quæ dicendo agendoue contingunt: Coniectat sani inesse nihil: neq; in dictis neq; in factis quidem. Multas autem capies coniecturas intuens: siue ipa sibi aduersarii contradicit oratio siue res ipsa est dictioni contraria. Cōiecturæ igitur huiusmodi sunt: & ita uti hubertim poteris.

De cōmentationibus

c Ommētationes uero sunt: nō ex modo quæ orationi atque negotio aduersantur: sed & aliis rebus omnibus. Assumes aūt multas easque tractabis: quemadmodū in quærendi specie dictum est. Considerabis etiā sicubi ipsa sibi

sibi dissentit oratio: aut si gesta negotia iustis aut legi aut utili aut honesto aut possibili aut facili aut probabili aut mori dicentis aut rerū cōsuetudini aduersatur. Huiusmodi igitur cōmentationes sunt cōtra aduersarios assumendæ. His uero cōtrariæ ꝓ nobis dicendæ sunt: Quippe q̄ ostēdam⁹ & negotia & uerba nostra iniustis & ex legibus & īutilibus. & īproborū hominū moribus & sūmatim his qui nequā censentur maxīe aduersari. Oportet autē harū singulas breuiter & noībus quā paucissimis eloqui. Cōmentationibus igitur hoc modo copiosissime uti optimeq; poterimus.

De sentētia
Quot sentētiarum genera

Sententia uero ut sūmatim dicam: est aduersus res omēs opinionis propriæ declaratio. Sētētiarum aūt duo genera sunt. Alterū quidem credibile. Alterum uero incredibile. Cū ergo credibile dixeris: nullæ sunt reddēdæ causæ: Nā neq; quod dicitur: ignorat̄: neq; non creditur q̄dem. Cū uero īcredibile dixeris: causæ paucis sūt dicēdæ: ut & dicacitatem & incredulitatē effugias. Sententiæ aūt eæ semper afferendæ sūt: quæ sint rebus præsentibus q̄ cōsentaneæ: ne quod dicit̄ inconcīnū uiolentūue appareat. Eas aūt multas faciemus: aut ex ꝓpria natura aut ex superlatiōe aut ex similitudine. Sententiæ aūt ex ꝓpria natura huiusmōi sunt. Nemo mea sententia rerū imperitus grauis īperator esse potest. Altera aūt talis est. Prudentiū uirorum certe est: ex rerum præteritarū exēplis operā dare: ut incōsulta effugiant errata. Ex ꝓpria igitur natura huiusmodi sentētias faciemus. Ex superlatione uero talis: ex acerbiora mihi uident̄ fures q̄ latrones admittere. Nā ii clanculū: hi uero palam pecunias eripiūt. Sentētias igitur ex superlatione hoc modo multas faciemus. Ex similitudine aūt sunt huiusmodi: qui pecunias auferūt: idē faciūt mea sententia: q̄ ii solent: q̄ urbes produnt. Vtriq;.n. crediti iniuria credētes afficiunt. Alia uero huiusmodi ē. Vident̄ mihi aduersarii tyrannos plane imitari: Nam etiam illi quarum ipsi rerum iniurias aliis faciunt: pœnas dare indignum putant: quæ autem aliis crimini dant uæhemētissime horum causa illos cruciant: & hi si quidem ipsi aliquid mihi debent: haud reddunt: si quid uero his ego debeo: & id & fœnora restitui sibi decere arbitrantur. Sententiis igitur ita tractando affatim abundabimus.

De signo — Ignum uero est alterius aliud non: quod ius cuiusuis: s neque omnis omne: sed quod aut ante fuerit: aut in ipso negotio: aut post fieri consueuerit. Est autem signū

Signū quid — & factum non facti solum: sed & non facti. Identidem uero & non factum non solū non facti uerum & facti. Signa uero efficiunt alia quidem opinionem: alia uero scientiam: Id autē pulcherrimū est quod scientiam efficit. Secundo autē loco quod opinionem maxime uerisimile operatur. Signorum autem copia nobis hubertim erit: ut sūmatim dicā ex eorum singulis: quæ dicunt: quæ gerūtur: quæ uidentur: pro uno quoq; assumendo tum ex magnitudine. tū ex prauitate eorū: quæ nobis mala bonaue contingunt. Item ex testimoniis ex testificatis ex nostris ex aduersariorum fautoribus ex ipis illis ex puocatioīb⁹ ex temporibus ex aliis multis hinc igitur signorum multitudine abundabimus.

De argumēto Elenchon — Rgumentum autem est: sic. n. elenchon interpretamur: a quod aliter habere non potest: atque ipsi dicimus. Assumitur autē ex natura necessariis: ut nos dicimus: aut aduersari⁹ & ex iis quæ natura fieri aut possunt: aut non possunt: sicuti aduersarii dicunt. Natura igitur necessarium ē: sicuti uiuos cybis indigere. & his silia. Vt uero nos dicimus: necessarium ē: affectos uerberibus ea confiteri: quæ cædentes iusserint. Natura autem fieri non potest: puellum argenti tantum furto subripuisse: quantum ferre nequeat: & id ferentem abisse. Vt autem aduersari⁹ dicat: fieri nō poterit. si quidem dixerit quibus temporibus athenis debiti tabellas nos fecisse: ipsi autem possumus auditoribus demonstrare: ut ea tēpestate ad aliam quandam urbem aberamus. Argumenta igitur ex his atque similibus faciemus. Prorsus uero & ex ipsa conditione & ex negotiis & ex aliis probationes omnis transegimus. Consideremus etiam quid item inuicem eæ differunt.

De pbabili & differētiis — Robabile igitur ab exēplo hoc differt: quod probabilis p ipsi auditores notionē hēnt. Exēpla uero ex cōtrariis & ex similibus fieri possunt. Coniecturæ āt solum ex dictionib⁹ actionisq; cōtrariis cōstant. Verū cōmentatio a cōiectura hāc habet differentiā: quod cōiectura quidē circa dictionē actionēq; cōtrarietas quædā ē. Cōmētatio uero & circa reliquas spes cōtrarietates excipit. Aut quod & cōiecturā nō ē ī nobis

assumere:nisi circa res & uerba repugnātia quædā fuerit. Cō mētatio uero e multis locis trahi dicēdo pōt. Sentētiæ āt a cō mentatiōibus differunt: quod eæ solū ex cōtrariis cōstant. Sē tentias uero & cū repugnātiis & simpliciter ipsas secūdum se se oñdere possumus: Signa āt a sententiis & ab oībus añdictis hāc hēt differentiā: quod reliqua quidē oīa opinionem faciūt apud auditores. Signorū āt quædā ut etiā perspicue hi cogno scant: efficiuut. Itē quod ex reliquis nequaq̄ cōtigerit: ut ipsi pluria suppeditare possimus. Signa uero pluria facile queūt fieri. Itē & argumentū a signo hāc hēt differentiā: quod signo rum qdē aliqua opinionē duntaxat faciunt apud auditores. Argumentū āt oēm ueritatē iudices edoceat. Verborū igr̄ rerū q̄ probationes eiusmodi sunt: & unde his abundemus: quidq̄ inter se differunt possumus ex antedictis cognoscere: quæ autē apponuntur eas singillatim percurramus. Opinio ergo dicētis est suam aduersus negotia declarare sententiam. Opus autem est earum se rerum: de quibus orationem habuerit: peritum esse ostendat: demonstretq̄ sibi conducere non mediocriter: ut ueritatem de his loquatur. Aduersariū uero demonstret nullā prorsus: de quibus contra enūciet: tenere peritiā: opinionemq̄ identidē ostendat. Sin hoc fieri nequierit: dicendū erit: solere etiam rerū peritos errare nō nunq̄. Si hoc aūt dici nequeat di cetur perniciosum aduersariis esse de hisce rebus ueritatē loq Itaq̄ hoc modo dicentis opinionibus utemur: & nostra asserē do & aduersariis contra dicendo.

De testimonio & testibus

t Estimonium uero est rei cognitæ uoluntaria confessio. Necesse aūt est: aut uerisimile testificatū esse: aut nō uerisimile: aut ad credēdū ambiguū. Eodem quoq̄ modo te stem aut probabilē aut improbabilem aut ambiguū esse. cū er go testificatū uerisimile fuerit: & testis uerax: testimonia epilo gis minime īdigēt: ni fortasse decoris gratia uel sentētia uel cō mentatione ut paucis uolueris: cū testis aūt suspectus fuerit de monstrādū erit: ut neq̄ gratia neq̄ cruciatu neq̄ lucro aliquo hic mēdacii qcq̄ testificaret̄. Docēdū ē ēt: neq̄ cōducere qdem mēdosū testimoniū. Nā & utilitates puas esse. & argui difficilli mū presertī cū deprehensū nō solū argēto uerū & gloriæ & per fidiæ pœna leges plectendum uolunt. De testium igitur fide ita loquemur. [illegible] utem: qui testimonio contradicunt: oportet

testis moribus detrahant: si improbus fuerit: aut testificatum quærendum esse dicant: si minus probabilitatis habuerit: aut horum utriq; contradicant: & in unum oĩa aduersariorum uitia flagitiaq; congerant. Consyderandum est etiam: an testis ei: cui testimonium dicit: amicus est: aut si secũ negotii alicunde est particeps: aut si ei quem contra testificatur inimicus est aut pauper. Hi &.n. alii gratia alii cruciatu alii lucro mendacii suspicioni obnoxii testificando existunt. Et falsorum testiũ legem de his legumlatorem tulisse inquiemus. Proinde absurdum esse dicemus: quibus legũlator non crediderit: Iudices qui secundum leges iudicare iurati sunt: testibus ipsis credãt. Hoc igitur modo testium fidem infirmabimus. Poterimus aũt & testimoniũ imprudẽtibus aduersariis nostris subducere: hoc pacto: Dic mihi o calicle testimonium per deos ĩmortalis nullo modo sum dicturus: Nam me prohibẽte hæc gesta ab hoc sũt Et ob id in ferẽda sententia falsus testis falsi testimonii pœnæ nõ erit obnoxi⁹. Cum igitur testimonium subducere nobis cõduxerit: sic eo utemur: quod si aduersarii tale quid fecerint: demonstrabimus eorum uersutiá & scriptis testimonium dicere uidebimus. Quomodo igit̃ & testibus & testimoniis uti cõueniat ex his sciemus.

q Væstio uero est inuita cõscii hominis cõfessio. Cum nobis igitur utile fuerit eam uæhementẽ efficere: dicẽdum erit: ut priuatim qdem hoĩes de ualde necessariis: ciuitates aũt de maximis rebus ex quæstionib⁹ probationes capiũt: quodq; certior testibus est quæstio. Nã testibus mentiri cõducit sæpe: quibus aũt quæstiones admotæ sint: ueritatem loqui plurimum utilitatis affert. Sic.n. cruciatu celerrime liberãtur. Cum uero quæstiones improbare uolueris: primũ quidẽ dicẽdum erit: ut quæstionibus cruciati iis: a quibus traditi sunt: hostes fiunt: & propterea non nihil in heros mentiuntur. Deinde quod quærentibus plerunq; nõ uera cõfitent̃: quo maturius doloribus se se eximant. Erit etiam demonstrandum nonnullos liberos hoĩes quo celerius suppliciũ effugerent: aduersũ semet ipsos tormentis effectos ementitos. Quam ob rẽ magis consentaneum esse seruos aduersus dominos: quo suũ effugiãt cruciatum ementiri q̃ multos dolores & corporibus & aĩs tollerare: quo cæteri nihil mali patiantur: ubi mẽtiri ipi noluerĩt.

Quæstiones igitur ex his atq; horum similibus probabilis & improbabilis constituemus.

De iureiurādo

i Vsiurandum est cum diuina ueneratione dictio proba tionis expers. Cum igitur augere ipm uoluerimus: ita di cendum erit. Nemo certe peierare uellet: cum diuini sup plicii metu tum dedecoris apud hoīes: eritq; subdendū latere homines posse: deos autem non posse. Cum aduersarii uero ad iusiurandum confugerint: si extenuare id uoluerimus: demon strandum erit: eorundem esse hominū: ut male agant: & peiera re non curent. Nam qui facinorosus deos latere putat: hic ne q; peierans suppliciū se ire sortitum putat. Et iusiurandum qui dem eodem modo: quo etiam reliqua antedicta tractauim⁹ pla ne dicēdo nobis suppetere. Sūmatim autem omnis probatio nes quemadmodum proposuimus: iam percurrimus: dedimus q; non eam uim solum: q; earum quælibet haberet: uerum eti am quid int er se differunt: & quo pacto iis uti conueniat: osten dimus. Nunc autem edocebimus de reliquis partibus: quæ & trium specierum sunt: & ī omnem orationem plurimum deco ris & utilitatis afferunt.

De præoccupa tione

p Ræoccupatio igitur est: qua & auditorum existimatio nes & eorum: qui contradicturi sunt uerba præueniētes obuias difficultates remouebimus. Auditorū aūt existīa tiones hoc sunt modo præoccupādæ. Admirantur autem ali qui fortasse uestrum: quod ipe iuuenis ita de rebus magnis uer ba facere aggressus fuerim. Et rursum. Nemo se se mihi diffici lem obuiam offerat: quod de his sim uobis rebus consultatu rus: de quibus aliqdam audacter apud uos eloqui cunctātur: Quæ igr̄ moleste auditoribus laturi sūt: sic præoccupādo cau sas feras oportet: qbus recte facere cōsultādo uideare: utpote q demōstres oratorū inopiā periculorū magnitudinē aut publi cā utilitatē aut aliā huiusmodi causā: qua auditorū īdignatio nē solutur⁹ sis. Quod nihilomin⁹ auditores turbētur: breuite dicēdū ē uel tāq; in sentētiæ uelut ī cōmētationis figura: qu rū oīum absurdissimū uēire qdē tāq; ea hisce de reb⁹ cōsulti ros: quæ optīa sint. Nūc āt qn̄ qdē uolūt eos audire: q sentētiā dicūt: arbitrari pulchre cōsulere posse. Et rursū honestū ē: aut ipos assurgētes sentētiā dicere: aut dicētes audire: quæcūq; ex suffragiis facere ipi cēsuerīt. Deliberatiuo igr̄ ī genere sic ē &

præoccupatiõibus utendũ & tumultibus occurrendũ. In iudi
ciali ãt præoccupationib⁊ utemur quẽadmodũ ẽt ĩ prædictis
Occurremus ãt tumultibus siquidẽ ĩ orõnum prĩcipiis fiant:
hoc modo. Non ne igitur absurdũ est legumlatorẽ quidem ius
sisse duas orationes aduersariorũ cuiq; reddendas: uos aũt iudi
ces ex lege iudicare iureiurãdo astringi: deĩde ne unã qdẽ ora
tionẽ audire uelle: & eã quidẽ orationẽ: quæ tantã cõsilii uim
habet: ut in ea audiẽda rectissime sitis sentẽtiã laturi: Vos aũt
ĩ his adeo negligẽtes esse: ut cũ neq; ipsa dictionũ initia ptuleri
tis: iã oĩa accuratissime didicisse existimetis: & alio modo qui
nõ absurdũ ẽ: legũlatorẽ quidẽ in pari sententiarũ numero im
perare reo uictoriã dari. Vos ãt usq; adeo cõtra de his sentire:
ut neq; ĩsimulationi reos respondẽtes audiatis: & illũ quidem
ob maius reorũ periculũ hanc ipsis prærogatiuã atq; priuile
giũ ĩ ferendis sentẽtiis ĩpartiri. Vos ãt cõtra his qui ullo sine
periculo accusatũ ueniũt: neq; cõtentiosos neq; pertinaces esse:
eos uero q cum metu periculoq; criminibus respondẽt: clamo
rib⁊ corripere atq; perterrere. Siquidem igitur in orõnum ini
tiis turbæ fiant: hoc pacto erit iis occurrẽdũ. Quod si ĩ dictio
nis progressu dicentẽ turbauerit: siquidẽ pauci quidã id agãt:
erũt ii corripiẽdi: dicendũq; ipsorũ profecto esse iusticiæ: ut se
se nũc ad audiendũ præstent: ne aliis recte iudicãdi ĩpedimen
to sint: cũ uero audierint: ut tũc qcqd libuerit: faciãt. Sin mul
titudo oĩs tumultuetur: nõ ipsos iudices sed ipsũ te corripias:
oportet. Nã si illis molestus fueris: irã in te contrahes. Si te ue
ro accusaris ac dixeris deliquisse: ut ueniã cõsequar: facile præ
stabis. Opus ẽ etiã iudices deprecemur: ut nos dicentis bẽigne
audiant: & quarũ rerũ clã sententiã sunt laturi: iã perspicuam
mentẽ ponãt. Et ãt breuiter cõplectamur: turbis sũmatĩ occur
remus uel sentẽtiis uel cõmẽtationib⁊: ostendemusq; perturbã
tes: aut iusto aut legitimo aut publico utili aut honesto repu
gnare. Ex hisce nanq; maxime fit: ut auditores a tumultibus
acquiescant. Quomodo igiť præoccupationibus apud audito
res utendum sit: & quo pacto turbis occurẽdum ex antedictis
cognoscemus.

q Væ ãt ab aduersariis uerisimiliter dici poterũt: rursum
quo mõ præueniẽda sint demõstrabo. Forteq; suam de
flebit inopiã: Cuius nõ ego quidem sed huius mos erit

cā.Et rurſus audio ipm:& hoc illudq́ dicturū.In ſupiore ergo orone:quæ aduerſarii dicturi uideāt:ſic præoccupādo & ſol uere & īfirmare:oportet.Et.n.tāetſi firmiſſima :ſunt:quorū in ſimulamur:nō itidē magna iis q iā antea audierint:uidentur. Quod ſi ſecūdæ ī dicēdo partes nobis datæ fuerīt:& aduerſa rii quæ dicturi ſumus præoccuparint:ea rurſū cōtra anticipā do ita a nobis ſoluenda ſunt.Hic āt ne dū multa de me menti tus apud uos fuerit : ſed certo ſciens ſe ſe a me redargutum iri meā orationē occupando calūniæ dedit:ne eā quā oranti ſibi præſtiteratis :ī me audiendo attentione ſitis:uel ne ipſe orō nem habeā apud uos ob eā quam hic de me prius calumniam habuerit.Sed plane puto oportere uos meā dictionē ex me ip ſo potius q́ ex aduerſario meo cognoſcere:&ſi hæc ab eo ſūt prius dicendo inſimulata:quas nō mediocres dixerim eſſe cō iecturas eū nihil nūc ſani dictitare.Vtitur aūt & Euripides in philotete pulcherrime hac ſpē hoc modo.Dicem⁹ ipſi licet & hic noſtrā putet iam pdidiſſe dictionē ſuggerēs iniuriā feciſſe. Verū ex me meas res diſce:ſe ſe pādet:hic de ſe loquēs.Quem admodū igitur præoccupationibus & erga iudices & erga ad uerſarios ſit utendum ex his ſciemus. Euripides

p Oſtulata uero ī orōnib⁹ ſunt:quæ auditorib⁹ oratores poſtulant.Horū aūt alia ſunt iuſta:alia uero iniuſta.In iuſtū quidē poſtulatū eſt per quod his quæ loqmur attē tionē præſtari:ac benigne audiri petimus:Iniuſtū uero quo ſe cundū leges nos iuuari:ac nihil præter leges in nos decerni & caſibus ignoſcēdū poſtulamus.Siq̄dē poſtulatū præter leges fuerit iniuſtū.Si uero ſecūdū leges fuerit iuſtū dicit̄.Poſtulata igr̄ ſūt huiuſcemōi.Ipſorū āt differētias diuiſimus :quo & iu ſtū & iniuſtū poſtulatū dignoſcētes nō īepte iis uti poſſum⁹:& ne nos aduerſarii lateāt:cū iniuſti gcq́ a iudicib⁹ flagitant.Et de iis quidem & ex antedictis ſcire poterimus. De poſtulatis

i Teratio āt ē breuis admonitio.Ea uero utēdū ē tū circa ptiū tū circa toti⁹ orōnis exitū.Iterabim⁹ āt ſūmatī uel raciocināndo ul'īterrogādo ul'enumerādo ul'eligēdo.Ipo rū āt unūquodq́ quale ſit:demōſtrabo . Ratiōari igr̄ ē huiuſ modi.Ambigo āt ipē quidem quid ii fecerīt :niſi uos plane an tea reliquiſſent.Arguebatur autē aduerſus hanc urbē noſtram cum exercitu proceſſiſſe:Nihil uero eorū : unq́ quæ ſpopōdiſ ſent:factitarūt.Itaq́ racionari ē huiuſmodi.Enumerare autē De iteratione

tale ē. Demonstraui āt ipsos qui priores societatem soluere: q primum nos sunt adorti: quo tēpore aduersus lacedæmonios bellum gerebamus: quiq; maxime studuere urbem nostram ī prædam uertere. Enumerare igitur ē huiusmodi. Ex electione āt admonere ē huiusmodi. Recordari oportet cōtigisse nobis: ut posteaq; societatem cum his iniuimus: nihil unq; mali ab hostibus passi sumus. Nam cū sæpenumero nobis auxilio ue nissent: lacedæmonios qui nostrū agrum deuastarent: propul sarūt. Multas etiam pecunias etiā hoc tempore ad nos deferūt. Ex electione igitur hoc modo admonebimus. Ex īterrogatiōe uero hoc modo. Libenter āt ex istis quærerem: quid uobis ꝓ conuentis haud soluunt. Neq; n. indigentis se dicere audeāt: quippe qui tantū pecuniarum ex hoc solo quotannis accepis se demonstrentur. Neq; dixerint quidem multum æris circa rempu. cōsumpsisse. Prorsus. n. minores īpensas: q; reliqui oēs īsulani ꝑtulere. Ex īterrogatiōibus igī hoc pacto tractabim⁹.

De ironia

i Ronia uero quā tum simulādi tum dissimulandi cauil lationē uocamus: ē cum aliud dicimus: & aliud dicere simulamus. Eius aūt forma sit huiusmodi: ut in antedi ctis breuiter cōmorando persistā. Nequaquā uero dicere opor tet mea sentētia: ut hi qui multas se bona factitasse prædicant: malis plurimis ciuitatē affecerint. Nos uero qui ab his ingra titudinis carpimur: & his auxilio sæpe fuerimus: & iniuriam nemini intulerimus. Cum igitur aliquid simulamus omittere: eo quod breuiter dicimus: hoc pacto admonemus. Res uero cōtrariis noībus appellare ita fit. hi quidē probi uiri multorū malorū socii extitere: Nos autem ignaui plurimorum fuimus bonorū auctores. Ex his igitur breuiter admonentes iteratio nibus utemur: & circa singularum partium & circa totius ora tionis exitum.

De facetiis

u Nde āt facete dicendū & pro arbitrio orōnis prolixitate utendum sit: rursus exponemus. Hic igiẗ facete dicēdi locus ē: siquidē cōmētationes totas mediasue dixerim⁹. Ita ut quod reliquū ē: mediū auditores ipsi cōprehēdāt: quo locis & sententiis uti cōuenit. Opus ēiāt in totā orōnē facetias hasce dispartiam⁹: uerbaq; cōmutemus. neq; easdē semper in eandēq; sententiā frequētis afferamus. Et hoc pacto nostra co mis apparebit orō. Qui uero dicendi prolixitate uti uoluerit:

opus ē:rē diuidat:Et quæ qualibet in pte insint:quãq; naturã sapiant:edocet.eorũq; usum oēm tum propriũ tum coēm & ipsas causas enarret. Quod si longiorē quoq; noluerimus orōnē efficere:pluribus noībus circa singula utendũ est: eritq; singulis in orōnis ptibus iterandũ:& iterationē ipsam paucis absoluendũ. In fine uero orationis hæc oīa de quibus singillatī dixeras:cõgestim ponas ac de rebus oībus dicas : conuenit. hoc igr̄ modo prolixiores reddi orationes poterunt. Qui aũt dicēdi uoluerit breuitate uti:oportet:totũ negotium uno uocabulo cõplectatur:& hoc maxīe quod in ipsa re breuissimũ insit. Opus est etiã paucis uti copulis:plurima uero cõiũgere: Nominibus ita uti:ut una dictio duab⁹ seruiat rebus. Eritq; frequēs illa iteratio e partibus amouenda : & in orationũ dũtaxat finibus iterandũ. Et hoc quidē modo breuis poterimus orationes efficere. Quod si mediocritate uti in dicēdo uolueris: partium maximas delegēs de hisce uerba facias:oportet. Est ēt mediis utendũ noībus:quæ scilicet neq; longissima neq; breuissima neq; multa de aliqua una re sint sed mediocria potius. Oportet & epilogos ex intermediis ptibus neq; oīo auferri : neq; ubiq; rursum īferri. Sed quæ maxime auditorib⁹ nota esse uolueris: in his maxime ad finē iterationibus uti cõuenit. ex hisce igitur qñcunq; libuerit:prolyxitate uti in dicēdo quibimus.

De faceta oratione

q Vod si facetam uolueris orōnem scribere:permaxīe tibi obseruãdũ ē:ut uerborũ mores hoīb⁹ similis queas reddere. Id aũt efficies:si q magni q curiosi qui mediocres sunt mores cõsyderaris. De his igr̄ poteris hac uia cognoscere. de noīum uero cõpositione iã declarabim⁹. Est. n. ēt hoc apprime necessarium.

De noīum cõpositione

Positiones tres

p Rimũ igitur figuræ noīum sunt tres:simplex cõposita & translata. Eodem etiã modo positiones sunt tres: Vna quidem:quæ ī uocalē cõnexionib⁹ termīat:& a uocali īcipit Secũda uero quæ a muta īcipiēs ī mutã desinit. Tertia ãt quæ mutas uocalib⁹ iungit. Itē ordīes sũt quattuor:quorũ un⁹ similia noīa aut inuicē collocat aut dispgit. Alius uero q eisdē rōnib⁹ utit̄:aut īuicē mutat: Terti⁹ uero q uno multisue noībus rem appellat. Quartus autem ordo est:quo gesta negotia noīamus aut prætērimus:quo igitur pacto pulcherrime orationis filũ texendũ sit:nunc edocebimus.

Quomodo sit texẽda oratio

p Rimũ qdem interpretationẽ ipsam ĩ duas ptis distribue re:deinde cõuenit dilucide dicere. In duas uero ptes ĩter pretationẽ distribuim⁹:hiscemodis: Vno quod ipse põt & hoc & aliud. Secũdo quod hic qdem haud potest:alius autẽ potest. Tertio quod hic & hoc & aliud põt. Quarto quod ne q; ipse neq; alius potest. Quinto quod ipse quidẽ potest:alter uero nõ potest. Sextu quod ipse qdẽ alterum potest:alius uero non potest:alterũ horum aũt unumquodq; ex hisce ꝑspicies. Quod &.n.ipse potest & hoc & aliud huiusmodi est. Ego aũt non harũ dũtaxat rerũ auctor uobis extiti. Verũ & Timotheo qui aduersus uos esset expeditiones ducturus:impedimẽto fui. Quod uero hic non potest:alter aũt põt tale est. Ipse quidẽ nõ potis est:q pro uobis legatione fungatur:hic uero q spartiata rũ ciuitati amicus est:facillime apud eos quæ uultis queat effi cere. Quod hoc aũt & hoc & illud est huiusmodi. Non aũt in bellis solũ hic se robustissimũ & fortissimũ præstitit: sed & cõ silijs ciuiũ cedit nemini. Quod aũt ne q; ipse neq; alius potest tale est. Neq; ipse parua munit⁹ manu hostes queat:neq; alius quisq; ciuiũ expugnare. Quod uero ille potest:ipse aũt neqt: est huiusmodi. Nempe hic corporis ualet uiribus. ego uero sũ corpore ĩbecillus. Quod aũt ipse aliud potest : ille uero nõ po test aliud huiusmodi est. Equidẽ ipse q clauo & gubernaculis præsim ualeo:hic aũt neq; qui remo utatur:potis est. Figuras igitur interpretãdi in duas partes facies hoc modo. Omnib⁹ ĩ rebus idem modus seruãdus est :quibus aũt reb⁹ dilucide tua reddatur oratio. Id rursum est considerandum.

De oratione di lucida

p Rimũ quidem quodcunq; dixeris.proprijs suisq; noĩb⁹ appella & qudqd ambiguũ fuerit:euitato. Caueas etiam oportet:ne uocales deinceps ponas. Aduertendũ est præ terea:ut quos articulos uocant:opportune & apte loces. Item consyderes:opus est:ne confusa sit:neq; perturbata nominum compositio. Talis enim oratio & obscura ẽ & cognitu diffici lis:coniunctionibus uero quascunq; ante dixeris cõsequentis reddito coppulas. Coniunctiones autem coniunctionibus red dere ita fit. Ego quidem ad quod temporis dixeram:affui. Tu autem quando te uenturum dixeras:non uenisti. Item cum ea dem coniunctio consequens sit. Tu etenim & illorum auctor

extitisti:& horum auctor ipse tu. de coniunctionibus igitur dictum est: ex quibus licet & reliqua quæque coniectari. Ipsa uero nominum structura neque confusa neque perturbata fieri debet. Et confusa quidem est huiusmodi sicuti cũ dixeris. Graue est hũc uerberibus afficere. Nã obscurum esset: qui esset cædens: quod si ita dixeris: graue est hunc uerberibus ab hoc affici perspicuam reddes orationem. Structura igitur nominum confundere tale est. Vt autem aduertas quo pacto articuli ipsi tempestiue apteque addantur: ex hisce tibi liquidum fiet.
ουτος ο ανθρωπος τουτον τον ανθρωπον αδικει hic ipse homo hunc ipsum hominem iniuria afficit. Nunc enim interiecti articuli dilucidam faciunt dictionem: exempti uero obscurã apud græcos efficient. Contingit aũt & aliquãdo contrarium. Quæ igr̃ in articulis seruari cõuenit huiusmodi sunt. Vocales autem iuxta inuicẽ ponendæ nõ sunt: nisi aut aliter obscura reddatur oratio: aut replicatio quædã aliaue segregatio fiat. Ambigua uero fugere ita qbim⁹ quædam noĩa diuersis seruiunt rebus: sicuti ludus quẽ ludimus & ludus schola. Oportet autẽ in huiusmodi noĩbus semper id complectamur: quod proprium est significatum. Et dilucide qdem in noĩbus si hæc fecerimus: loquemur. Ex superiorib⁹ uero præceptis in duas partes interpretationes distribuemus. De contentionibus autem & comparibus & similiter cadentibus iam dicere aggrediamur. Nam & his quoque nobis opus erit. Est igitur cõtentio quæ contrarium nomen simul & uim oppositis rebus habet: aut horum alterum quæ igitur contrariũ nomen simul & uim habet huiusmodi esse poterit. Non.n.iuris est: hunc meis rebus usurpando locupletari: Me uero meis priuatum rebus pauperie ita premi. Contentio uero nominibus solis erit huiusmodi. Det enim locuples ac felix pauperi & egeno. Vi autem contentio hæc sit. Ego quidem hunc aduersa ualetudine laborantem curaui. hic autem mihi maximorum auctor malorum extitit. Nam hoc loco non in nominibus sed in ipsis reb⁹ contrarietas est. Quæ ergo & ui & nomine contentio fuerit: ea erit longe pulcherrima. Reliquæ uero contentiones duæ sunt. Compar autẽ est: quando duæ pares enunciantur clausulæ. pares ãt eẽ poterũt multæ ẽt puæ clausulæ paucis magnis & pares magnitudĩe parib⁹ numero. Figurã uero habet cõpar

De contentionibus & Comparib⁹ & similiter cadẽtibus

De compari

huiusmodi: Aut propter pecuniarū inopiā aut propter belli magnitudinē. hæ nanq; clausulæ neq; similes neq; contrariæ sed tamen inuicē pares sunt. Similiter uero cadēs est: quod cō pari quidē maius est. Non. n. pares solū clausulas uerum & similes & similibus efficit uerbis. Est aūt huiusmodi quantū te decet orōnis imitatio tantum adsit delectationis machinatio. Maxime uero similes fieri oportet exitus dictionum. his nanq; uel in primis efficitur similiter cadēs. Similes aūt dictiones sūt ex similibus syllabis: in quib⁹ plurimæ litteræ eædem sūt. sicuti militib⁹ nullis ualet: & uirib⁹ multis caret. quæq; uero extra artē posita sunt: ea ultro id ipm demonstrabunt.

De similiter cadente

Enumeratio

Sed de his hactenus satis & . n. iustum & honestū & utile reliquaq; & ipsa quæ sunt tenemus: & unde his affluam⁹ ex antedictis plane cognoscimus. Eodē aūt modo quæ sint amplificationes extenuationesq; & ex qbus hæ locis desumanē: intelligimus. Idētidem uero & præoccupationes & postulata ab auditorib⁹ & iterationes & facetias & orōnum prolyxitates & ipsius interpretationis structurā oēm scim⁹. Quas ob res cōmunem omniū specierū uim atq; differentiā ipārum q; usū oēm si ex antedictis tenuerim⁹: assuefecerimus facile nos metipsos q his oībus pro artis præceptis exercitati abūdem⁹. Et adiumenti ex ipis plurimum tum dicendo tū scribendo cōsequamur. Igitur præcepta causarum hoc pacto accuratissime per ptes distribueris. Vt aūt pro una quaq; specie ad humani corporis effigiem uerba locari cōueniat: & quæ sint circa orōnis partes obseruanda: & quomodo iisce partibus sit utendum rursum ostendā. De exordiis igitur dicendū est prius. Ea uero septem speciebus cōmunia sunt: & omnibus ī negotiis cōgrue dici poterunt.

De exordiis

Exordium est: ut compendio dixerim: orō quædam quæ rebus ... iis: de quibus reliqua futura ē dictio: summatim expositis auditorum animos ad attētionē idoneæ. & quo ad fieri dicendo potest: ad beniuolentiam nobis cōparat. Hæc enim per exordium præstari conuenit: quomodo autem eo utamur: primum quidem deliberatiuo in genere & in suadēdi spe ostendā. Cum rem igitur auditoribus proponere ac liquidam facere uoluerimus: fieri poterit hoc modo. Surrexi: ut

quo pacto pro Syracusanis bellandum sit consulam. uel hoc modo. Surrexi: ut quid sentiam: dicam: qui non deceat nos Syracusãis auxilium ferre. hoc igitur modo summatim rem exponemus. Qui uero ad attentionem exhortemur: scire ex hisce poterimus. Si nos ipsi animaduerterimus: quibus & uerbis & rebus ad audiendam sententiam attenti sumus. Nempe his sumus attenti: cum de magnis uel terribilibus uel ad nos pertinentibus rebus consultamur: aut cum orantes ipsi demõstraturos se dixerint. Iusta illa esse & honesta & utilia & facilia & uera: ad quæ nos gerenda exhortantur: Aut cum nos rogauerint: se attẽte audiamus: Quẽadmodũ igitur ipsi aliis solemus: Ita & nos si quæ ex præmissis cõmodissima in præsentẽ rem fuerint: delegerimus. eaq; auditoribus perspicua reddiderimus: eos nobis attentos faciemus. Ad attentionem igit̃ ex his auditores exhortamur. Beniuolentiam uero cõparabimus: si consyderauerimus primum: quo ĩ nos animo ipsi sint beniuolo ne an infesto aut neq; bono neq; malo. Si beniuoli ergo fuerint: de beniuolentia dicere superuacaneum cedat. Verum si omnino id facere uoluerimus: oportet paucis cum dissimulatione quadã id fieri hoc modo. Quãta sit mea in hãc urbẽ beniuolentia: ut quæ sæpenumero suasu meo quæ factu essent utilia gesseritis: & qua me præterea ad coĩa cõmoda præbeo iusticia: qppe qui publicarum magis q̃ priuatarum mihi rerũ habẽdam rõnem cẽsuerĩ: nequaq̃ a me dici opus existĩo. Hoc enim uobis perspicuũ est & cognitũ. Verũ quod & nunc si fidem adhibere mihi uolueritis: consuletis in rẽ pulcherrĩe: hac de re ut uos edoceã: dabo operã. hoc igitur modo eos qui bono sũt ĩ nos aĩo in cõsultationibus beniuolẽtiæ admonebimus. Si uero auditores neq; nobis ĩfesti sũt neq; beniuoli: dicẽdũ est: & iustũ esse & cõducibile: eos iis ciuibus beniuolos fieri: q nullũ sui dederunt experimentũ. Deinde oportet laude auditores demulcere: quod iuste & grauiter quæ dicũtur: iudicare cõsueuerint. Item & extenuationes afferẽdæ sicuti si dicatur. Surrexi nõ tam ulla dicendi ui elegantiaue confisus q̃ existimans ea a me narrari: quæ ad cõmunem utilitatem cõmodumq; accedant. Cum igitur auditores neq; a nobis alieni neque beniuoli uobis sunt: ex huiusmodi rebus beniuolentia captabitur. Sin autem calumniæ obnoxii apud auditores fuerĩt:

necesse est:aut ipsos in se se aut res de quibus dicunt:aut ipam demum orōnem calumnias continere. hæ autē calumniæ:aut ex præsenti aut ex præterito tpre trahuntur. Ex præterito q dem tpre siqua improbitatis suspitio de aliquo habeatur.
Primum in auditores præoccupatione utendum est:atque di cendum ita. Neque ipse quidem ignarus sum me apud uos calumnia affectum esse. Sed oēm ego de me insimulationem falsam esse demonstrabo.postea sūmatim enumerando in exor diis dicēdum erit:si quid in rem tuā oratione complecti queas Et aut uituperāda iudicia.Necesse enim ē:siue publice siue pri uatim calūnia de quo pia facta sit:uel esse uel fore iudiciū : uel nolle accusatores iudiciū sumere:Eritq; dicendum ut iudicatū iniuste fuerit:quodq; inimici nobis hoīes nocuerīt. Aut si mi nus hoc uerisimile uisum fuerit:dicēdū erit satis id esse debere quod minus tūc ex sentētia nobis cesserit.Iniustū autem esse: cum res iudicatæ iam fuerint:rursum easdem calūniari. Si ue ro celebre sit iudiciū futurum:te paratū plane dicito:q ad insi nuationes ī hoc ipso pulcherrimo consessu respondeas.Et qd aduersus rempu.per iniuriā patrauisse:demonstreris:te morte mulctatum iri.Sin aūt accusatores minus in causa persistant: eadem oportet uti cōiectura:quoniā falsam de nobis calumni niā detulissent:desistūt causa.Non.n.cōsentaneum uidebitur nolle eos iudiciū capere:qui uerā accusationem detulerint.Vs q; uero in calumnias acerrime est inuehendū dicendumq;:q̄ trux & cōis & multorum malorum causa. Ostendatur quoq; oportet p multos iā iniuste p calumniā perisse. Itē monendū stultum esse eos qui de repu.consultant:non quæ ab omnib⁹ dicuntur audire:& quod utile sit:animo uolutare:sed aliquo rum insinuationibus commoueri:Commune facias autem at que pollicearis oportet:ea te de quibus consulere iis pollici tus & iusta & utilia & honesta demonstraturū.Hos igitur quo rum ex præterito tēpore calumnia delata sit cōuenit hoc pac cto insimulationes ī consultationibus soluere.Ex præsenti ue ro tempore oratoribus calumniam solet afferre primum qui dem etas ipsa:Nam siue omnino iuuenis siue senior conciona tur:auditores moleste ferunt:huic enim nondum incipere:illi uero iam quiescere decorum esse putant.Deinde si crebro ora tionem habere consueuerit. Hic enim importunus uidetur

esse. Et si nunquam antea orationem habuerit: Nã & hic ali cuius priuati cõmodi gratia præter cõsuetudinem uideturi cõ cioãri. Ex præsenti igr̃ tp̃re huiuscemodi poterũt in illum insimulationes fieri: q apud concionẽ orauerit. Sed causa de his afferatur: necesse est. A iuniore qdem ex cõsultantium inopia & ex eo quod suũ esse potissimũ uidetur: quẽadmodum si dixero de ludicro lãpadarchiæ uel de Cymnasio uel de armis aut de equis aut de re bellica. Horũ.n. non minima pars adhæret iuueni. Dicendũ est aũt. quod tam& si nondũ iuuenis per ætatẽ prudens esse potest: uerũ natura & diligẽtia quadã certe potest. ostendendum est etiã: qui aliquid imprudenter gesserit: aduersum casũ sibi priuatim dari. Assecuto uero cõmunem esse utilitatem cũ reliquis: Iuuenis igr̃ ex his atq; similib⁹ argumẽtabitur. Senior aũt argumentabit̃ & ab inopia consultantium & a facultate sua. præterea & a magnitudine & nouitate periculorũ & ab aliis huiusmodi rebus. Crebro aũt dictionem hr̃e cõsuetus ab experiẽtia argumẽtabitur. & ab eo: quod turpe sit. non eũ sententiã nũc dicere: qui antea cõsueuerit. Non aũt consuetus argumentabit̃ tum a periculorũ magnitudine tũ ab eo quod necesse oĩo sit: eum qui ciuitatis est particeps: de his quæ in p̃sentia aguntur: sententiã dicere. Eas igitur insimulationes quæ in cõcionibus circa hominem fiunt: hoc pacto refellere studebimus.

De ĩsimulationibus circa rẽ

f Iunt aũt circa rem: cũ quis nihil neq; iis a quibus nullasimus iniuria lacessiti: neq; iis fortiores potẽtioresq; sũt pernocendũ esse: cõsultat: aut pacem turpem fieri persuadet: aut circa deorum immortaliũ sacrificia q̃; minimos effici sumptus monet: aut huiusmodi quicq̃; narrat. Oportet autem in huiusmodi rebus præoccupatione prius ad auditores uti: quarũ causam aut in necessitatẽ aut in fortunã aut in tp̃ra aut in aliquod commodum referamus: dicamusq; non consultantibus quidem esse: sed rebus potius huiuscemodi causam ascribendam. hoc igit̃ modo eas quæ circa rem sunt: insimulationes a consultantibus remouebimus.

De insimulationibus circa orationem

o Ratio uero ipsa in concionibus solet insimulari. Cum aũt ꝓlyxe aut nimis prisce aut minus ꝓbabiliter dicatur. & siqdẽ lõga fuerit: ĩ rerũ multitudinẽ cã ẽ ĩ ferẽda. Sin

prisca sit:doceatur oportet Nunc ipsam tēpestiuā esse. Sin āt minus pbabilis sit:pollicearis oportet :eā te uerā in dicendi p gressu demonstraturum. Consultationes igitur ex his rebus principio constituemus:quo uero utamur ordine animaduer ti conuenit. Siquidem nulla prorsus insimulatio sit : neq; no bis neq; orationi neque ipsi rei a propositione cōtinuo est in choandum. Attente autem quæ dicuntur humaneq; audire ad postremum exhortabimur. Sin uero aliqua sum⁹ ab illis qui ante dixerunt insimulatione præuenti post anticipatam auditorum opinionem eorum quorū insimulati fuerimus : & responsiones & cās breuiter in medium deferentes ita propo nem⁹:& auditores ad attentionē exhortabimur. Exordia qui dem in consultationibus hoc modo sunt constituenda.

p Ostea uero necesse est:aut res gestas a nobis renunciari referriue:aut res præsentis diuidendo exponi:aut quæ futuræ sunt:iam prædici. Cum igitur de legatione sit nobis re nunciandū:omnia quæ dicta fuerint dilucide narrare oportet quo primum quidem grauitatem oratio præ se ferat. Hæc.n. renunciatio solum erit. Nullaque alia orationis figura īcidet. Deinde siquidem nobis ex sententia minus res contigerit: nō ulla id negligentia nostra:sed alia quadam cā accidisse audito res existiment. Sin uero ex sententia contigerit :non casu ali quo sed nostra diligentia & industria id factū opinetur. Hæc autem eo facilius credūt:si quoniam gestioni negotiorum ne quaquā interfuerint:nostram in oratione negligentiam prom ptitudinemq; prospexerint : utpote qui nihil omittamus : sed unūquodq; quamaccuratissime referimus. Cum igitur legatio nem renunciemus:his causis singula quæq; quo pacto gesta fuerint:renunciari oportet. Cum uero ipsi concionantes aliqd præteritū narram⁹:siue etiam præsētia exponamus:siue præ dicamus futura:necesse est:ut unumquod q; horum & breuiter & dilucide & non sine pbabilitate faciamus. Dilucide quidem ut quæ dicuntur cōpræhendi queant. breuiter autē:quo quæ dicta fuerint:memoriæ auditores teneant. Probabiliter uero: ne ipsi auditores priusq; probatiōibus atq; iuris partibus no stram orationem cōfirmauerimus:nostras iam narratiōes fal sas esse reprobent. Dilucide igitur exponemus:aut a nomini bus aut a negotiis. a negotiis quidem : si non ea perturbate

expõam⁹:sed rerũ ac tporũ ordinẽ seruem⁹:reliqua uõ deĩceps collocem⁹:& si neq; eo de quo diceĩ cœperim⁹:relicto negotio ĩ rẽ aliã trãseam⁹.a negotiis igĩ hoc modo dilucide narram⁹. A nõibus uero si quãmaxime idoneis rerũ nominib⁹ negotia appellemus:& si non ãbiguis utamur:neq; perturbate ipsa col locemus:sed usq; coherẽtia deinceps ordinem⁹. Dilucide igĩ exponemus:si hæc diligẽter obseruauerimus. Breuiter uero narrare poterimus:si tũ ex negotiis tum ex noĩbus ea remoue rimus:quæ nõ sint dictu necessaria. Et ea solũ cõplectemur : si ne qbus obscura reddetur oratio:& breuiter qdem hoc modo exponem⁹. Probabiliter aũt a nobis narrabitur:si ad ea nego tia quæ minus uerisimilia uidenĩ:causas attulerim⁹:quibus il la nõ absurde gesta uideãtur. Si qua uero oĩo incredibilia con tigerint:ea relinquam⁹:necesse est. Sin aũt necessaria sũt : quæ dicanĩ:ea te scire ostẽdas:oportet. Sed ad cõfutationis partem qua cũ illa implicata sint:dicẽda reseruare. Orõnisq; ꝓgressu id te uerũ demonstraturũ polliceri:ea usus argutia:quod quæ prius dicta abs te fuerint ea pri⁹ uera iustaq;: demonstrare :q̃ aliud huiusmodi quicquam uelis . Et hoc quidem modo iis quæ minus uerisimilia sunt:medebimur. Vt autem summatĩ una omnia complectamur:& renunciando & exponendo & prædicendo ex iis omnibus quæ antediximus :dilucidas bre uis & probabilis narrationes faciemus.

e As autem tripliciter ordinabimus :Nam siquidem ea de quibus dicim⁹:pauca sint auditoribus cognita:exordio narrationem coniungemus:ne pars hæc separatim posi ta breuis admodũ fiat. Cum uero negotia & permulta & inco gnita sint ad unũ quodq; coniunctas narrationes faciemus:eas q; iustas & utilis & honestas ostendemus:quo non modo in narrandis rebus occupati simplicem & non uarietate quadam insignem orationem faciamus. Verum & auditorum animos capiamus. Sin autem negotia mediocria & minime nota opus est uel renunciationem uel expositionem uel prædictionem ĩ exordio uno & eodem quasi corpore collocemus. hoc autem faciemus si a rerum initio ad extremum usq; narrando prose quamur:& nihil aliud cõplectamur. Sed ipsa negotia expedite declaremus:quemadmodum igĩ in exordio narrationes ordi nandæ sunt. Ita scire poterimus.

Einceps autem confirmatio sequatur: necesse ē: per quā
d praenarrata negotia exprobationibus & iustis & utilib⁹
sicuti nos demonstraturos polliciti sumus: confirmabi
mus. Cum igitur coniunctas narrationes facere oportet pro
bationes: in consultationibus q̄ cōmodissime ducuntur a rerū
consuetudine ab exēplo a cōmemoratiōe & ab ea: quae de ora
tore sit apud omnis: opinione. Vtēdū ē etiam & siqua ex aliis
probationū partibus inciderit. Eae uero sic sunt collocandae.
Primum quidem dicentis opinio. Sin id minus poterimus: re
rum consuetudines ordinabimus: demonstrabimusq; & haec
quae dicimus uel & his similia hoc modo fieri cōsuesse: deīde
uero exēpla efferemus. Et si qua ē cū iis: quae a nobis dicūtur:
similitudinē adducemus. Ea autē exempla capiamus: oportet:
quae tum rei congruāt: tū ipsis auditoribus uel loco uel tēpo
re sint proxima. Sin aūt secus sint. debemus ex aliis quae maxi
ma & notissima sint: accipere. Post haec uero sententiis utēdū
ē: Oportet aūt eas partes: quibus probabilia & exēpla tracta
ta fuerint: in fine cōmentationib⁹ & sententiis terminemus. Et
probationes quidem hoc modo ad negotiorū confirmationē
adducemus. Si uero narratis rebus continuo sit fides adhibi
ta: probationes ipsas relinquemus. Et a iusti & legitimi & uti
lis & honesti & iucundi & facilis & possibilis & necessarii par
tibus antedicta negotia confirmabimus. Et si quidē iustum in
est: id primum collocabim⁹. Et per hoc perque huic simile &
per contrariū & per iudicatū iustum enarrabim⁹. Et similia iis
iustis de quibus loqueris: exempla sunt afferenda. habebis au
tem per multa exempla: tum ex iis quae priuatim apud singu
los iustū existimāt: tū etiā ex iis quae ī ipsa urbe ubi orationē
habes: tum demum ex iis quae in aliis urbibus iusta duci solēt
Cum uero haec oīa hoc modo pcurrētes narrauerim⁹: In ipsi⁹
q; iusti fine sentētias cōmētationesq; moderatas & sibi īuicem
dissimiles attulerim⁹: si quidē ea pars lōga sit: eiusq; meminis
se uoluerimus: paucis iterabim⁹. Sin āt mediocris sit: cōmemo
returq; tūc ubi eā finierim⁹: aliā quoq; partem adiungemus.
Est autem id huiusmodi: Quod iustum quidē ē auxiliū nos
ferre syracusanis: satis ex iis quae dicta sunt: demonstrandū
existimo. Quod autem etiam id nobis cōducturum sit: enitar
edocere: Et cum rursus eodem modo ut de iusto factitaras

utile pcucurreris:& eius extremam partem uel breuiter iterando uel finiendo absolueris:Itidem aliam partem quæcunq; tibi in manu fuerit:adiunge.Hoc igitur modo aliā alii partem addere & orationem contexere opus ē.Cum hæc uero omnia prosecutus fueris quibus ea quæ persuades cōfirmare queas: Oportet in his de oībus sūmatim cum cōmentationibus & sententiis coloribusq; demonstres:non ea efficere & iniustum & perniciosum & turpe & triste admodum fore.Contra uero sūmatim addendum est:& iustum & utile & honestū uoluptuosumq; futurum:si hæc ad quæ eos exhortaris:effecerint. Vbi uero iam satis abundeq; sententiarū grauitate usus fueris:quæ persuades:conclusione terminabis.Et hoc quidem modo quæ proposita fuerint:confirmabimus.Post hanc autē partem de præoccupatione dicere aggrediemur. Est autem præoccupatio eorum locorum:qui contra tuam dictionem haberi possēt præoccupans reprehēsio.Oportet autem quæ ab aduersariis dicuntur extenuare:tua uero amplificare ueluti superius ī amplificandi tractatu audieras.Opus est etiam conferas unū unicum tuum scilicet mai⁹ sit.Et plura pluribus & unum multis. & multa uni.Sic secundum omnem speciem uarietate debem⁹ uti nostra quidem augēdo:aduersariorum autem infirmando atq; deprimendo.Et hoc quidem modo præoccupationibus utemur.hæc autem ubi fuerimus prosecuti:iterationib⁹ exitū terminabimus.Colorescq; antedictos ratiocinationis uel enumerationis aut electionis aut interrogationis aut ironiæ assumemus.

De præoccupatione

q Vod si ad ferendum aliquibus auxilium suaserimus.Siue priuatis hominibus siue urbibus paucis dicere cōueniet.Et si qua iis in auditores siue amicicia siue gratia siue misericordia præcesserit:in medium referre congruum erit. Maxime enī oēs iis auxilio esse uolunt:qui tali aīo ī nos fuerīt diligunt enim eos:a quibus uel ab ipsis uel ipsorum amicis aliquid beneficii siue ipsi siue alii qui eis curæ sunt:uel opportune suscepisse uel suscipere uel susceptū ire crediderīt.his autē habent gratias:qui siue ipsi siue ipsorum amici aut in eos aut in eorum necessarios boni quippiam opportune uel cōtulisse uel cōferre collaturiue putētur.Si horū igr̄ aliquid unum īcidat:Id breuiter doceam⁹ & ad misericordiā redigam⁹oportet

Id aũt affatim facere poterimus:ſi cognouerimus ſolere omnis in eos miſericordia moueri:quos familiari erga ſe aĩo eſſe opinẽtur:aut ĩdignos calamitate ſuſpicanť. hæc aũt ĩ iis eſſe oſtẽdes:quos miſericordia dignos uelis demõſtrare. Eſtq; demonſtrandũ eos inique paſſos:uel pati uel paſſuros:ubi minus iis auxilio auditores fuerint. Sin uero hæc in illis nõ ſunt:demõſtrabis eos omnium bonorum inopes eſſe:quorum cæteri omnes aut plurimi ſint participes:q̃q; nihil unq̃ boni uel nacti fuerint:uel nanciſcantur nactoriue ſint:niſi auditores hoc tempore ad miſericordiã moueanť. Ex his igitur auditores ad miſericordiam inducem⁹. Diſſuadere aũt ex contrariis locis poterimus. eodemq; modo exordiemur:& narrabimus & probationibus utemur auditoribusq; oſtẽdemus:quæ facere aggrediũtur eſſe & præter leges & iniuſta & ꝑnicioſa & turpia & triſtia & ĩpoſſibilia & difficilia ac minime neceſſaria. In diſſuadendo uero idem diſpoſitionis modus ſeruabiť:qui ẽt in ſuadendo: Quã ob rem qui ultro diſſuadent:diſponere ita poterunt. Qui uero aliorũ ſuaſionibus cõtradicere uoluerint:primũ quidem ea in exordio ꝓponere debent:q̃bus ſint contradicturi. In reliquis uero ſingillatim eſt exordiendũ. Poſt ſingula uero prædictorum exordia ẽ ſecũdum unum quodq; propoſitũ maxime demonſtrandum:minime oĩum ea eſſe ad quæ aduerſarius exhorteť. Neq; iuſta neq; quæ his ſequunť. Hoc aũt facies:ut oñdas uel iniuſta eſſe:quæ ille narrat uel inutilia uel iis ſimilia aut iuſtis contraria aut utilibus aut iis quæ talia eſſe iudicantur. Eodem quoq; modo & cætera quæ inciderit:tractare debebis. Optimus igitur diſſuadendi modus hic eſt. Quod ſi min⁹ hoc facere commode potueris:ex eo quod reliqueris genere diſſuadere orando poteris. Vt ſi quidem aduerſarius iuſtum eſſe oſtenderit. tu uel turpe eſſe uel inutile uel difficile uel impoſſibile uel aliud quoduis huiuſmodi enitere demõſtrare. Sin utile aduerſarius eſſe oſtenderit. Iniuſtum ipſe & ſi quid aliud opportunum ad id habueris:demonſtrabis. tua præterea augendo & aduerſarii deprimendo facies: quemadmodum in ſuaſionibus dictum eſt. Decet eodem quoque modo ſententias commentationesq; afferre præoccupationeſq; refellere:ac breuiter ad exitum iterare. Præterea quoq; in ſuaſionibus oſtendendũ eſt:aut eos quibus auxilium ferendum ſuademus:horum ami

eos esse:quos ad id faciundū exhortamur:aut hoc gratias iis debere:qui deprecantur:quibus uero auxilium ferre dissuaseri mus:eos uel ira uel inuidia uel odio dignos ostendemus. In odium quidem adducemus:si ab illis aut ipsos auditores au ditorumue amicos aut alios qui iis curæ sint:mali quippiam inique passos demonstrabimus. In iram autem rapiamus:si uł auditores ipsos uel ipsorum amicos uel alios qui iis sūt curæ: indigne neglectos iniuriaue affectos ostendemus. In iniuriam uero contrahemus:si summatim indigne fortunatos extitisse aut esse aut fore. Vel si nullius unquam boni fuisse inopes aut esse aut futuros. Vel si nunquam malorum quippiam passos aut pati aut passuros demonstrabimus. In inuidiam igitur & odium atq; irā hoc modo concitabimus. Beniuolentiam uero & gratiam & misericordiam ex iis poterimus comparare:quæ in suasionibus dicta sūt. Eas autem ex antedictis omnibus cō texere ordinareque poterimus. Species igitur suadendi & qua lis & ipsa sit:& ex quibus constet: & quomō ea utēdum sit: ex his liquido cognoscimus.

Quomō ī genere demōstratiuo sit exodiēdum

r Vrsum autem laudandi uituperandiq; speciem deinceps consideremus. Cum in hoc genere exordiri uoluerimus propositiones primum ordinamus insimulationesq; dis soluimus itidē atq; in suadendo. Ad attentionē uero exhorta mur:tū ex iis:quæ in consultationibus dicta sūt:tū ex eo quod mirabilia illustriaq; dicam⁹:& æqtatē nostram eorumq; quos uel laudamus uel uituperamus: facinora demonstremus:In huiusmodi enim causis ut plurimum non disceptationis:sed ostentationis potius cā orationē habere consueuimus. Primū āt exordia eodē mō cōstituem⁹: q ī deliberatiuo a nobis gene re demōstrat⁹ ē. Post exordiū uero ptiri debem⁹:& ea quæ ex tra uirtutē sūt:& ea quæ ī ipsa uirtute bōa cōsyrātur. hoc mo do. Externa quidē bona in bonam ualetudinē & robur & for mæ dignitatem & diuitias:uirtutem uero in sapientiam iusti ciam & fortitudinem illustrisq; disciplinas distribuimus. ho rum autem quæ in uirtute posita locataque sunt:iure Laudan tur. Extraria āt subducunē. Robustos nāque & pulchros & nobilis atque locupletes nequaquā laudare. sed dicere beatos conuenit. his autem diligenter consyderatis: post exordia de genere primum dictionem ordinabimus. Hoc enim primum

hominibus ac reliquis animalibus clarum inē uel obscurum. Proinde recte quidem aut hominem aut aliud tale animal ex genere commemorabimus. Cum uero aut affectum aut rem aut orationem possessionemue laudare uoluerimus: continuo ex iis quæ honesta adsunt: non absurde laudabimus. A genere autem laudare ita conuenit. Si quidē progenitores insignes fuerint: debemus omnis ab initio ad eum usq; quāue laudatū uolumus: resumere: & in singulis progenitoribus clarum aliqd summatim apponere: Quod si primi industrii insignesque fuerint: Reliquos uero nihil oratione dignum gessisse cōtingerit: primos quidem illos eodem modo prosequemur: gnauos aūt atque degeneres omittemus: ea usi cauillatione: quod propter maiorum multitudinem nolimus auditoribus orationis lōgitudine graues effici: præsertim cum nemini sit obscurū qui ex bonis clarisq; parentibus nati sunt: eos consentaueæ fieri suis maioribus non dissimiles. Sin autem ueteres progenitores obscuri fuerīt: qui uero proxime extiterunt illustres: ab iis ē laus generis capienda: dicendumq; ut de illis quidem longam repetere quandam orationem superuacaneum admodum fuerit. Sed si eorum laudes referantur: qui proximi his qui laudātur: extitissent: plane & hi quoq; boni probiq; uiri ostendentur: quodque perspicuum sit: horum maiores industrios quosdam insignisq; extitisse: haud nāq; uerisimile uideri huiusmodi homines honestos & bonos esse: qui ex improbis progenitoribꝰ nati essent: Vbi uero nullus maiorum sit splendor: dices ipsū in se generosum esse: colligesq; eos omnis ingenue natos esse: q ingenitam sibi uirtutē habent. Et eos aliis quoq; omnibus lōge antecellere: qui suos progenitores laudant: permultos enī qui ex claris maioribus nati essent: degeneres extitisse. Addes que quod de huius nunc & non de progenitorum præconiis agatur. Eodem autem modo in uituperationibus origo generis in improbos maiores referenda est. Et ita laudando ac uituperando quæ ad genus pertinent: ordinabimus. Et si quid illi: de quo loquimur: præclarum fortuna cesserit: hoc duntaxat tuebimur: ut ea quæ ætati conueniunt: enarremus: & id quidem haud prolyxe. Pueri nanque tam suopte ingenio quā eorum qui ipsis præfuerint: diligentia honesti pudici sunt: Quare breuis de iis est habenda oratio. Cum hunc autē mo

dum pcucurreris:habita ad posterum cōmentatione atque sen tentia debes hanc partem in adolescentis ætatem terminare. Et propositione deinde facta aut eius qui laudatur:res gestas aut mores aut studia amplificabis: quemadmodum ab initio in demonstratiuo genere prius diximus: Expōesque ab hoc quem ipse laudas:cum esset hac ætate aut per hunc aut per studium aut ex hoc aut huius gratia tum hoc tum illud præclarum facinus gestum fuerit. Oportet & cæterorum quoque iuuenum præclara facinora colligendo conferre: & huius longe iis maiora esse ostendere. Illorum quidem quæ minima sūt: huius autem quem tu laudes. quæ maxima sunt: enarrando. Conuenit autem & quæ apud alios res illustres parum pro dignitate collatæ fuerint:eas abs te dicendo itidem magnas demonstrari. Et semper res ita comparando augendæ & exornādæ sunt. Et ubi & quis iuuenis ita philpsophus unquam fuit:qui uel senior magnum adeo incrementum habuerit? Et qui adeo robuste Gymnasiorum labores perfert: uæhementer is philosophiæ studium & industriam adamabit? & hoc quidem modo similitudine & collatione usi amplificabimꝰ. Cum uero quæ circa ætatem adolescentis consyderantur: absoluerimus:in fine huius partis sententias commentationesq; locabimus. Et aut quæ dicta sunt breuiter iterantes aut ad postremam partem finientes:Rursus ubi proposuerimus:quæ gesta sint ab ipso uiro quem laudamus:de iusticia primum dicere aggrediemur:quam eodem modo ut in superioribus exornantes ad prudentiam si fuerit:descendemus. Et hanc eodem quoque modo absoluentes fortitudinem si fuerit:proponemꝰ: quam eadem amplificationis ratione item percurrētes cum ipsius finem partis attigerimus: & omnia genera prosecuti sumus:summatim:quæ antedicta fuerint:iterantes exitum uel sententia uel commentatione toti orationi apponemus. Congruet autem laudibus nominibus etiam multis circa unum quodque uti: & splendidam facere dictionem atque magnificā. Eodē quoq; modo cū de neq; hoībꝰ oro nobis erit:uituperationes cō titucmꝰ. Oportet aūt nullis ī cū utamur cauillis: quē carpimꝰ. Sed ipiꝰ dūtaxat uitā enarremꝰ. Sermones .n. lōge magisq; iocosæ obiurgationes atq; cauilla & auditoribꝰ p

suadēt :& egritudine quos uituperamus:afficiūt. Nam huiuſ modi quidem sales ad Idæam uel ad substantiam referuntur. Sermões uero sūt ingeniorū morūq; ueluti imagines. Cauendū est etiam ne res turpis nominibus appelles turpibus :Id enim affert grauitati calumniā. Sed quæ huiusmodi sunt:tanq; per ænigma significabimus. & aliarum rerum nominibus rem ip sam manifestabimus. Debemus autem in uituperationibus iro nia uti & in iis aduersarium deridere:quibus ille maxīe exul tat. Et priuatim qdem paucisq; præsentibus eum dehonestare In uulgus aūt & multitudinem coīs maxīe uituperationes ma ledicere. Vituperationes uero eodem modo poterimus:quo ēt & præconia & augere & extenuare. Itaq; harum specierum ex his quæ superius dicta sunt:usum omnem intelligemus.

De accusatiōe & quæstione

r Eliquū est ut accusādi quærēdiq; præcepta peragamus quæ rursus quemadmodum in iudiciali genere dictum est:componemus:ordinabimus:percurremus. primū igr̄ in exordiis rem de qua fit accusatio uel defensio : proponem⁹ ut etiam in aliis præmissis speciebus. Ad attentionem aūt ab iisdem locis exhortabimur:quos in suadendo dissuadendoq; docuimus. Item ēt de beniuolentia idem quoq; modus seruan dus erit:qui ī deliberatiuo genere præmissus est. Nā is cui au ditores beniuoli sunt ex præterito aut præsenti tempore. Et is ne calumnia affectus sit:ad eos irritandos uel in se uel in rem ipsam uel in orationem beniuolētiam captabit:eodem modo: ut illic docuimus. Is uero in quem neq; beniuoli auditores ne q; infesti fuerīt:beniuolentiā captare poterit ex præterito pñti ue tempore uel p se ipm uel per rē uel per orōnem. Ille autem qui apud auditores calūniæ obnoxius factus ;fuerit:partī mi xtim partim priuatim beniuolētiā captabit. hic igr̄ modus erit per quē beniuolētia cōparabitur. Enim uero ii aduersus quos neq; bono neq; malo aīo auditores fuerint:paucis sūt laudādi: & aduersarii uituperādi. Oportet aūt eos ab iis laudare : quæ uidenī maxīe auditorum īteresse. Dico aūt ciuitatis studiosū amicorū obseruatorē gratū misericordem. Et similia aduersari os aūt ab his uituperare:quibus auditores ad iram irritantur. hæc aūt sunt ciuitatis inimicus amicorū hostis : Ingratus Im mitis. Et huiusmodi. Opus ē etiā laude iudices delenire: quod iusti iudices grauesq; sunt. Aduersariorum præterea defectus

sicubi tibi minores extiterint: siue ad dicendum siue ad agēdū seu ad aliud quicq̄ in disceptatione uersetur: erunt oratione complectendi. Et iustum praeterea & legitimū & utile & quae deinceps sequuntur inducēda. Cum iudices igr̄ neq̄ bono neq̄ malo aīo in nos fuerint: ex his beniuolentiam captabimus. Si quis uero ī calūnia sit: idq̄ ex praeterito tp̄re & circa orationem scire ex antedictis poterimus: quopacto īsimulationes soluere oporteat. Quod si ex praesenti tempore calumnia fuerit: necesse est circa ipsum hoīem eam fieri: aut si ineptus praesenti cōtrouersiae: aut si criminibus subcōtrarius aut si pro cōfesso accusationi obnoxius uideat̄. Ineptus qdē fuerit: si aut iunior aut senior pro alio disceptet. Subcontrarius uero esset: si quis robustus imbecillū uerberationis accuset. Aut si quis cōtumeliosus contumeliae temperātem insimulet: aut si quis admodū pauper hoīem ditissimum pecuniarum agēs in iudicium deuocet. Itaq̄ huiusmodi homines subcontrarii criminibus sunt. pro confesso autem erit: si quis fortis robustusq̄ existens ab infirmo & imbecillo uerberationis accusetur: aut si quis fur existimatus furti reus in iudicium arcessatur. Vt autem omnia uno complectamur uerbo: ii quorum moribus similis est hominum opinio: uidebunt̄ criminibus esse obnoxii. Circa ipsū igitur hominem ex instanti tempore calumniae huiusmodi fieri poterunt. Circa rem aūt eae contingent: si qd aduersus domesticos amicos aut aduersus hospites aut in suos uel de prauis uel de turpibus rebus negotia afferat. haec. n. infamiam disceptantibus afferunt. Quēadmodū igitur eas insimulationes sumus dissoluturi. deinceps ostendam duo esse coīa q̄ in omnibus elementa existimo. Alterum quidem ut quibus rebus correpturos iudices aduersarios putes. his eos praeueniens corripias. Alterum uero est: si res ī aduersariis quidem maxime: sin id minus ī alios quosdam trāsferas ea usus cauillatione: q̄ nō ex sentētia tua sed ab aduersariis coactus in certamen descēderis. In unā quāq̄ uero calumniā haec argumentari cōuenit. Iunior qdē causabit̄ aut seniorū aut amicorū: qui p̄ se disceptēt solitudinē aut criminum magnitudinem aut tp̄ris praescriptionē aut rerum multitudinem aut aliud qd huiusmodi. Si uero habueris pro alio dictionem dicendum erit: te amiciciae gratia aduocatum fieri: aut aduersarii motum inimiciciis aut quia

negotiis interfueris : aut ob utilitatem publicam aut quia is cui patronus uenis :& ab oībus est desertus: & iniuria præmitur. Quod si crimini pro cōfesso obnoxius uel subcontrarius accusationi effici uideat :cum præoccupatione utēdum est: tū etiam dicendū:ut neq; iustum neq; legitimum neq; utile sit:ex opinione ac suspicione ferre prius sententiam:q̄ res fuerit audita. Quæ igitur circa ip̄m hominem sunt: hoc pacto īsimulationes diluemus. Eas uero quæ circa rem sunt:ita repellemus. Causa ī aduersarium reiiciemus:uel si maledictū ei crimini demus:uel si iniuriā aut cupiditatem aut ptinaciam aut iiā prætēdam⁹:quod nullo alio modo ius cōseq possibile possit. Priuatas igitur calūnias apud iudices ita diluemus. Cōmunes uero omnibus speciebus soluere poterimus quemadmodum ī superioribus dictum est.

De exordiis ī generē iudiciali

Exordia uero in genere iudiciali eodem modo collocabimus:sicuti etiam in deliberatiuo. Eadē etiam ratione narrationes exordio cōiungemus: quas uel particulatim pbabiles esse iustasq; ostēdemus:Aut ipsas separatim tanq; in unum corpus ordinabimus. Deinde uero erit cōfirmatio :quā si qdem rebus ipi aduersarii cōtradixerint ex pbationib⁹. Sin autē cōsenserint ex iustis & utilibus & his similibus cōfirmare debemus. Collocāda sunt ex probationibus primum quidem testimonia:& si quæ nobis ex quæstionib⁹ cōfessiones fuerīt. Demū uero si nullo modo uerisimilia ea fuerint. sentētiis & cōmentationib⁹:sin aūt non omnino uerisimilia probabili:demū exemplis & cōiecturis & signis & argumentis. demum uero cōmentationibus & sentētiis cōfirmare debemus. Quod si uerisīmilia fuerint: pbationes qdem omittemus:iustis aūt quemadmodū in antedictis utemur. Et hoc quidem modo confirmabimus. Post confirmationem aūt ubi ea quæ:in aduersarios sūt: collocauerimus:præoccupabimus eas res.quas uerisimile fuerit aduersarios dicturos. Et si quidem adeuersarii rē negarīt: pbationes illas a nobis dictas āplificabim⁹. quas uero illi dicturi sūt:repræhēdemus:& extenuabim⁹. Si uero fateanť & legitima & iusta esse.quæ secūdum scriptas leges a nobis īductas ostēderimus:enitendū ē:ut his simul leges quas & iustas & honestas & cōducibilis uniuersæ reipu. plures uendicarīt:talis ēt

eas esse ostendamus:quas aūt aduersarii induxerunt:eas cōtra habere demonstremus quod minus cōmode hæc dici querint: iudices commonefaciendi sunt eos non de lege sed de re iudicare:quodq; iurati sint secundum leges latas sententiā latum ire. Et doceas haud hoc tp̄re decere leges:sed in cōstitutis diebus eas ferre. Sed si cōtigerit rē iis legibus agitari:quæ iniquæ eē uideant̄:dicendū erit non legē rem huiusmodi uerum iniquitatem esse:Cum lex quidem ad utilitatē feratur:hæc autem afferat ciuitati pniciem. Dicendum etiam erit:haud contra leges facturos si huic legi contrariam sententiam tulerint:sed legem potius laturos ne sit īprobis iniquisq; decretis utendū. Oportet autem ad id collectionem afferre:quod nulla lex prohibet reipu. benefacere:sed īprobas leges auctoritate priuare: aliud nihil esse:q̄ ciuitatem beneficio donare. Quascūq; igitur ex iis legibus quæ nullam ambiguitatē continent:habuerimus: ex talibus præuenientes abunde contradicere poterimus. De ambiguis uero legibus si iudices ita senserīt:ut tibi expedit:oportet hæc demonstrare. quod si iudex dicat:quemadmodum aduersarii: condocefaciēdus est legumlatorem non hoc sensisse: quod ab illo dicitur:quodque conducit ipsis iudicibus legem ita dicere. Verum si nullo modo possis in contrariam sententiam commutare:ostende aliud nihil posse contrariam legem dicere:atque ipse dicas. Et quo quidem pacto oporteat uti legibus:ex iis quæ diximus:abundabis. Summatim uero si peccasse omnino fateantur:& ex iusti tamen & legitimi partibus defensionem parent:ex his ea sunt confutatione præuenienda: quæ dicturi illi uideantur. Sin autem peccasse fateantur: & sibi tamen ignosci postularint:sic talia oportet confutare: primum quidem dicendum erit:deterioris esse moris: quodque tunc illi crimen in imprudentiam reiiciunt: cum se deprehensos intuentur. proinde si huic ignoscitis:alios item omnis supplicius atque cruciatibus liberabitis. dic etiam & illud si eos qui peccasse confitentur:absoluetis. quo pacto inficiantis condemnabitis? Dicendum etiam erit: & si īprudenter errauit:nō tn̄ decet me ob hui⁹ īprudētiā detrimēto affici. Præterea dicetur cū neq; legūlator īprudenter delinquētib⁹ ignoscit:eo neq;

a iudicibus qui secundum leges iudicant: ignosci iure potest. Ex his igitur atque similibus eos qui sibi secundum postus lāt confutare poterimus sicuti etiam ab initio exposuimus. Vt compendio autem utar: quæcunque sint aduersarii di ēturi & ad probationem: & ad iuris sui partes afferendas: & ad ueniam postulandam ex antedictis præoccupabimus. Post hanc autem causam tota est oratio per enumerationem summatim repetenda. Et breuiter si fieri potest: iudicum animi in aduersarios quidem uel ad odium uel ad iram uel ad inuidiam: in nos autem ad beniuolentiam uel gratiam uel misericordiam commouendi: quibus autem rebus hoc fiat in deliberatiuo genere in suasionibus & dissuasionibus diximus: ac rursum in defensionis specie ad finem percurremus. Orationis igitur principium in iudiciali genere si quidem accusemus: ita componemus & ordinabimus. Si uero defendamus: exordium quemadmodum & in accusando constituemus. Est autem res quarum accusamur: quibusque accusator scientiam auditoribus fecerit: relinquemus.. quibus uero opinionem reliquerit: hasce ubi post exordium proposuerimus: dissoluemus. Testesque & questiones & iuramēta refellemus: quemadmodū antea audisti. Et si quidem res credibiles fuerit: poterimus ipsarum responsionē in eius quod relictū sit: locum transferre. Quod si testes per quæstiones fidē fecerint: aut in orationem aut in negotiū aut in quodcūq; aliud fuerit in aduersariis maxīe uerisimile. Ipsorum est responsio transferēda. Si uero aut contra utilitatē pu. aut contra consuetudinem accusator te fecisse criminetur: debes defendere. Id maxīe esse utile: quod ab eo crimini datur. Vel si id minus potueris. dices ut neq; abs te ab iis: qui tibi sint similes: aut quod nō hoc modo huiusmōdi res geri consueuerit. Probabile igitur ita solues. Exemplum uero debes primum si potes demonstrare: id haud quaq; esse criminationi simile. Vel aliud tibi ex contrariis præter uerisimilitudinem exemplum ferendum est. Coniecturā aūt potes cōfutare: si dicas qb⁹ causis cōtraria significare cōtigerit. Sententias uero atq; cōmentationes aut improbabilis aut ābiguas ostendas: oportet. Signa aūt non eius solum cuius ipe sis accusatus: sed rerum plurimarū signa esse ostende. Et ea qdem quæ ab aduersariis dictā fuerint: in cōtrarium aut ambiguum

conuertentes poterimus hoc modo īprobare . Si uero quorū nos accusator criminatur:ea fecisse fateamur: Idque ex iusti & legitimi partibus defendere pergamus magis legitimas res nostras iustioresque demonstrare:elaborabimus. Quod si minus cōmode fieri potuerit:ad imprudentiam casumque defugiem⁹ Iacturasque paruas esse ostendemus. Et ignoscendum nobis esse argumentabimur demonstrantes : ꝙ omnium ꝗquidem hominum per īprudentiā delinquere cōe sit.sed afficere īiuria improborū esse propriū. Dices etiā & æquū & bonū esse:& iustū & cōducibile iis ignoscere:qui p imprudentiā deliquerint. Neminem.n.omnium scire:si quid aliquādo sibi huiusmodi euēturū sit. Ostendendum ē etiam si quid aduersarius ipse aberrauerit:& ueniam tamen cōsecutus sit. Post hæc eæ præoccupationes sequuntur:quæ ab aduersariis dictæ sunt: harū igitur alias satis superque a rebus ipsis soluere poterimus. Sed si calumnientur scriptas nos orationes recitare:aut quo eas recitemus:meditari:aut mercæde conductos patronos fieri:ad hæc talia contraueniamus oportet:dissimulandoque dicamus :minime omnium lege prohiberi:aut se scripta aut illū nō scripta loqui:lege nanque talia patrare non pmitti:loqui uero ut qsqꝫ uelit facile sim. Dicendum quoqꝫ erit usqꝫ adeo aduersarii delicta uel ipsius eius sententia permagna esse:ut existimet me nū ꝗ digne ī se accusando satisfacere posse:nisi quæ dicturus essē: & antea scriberem:ac multū temporis meditatus sim. Ad scripturarum igitur orationum calūnias sic occurrere poterimus. Si uero dixerint nos discere meditariqꝫ dicēdi facultatem:confitebimur id qdem:dicemusqꝫ nos quidē quos ais discere :neqꝫ calumniatores neqꝫ cōtentiosi certe sum⁹. Tu uero q oratoriā tenes.cū hoc tempore tum sæpe alias nos calumniis circūuēnire deprehensus es:quare conducere ciuibus uidetur:ut & ille oratoriam discat:Non.n.sic malū neque insimulatorē eū fore. Eodem quoqꝫ modo siquis nos mercæde conductos causarum patronos dicat:& fatebimur:& cauillabimur. huiusqꝫ rei auctorem accusatorem nostrum ac reliquos omnis demonstrabimus. Mercædum autem species diuidemus:dicemusqꝫ alios pecuniis alios gratiis alios suppliciis alios honorib⁹ aduocatos assistere. Te igitur gratiis id obire muneris ostende. Aduersarium uero dicito ne paruo quidem pretio aduocatum assistere

Eum nanq; ut aliquid argenti iniuste capiat:non autem ne ꝑ soluat in iudiciũ ire. Idem quoq; modus seruandus est. si quis nos aut aliquos edocere dixerit:qui cõtrouersiis apud iudices utantur:aut iudicialis orões cõscribere. Nam & alios omnis ostẽdes pro uiribus adiumẽto amicis esse:& docendo quidẽ & cõsulẽdo. Et artificiosissime ĩ huiusmodi reb⁊ occurres. Oportet aũt & circa ĩterrogationes atq; responsiones: quotquot in huiusmodi speciebus inciderĩt:ne nos negligẽtia ulla capiat. Sed quæ respondeo cõcedant̃ quæq; negentur:sunt cõsyderã da. Concessiones igr̃ sũt huiusmodi. Mihi filiũ enecasti. Enecaui equidẽ. Nã ille in me prius distrinxit gladiũ. filiũ mihi pulsasti:pulsaui equidẽ. Iniuria.n.in me prius man⁊ iniecit. Mihi caput cõfregisti. Cõfregi equidẽ:Nã noctu impetũ ĩ meã fecisti domum. Talis igr̃ cõcessiones legibus freti nõ nunq; facimus. huiusmodi uero negationes legẽ declinãt. Mihi filium occidisti. non ego qdẽ:sed lex occidit:hæc autem oĩa ita oportet respondere:Cũ duarũ legum altera iubet hoc faciundũ. altera nõ uetet. quæ igr̃ in aduersarios dicẽda sũt:ex his oĩbus colliges. Post hæc autem eorũ quæ antedixerimus iteratione breuis est admonitio adhibenda. Ea uero est utilis omni tp̃re quam ob rem & singulis in specieb⁊ ea iteratione utendũ est. Verum in accusationibus maxĩe & defensionibus ea congruit. Itidẽ quoq; ĩ suasionibus atq; dissuasionib⁊. Neq; solum ea hic cõmemorare:quæ antedixerimus quẽadmodum in laudando & uituperando uerũ etiã animos iudicũ in beniuolentiam nostram conciliare. & in aduersarios concitare debemus. hanc uero iterationem in orationis partibus postremam constituimus:hæc.n.facit:ut reminiscaris sũmatim:quæ dicta sunt enumerãdo aut ratiocinando aut interrogandotua quidem quæ optima sunt: Aduersariorum autem quæ nequissima:si quidem interrogationis figura uti uolueris. Cuiusmodi autem unumquodque horum sit:ex iis cognoscere possumus:quæ superius dicta sũt. In beniuolentiam uero nostram iudices conciliabimus: & in aduersariosconcitabimus:ex iis beneficiis ut etiam in deliberatiuo genere summatim ostendimus:quib⁊ nos aut amici nostri ipos a quibus iniuriã suscipimus ipsorũue necessarios seu iudices ipsos uel eos q eis curæ sunt:siue affecerim⁊:siue afficimus:siue sumus affecturi. Et si ipi sdixerimus:nũc tempus esse

referendarum pro susceptis beneficiis gratiarū: Et si eos in cō
miserationem si opus fuerit: adduxerimus. hoc aūt eo faciem⁹
quo nostrā in auditores beniuolentiā demonstrem⁹. Et ꝗ̄ īdi
gnes ob ea quæ male passi fuerim⁹: aut patimur: passuriue su
mus: miseria præmimur: nisi hi nobis adiumento fuerīt: Si ue
ro nihil nobis absit: huiusmodi cōmemorabimus: quibus bōis
priuati fuerimus: aut priuamur: aut priuabimur: ubi iudices
nos neglexerint. Seu ut nunꝗ̄ boni quippiā nacti fuerim⁹: aut
nācīscimur: aut nacturi sumus: nisi ab his auxiliū meruerim⁹.
ex his nanq; cōmiserationem nos dignos cōstituemus: & au
ditores nobis conciliabimus. Aduersarios uero calūniis circū
uentos in inuidiam & odiū apud auditores ex horum contra
riis adducemus: cū ostenderimus ab his aut horum amicis au
ditores ipsos ipōrumue necessarios mali quippiam īdigne pas
sos aut pati aut passuros. Ex huiusmōi. n. reb⁹ ad odiū & irā
in aduersarios rapientur. Sin autem hæc fieri commode neq
uerint: ea in unum redigemus: quibus auditores in aduersari
os ad inuidiam concitemus: Inuidia nanq; propinqua ē odio.
his autem summatim inuidebitur: Si eos indigne fortunatos
& ab auditoribus animo alienos ostenderimus percurrentes
ꝗ̄ multa bona iniuste passi fuerīt: aut patiuntur passuriue sūt.
Aut ꝗ̄ nunꝗ̄ nullius boni indiguerint: uel indigent uel īdige
bunt. aut ꝗ̄ in nihil unꝗ̄ mali inciderint: seu incidunt: sed in
cident: nisi nunc a iudicibus puniātur. Ex his igitur rebus au
ditorum nobis aīos ad beniuolentiā in conclusionibus consti
tuere & in aduersarios contra cōmouere poterimus. Ex omni
bus uero supradictis accusationes defensionesq; quamaptissi
me ordinabimus.

De quæstionis speciebus

qVærendi autem species separatim quidem ipsa raro cō
stituitur: sed aliis speciebus commiscetur: & aduersus cō
tradictiones maxime est utilis. Verū tamen ne & huius
nos ordo lateat: siqñ ul' oīo uel uita hoīum actio aut ciuitatis
admīistratio quærēda cōtīgeret: tē ēt hac de parte summatim p
currā. Est igitur quærētibus eodē quasi modo exordiēdū sicuti
ēt calūnia circūuentos oportet: docuimus. Quare cū idoneas
in principiis causas attulerimus: quibus id recte facere uidea
mur. Ita ad quærendum ueniemus. Causæ autem congruent
in ciuilibus quidem conuentibus: quod aut contentione

quadam quimpotius ne auditores lateat id facimus. Demum quod nobis hi prius imolesti fuerint. In priuatis uero uel inimicicias uel paruas eorum qui quiruntur cõsuetudines: uel in eos ipsos beniuolentiam uel ut quæ agunt remittẽtes nõ amplius hæc faciãt proferre oportebit. In publicis autem si legitimum & iustum & publicam utilitatem proferemus. Ex his autem & his similibus exordio constituto ac singulis deinceps propositis aut dictis aut gestis aut cogitatis quæremus. Ea quod demonstrabim⁹ & iustis & legitimis & priuatis & publicis utilitatibus aduersari. Et oĩa demum consyderabimus: si quo in loco ipsa sibi uel moribus proborum hominum officiisue dissentiunt. Sed ne in singulis enarrandis lõgiore utamur oratione: quo pluribus illustrium studiorum aut rerũ aut uerborum aut consuetudinum res eorum quos quærimus aduersari ostenderimus: eo ipsos obscuriores apud auditores constituemus. Opus ẽ autem non tristi & acerbo quodã sed miti mansuetoque uultu quæramus. Hoc. n. modo uerisimiliores reddentur apud auditores hĩtæ orationes. Et oratores ipsi nullũ de se relinquent insimulationi locum. Vbi uero diligẽter omnia quæsieris: atque amplificaueris: orationis exitum breui: iteratione terminabis. Et ut eorum quæ dicta fuerint: auditores reminiscantur: efficies. has igitur species ubi hoc pacto constituerimus: pulcherrime ipsis uti poterimus.

Peroratio antedictorum omnium per enumerationem & amplificationem.

O Pus ẽ præterea: orando & scribendo in id quam maxime enitamur: elaboremusque: ut pro rerum natura uerba accõmodemus: & ita nos metipsos trita consuetudine his cunctis exerceamus: ut eorum usus nobis in prõptu sit: Atque ut ex arte quidem dicere possimus: tum in priuatis publicisque disceptationibus tum iis etiam in sermonibus quos aduersus alios habuerimus: plurima hinc & artificiosissima adiumenta suscipiemus. Elaborandum est etiam: ut non circa uerba orator duntaxat uerum etiam circa uitam quam antedictis speciebus exornet: atque magnificet: suam diligentiam omnem studiumque accommodet: Nam uitæ compositio & ad suadendum & ad boni & æqui uiri existimationem

a Ntigonus secundus cum demetrius pater captus esset: misissetque ex amicis quendam: per quem iuberet: ne obtemperaret: si quid litterarum coactus a seleuco ad eum daret neque urbes cederet: ipse per litteras Seleuco obtulit & omne se illi regnum cessurum uademque futurum: si patrem demetrium liberaret. Et cum bello nauali aduersus ptolemæi prætores pugnaturus esset: gubernatorque dixisset hostium nauis multo pluris esse: at me inquit præsentem aduersus quot nauis opponis? Inuadentibus uero hostibus cum aliquando cederet: ait nequaquam fugere: sed ipsum utile quod retro positum esset: persequi. Præterea cum adolescens: qui fortissimo patre natus: non tamen ipse miles esset admodum probus: paternos redditus peteret: At ego ait adolescens ob ipsius uiri non ob patris probitatem mercedes largitionesque exhibeo. Zenone autem citieo mortuo quem unū maxime philosophorum omnium admiraretur: dicebat theatrum suarum actionū interisse. Antigonus Demetrius Seleucus Ptolemæus Zeno Theatrum

l Ysimachus in thracia superatus a dromachæta: cum & sese & exercitum præsiti dedidisset: ubi bibisset: in captiuitate positus: o dii inquit: ut paruæ uoluptatis gratia me met seruum ex rege feci. Philippidi autem poetæ comico: quo & amico & familiari uteretur: quæ tecum dixit ex meis cōmunicē? quæ ipse uis respondit: præter secreta. Lysimachus

a Ntipater cum parmenionem ab Alexādro enecatum accepisset: ait: siquidem parmenio Alexandro tetendit insidias: cui fidendum? sin minus tetendit: quid agendum? Demadis autem oratoris iam ætate confecti: ait ueluti ex immolata uictima reliquum esse solum uentrem & linguam. Antipater Parmenio Alexander Demades

a Ntiochus tertius ad ciuitates scripsit: siqd præter leges Antiochus

faciũdum iuberet per litteras:ne ſibi obtemperarent ut eius
rei ignaro. Dianæ autem ſacerdotem :quæ mirandũ in mo
dum forma præſtare uideretur:cum eſſet intutus cõtinuo de
ceſſit epheſo ueritus:ne quid præter animi ſententiam : quod
nefas eſſet:agere cogeretur.

Diana

Antiochus
Seleucus
Gallogræci

a Ntiochus cognomento accipiter aduerſus ſeleucum fra
trem de regno bellum gerebat. Sed ubi Seleucus a gallo
græcis uictus nuſquam appareret.quin trucidatus uideretur:
poſita purpura Antiochus ſuffuſco amictu indutus eſt. Non
multo autem poſt certior factus de ſalute fratris ſecundo nun
cio diis immortalibus ſacrificium egit : ſuaſque ciuitates co
ronis ornari fecit.

Eumenes

e Vmenes inſidiis perſei circunuentus animã efflaſſe ui
ſus eſt:Cuius rei cum pergamum rumor perlatus eſſet:
Attalus eius frater impoſito diademate & illius accepta uxo
re regnum cepit. Cum uero accedere fratrem uiuum audiſſet:
obuiam ſimul cum ſtipatoribus uti conſuerat : profectus eſt
haſtile habens. At Eumenes eum benigne hilariq; uultu am
plexus eſt:dixitque ad aurem:ne feſtines ante uxorẽ capere:
quã me mortuum uideris. Nec aliud ſuſpecti quicquam ĩ om
nem uitam neque dixit.nque fecit .quinetiam cum ẽ uita de
cederet:uxorem illi regnumque reliquit.pro quibus ille fili
um nullum aluit:cum multos ſuſcepiſſet . Sed Eumenis filio
cum in adultam ætatem perueniſſet : regnum uiuus adhuc
tradidit .

Pyrrhus
Python
Caphiſius
Polyperches
Romani
Sicilia

p Yrrhus cũ a filiis adhuc pueris interrogaretur:cui eſſet
regnũ relictur⁹:qcunq; e uobis inquit acutiorem habue
rit gladium. Interrogatuſq; uter Python ne: an Caphiſius
tibicem melior eſſet: Polyperches reſpondit prætor . Cum
uero congreſſus cum romanis bis eos uiciſſet:multis & amicis
& ducibus interfectis:Si uno item prælio romanos:ait :uiceri
mus:actũ de nobis fuerit. At poſteaquã potiũdæ ſiciliæ ſpe
fruſtat⁹ enauigaret :retro:ad amicos uerſus qualẽ ĩgt romãis
atq; carthaginẽſib⁹ palæſtrã relinqmus? Militib⁹ aũt aquilã
eũ appellãtib⁹:qd.n.ait:ueſtris armis ut præpete pẽna ſubli
mis nõ tollar? Idẽ cũ audiſſet a qbuſdã ſe adoleſcẽtibus mul
tis ĩter bibendũ cõuiciis maledictiſq; oneratũ :iuſſit eos oĩs in
terdiu corã agi. Quod ubi factũ ẽ:eorũ primum rogauit:an ea

de se dixissent? ac iuuenis rñdit: hæc nempe rex diximus: dixissemusque longe plura si plus uini habuissemus.

a Ntiochus is qui secundũ aduersus parthos expeditiões duxit: cũ in uenatione quadã ferisq; insequendis ab amicis seruisq; aberrasset: hominum quorundam pauperum caulam ignoratus ingreditur. Et cum inter cænandum sermonẽ de rege iniecisset: audiuit eum alias bonum esse: sed flagitiosis amicis obsequentem plæraq; minus attendere: quodque adeo uenationis studiosus foret: ut res necessarias plærunq; negligeret. Atqui tunc locutus est nihil. sed cum primum illuxisset: stipatorum ad caulam aduentu ubi quis esset allata purpura atq; diademate: patuisset: Cæterum a quo: ĩquit: die uos accepi: heri primum uera de me uerba audiui. Præterea cum hierosolyma obsideret: iudæis ad maxima illa festalia petentibus dierum septem inducias: non modo eas dedit: sed etiam tauris auratis cornibus odoribusq; & pigmentis affatim præparatis ad portas usque pompam egit. Atque sacrificio illorum sacerdotibus tradito ipse in castra rediit. Iudæi uero admirati continuo sese post solemnitatem dedidere. | Antiochus | Parthi | Iudæi

t Hemistocles cum adhuc esset adolescens: inter potus ac mulieres uolutabatur. At posteaq; Miltiadis ductu barbari ad marathona uicti sunt: nihil amplius per intemperantiam Themistocles perpetrare compertus est. Ad illos autem qui eius uitæ ac morum mutationem admirarentur: dicebat Miltiadis trophæũ neque sinere se dormire neque otiosum aut desidem esse. Interrogatus etiam utrum Achilles mallet an homerus esse? Tu autem inquit: utrũ uictor in olympia esse malles an uictorum præco? Item cum xerxes aduersus græciam magna illa classe descenderet: Epicyden Temistocles ueritus hominem popularem atq; factiosum quæstus auidum ac meticulosum: ne prætor creat⁹ rempu. perderet: ut prætura abstineret: persuasit argento. Cumque Adimantus qui nauale prælium formidaret. diceret ad Themistoclem: qui ad id græcos hortaretur: suadendoque incitaret. O Themistocle eos qui in certaminibus primi irruperint: cedunt semper: ita ẽ ĩqt: adimãte. Verũ eos q mãserit. haud coronãt. Atq; cũ Eurybiades uirgã tolleret: ut obstreperet: obstrepe ĩqt: ut libet: uerũ audi. Cũ ãt eurybiadi psuadere nõ posset ĩ angustiõibus | Temistocles | Miltiades | Barbari | Marathon | Trophæum | Achilles | Homerus | Xerxes | Eurybiades

locis nauali prælio certandum esse: clam ad barbarum mittit monens: ne græcos pertimesceret: quippe qui fugerent. Ac ubi ille consilium secutus uictus est: quoniam in his locis clas se pugnasset: ubi græcis cōduxerat: rursus ad eum mittit: hor taturq;: ut correpto itinere in hellespontum fugiat: quoniam græci de soluendo ponte consultarent: is quidem eo ductus cōsilio quo in seruandis græcis illum seruare uideretur. At cum Seriphius diceret eum non sua sed urbis gloria splendo rem assecutum: uera: inquit: narras. Cæterum neque ipse: si Se riphius forem clarus essem: neque tu: si atheniensis. Cumq; formosus Antiphates: cuius amore Themistocles tenebatur: fugeret: atque contemneret eum prius: at ubi magnam adept⁹ est & gloriam & potentiam: adiret: atque blandiretur: heus inquit: adolescens sero quidem ambo: uerumtamen sapimus. Ad Simoniden uero qui iudicium quoddam iniustum ab eo contenderet: dixit: neque illum bonum poetam esse posse: si præter modulum numerūq; concineret: neque se bonum prin cipem si præter legem iudicaret. Idem filium qui ī deliciis ma tri esset: aiebat uiribus græcis præstare plurimum: Nanque principes græcorum esse Athenienses: sese uero Atheniensiū: uxorem autem ipsius suam: at illum matris. Et cum duo fi/ liam eius procarentur: prætulissetq; frugi ac probum locuple ti alteri: ait se malle uirum: qui pecuniis quam pecunias: quæ uiro indigerent. Prædium quoque cum uænderet: proclama re iussit: ut etiam uicinum bonum haberet. Præterea cum ignominia ab atheniēsib⁹ afficeret̄: quid in eos ait estis mole sti: qui uobis usui sæpenumero fuere: Seque platanis assimila bat: sub quarum tegmina tēpore imbrium refugiūt: dein uero in serenitate illas auellunt prætereuntes: atque maledicunt. In eretrienses uero cauillat⁹ aiebat eos sicut gladiolos piscis habere gladium: cor autem non habere. Cum uero Athenis primum eiectus est: postea e græcia quoque: ascendit ad regē: apud quem dicere iussus: inquit orationem uariis stratis simi lem esse. nam quemadmodum illa solent: eodemque modo ora tionem siquid extendatur speciem figurasque demonstrare: sin colligatur: easdem tegere atque corrumpere. Itaq; tempus petiit: quo persica lingua percepta pro uoluntate posset ac si/ ne interprete cum eo loqui. Multis autem honestatus mune

Hellespontus
Græci
Seriphius
Antiphates
Themistocles
Simonides
Athenienses
Athenæ
Græcia

ribus ac breui locupletatus dixit filiis: perdemur o filii: ni pediderimus.

m Ironides aduersus boetios exercitus duces egredi Atheniensibus iussis: cum iam hora instaret ac primipili nondum omnis adesse dicerent: adsunt: inquit: qui pugnaturi sunt: eorumque promptitudine atque alacritate usus hostes superauit. — Mironides

a Ristides cognomento iust⁹: solus semper uersabatur: societatesque fugiebat: tamque amicorum potentia ad iniuriam hortaretur. — Aristides

Cumque Athenienses testalib⁹ relegationis tabulis studerent: & illiteratus ac rudis homo: qui testam haberet: eum adiisset: iussisseque aristidis nomen inscriberet: ait ille nosti ne Aristiden: quod ubi is quidem negasset: sed iusti cognomentum moleste ferre diceret: tacens Aristides nomen id testae inscripsit: & homini reddidit. At cum ei essent inimiciciae cum themistocle: legat⁹ una missus: uis ait themistocle in confiniis inimicicias relinquam⁹: nam si uisum fuerit: eas rursum cum reuerterimus: recipiemus Tributa uero cum graecis statuisset: tanto pauperior rediit: quantum ad iter ipsum erogauit. Cum uero hi uersus: quos in — Athenienses — Themistocles

" Amphiaraum Eschylus condidisset: recitarentur: Nam uult — Amphiaraus

" uir esse non uideri hic optimus: Qui mentis altae fructifer sul — Eschylus

' cans segetem Consulta callens germinat grauissima: cuncti

" oculos in Aristiden conuertere.

p Ericles cum praetorem gesturus esset: assumpta chlamyde ad sese loquebatur: caue Pericle in liberos homines magistratum geres: & eos quidem graecos atque Athenienses. — Pericles — Athenienses

Iusserat autem Athenienses aeginam quasi pirei portum existimarent: ac tuerentur. Atque ad amicum quendam qui falsum illum testimonium rogaret: ubi etiam iusiurandum interueniebat: respondit se ad aram usque amicum esse. Cumque ex hac luce foret decessur⁹: sese ipse beatitudinis efferebat: quod atheniensium nemo sua causa nigro amictu indutus esset. — Aegina

a Lcibiades adhuc puer cum eo captu in palaestra comprehensus esset: quem nequiret euadere: mordebat luctantis manum. Atque illo dicente mordes ut foeminae: minime inquit: sed ut leones. Canem quoque cum optimum haberet: quem nummum septem millibus emerat: ei caudam abscidit: hoc ideo feci inquiens: quo Athenienses hac de re loquentes de me aliud nihil quaeritent curiosius. Cum uero ad lu — Alcibiades — Palaestra

Ilias
Pericles
Sicilia

dum accessisset:iliados carmen petiit :magistro autem respondente homericum sibi esse nihil:illi inflixit pugnum ac praeteriit. Et cum ad periclis fores uenisset : audissetque non esse otiosum:quoniam quo pacto Atheniēsibus rationem esset redditurus:considerareet:nonne melius est:inquit:cogitare:qui nō reddat? Atque arcessitus ab atheniensibus ex sicilia ad capitis causam:seipsum abscondit inquiens eum stultum esse : qui cum habet controuersiam:quaerit effugere:dum licet fugere. Cumque dixisset quis:non credis patriae iudicio teipsum?Ego ne matris quidem respondit:ne fortassis ignorans pro albo calculo nigrum immittat. Vbi uero audisset sese ac suos morti adiudicatos:at iis ostendemus inquit nos uiuere:& ad lacedaemonios uersus decelicum bellum in athenienses excitauit.

Lacedæmonii
Lamachus

l Amachus primipilum quendam cum repraehenderet: quoniam deliquisset:isque diceret nunquam fore : ut id amplius faceret:belli inquit bis errare non licet.

Iphicrates

i Phicrates quoniam ce donis esset filius:cōtemptui erat is gloriam tum primum adeptus est:cum saucius hostē armatum ac uiuum & corripuit : & in suam triremem transtulit. Item cum in amico socioque solo castramoetatus uallum iaceret: fossam foderet quandiligentissime :propterea quae dixisset quidam:quid enim metuimus?pessimam imperatoris uocem esse respondit:non putassem. Insuper instruct⁹ aduersus barbaros uereri inquit:ne Iphicraten nesciant: quo quidem nomine hostes alios consternatos redderet . Praeterea cum capitis iudicium subiret:ait calumniatori: cuiusmodi homo rem tu facis:qui bello instante ciuitati de me potius quam mecum consultandum esse suadeas? Ad armodiū quoque qui armodii illius prisci gentilis sibi ignobilitatem exprobraret:meum quidem genus respondit a me ipso initium sumit:tuum autem in te finit. Idem cum ab oratore quodam in concione interrogaretur:quis es:qui ita efferris animo.utrū eques:an sagiptari⁹:num pedes:an scutatus?nullus sum inquit horum:sed qui hisce omnibus imperare didicerim.

Calumniator
Armodius
Timotheus

t Imotheus putabatur fortunatus imperator :atque qui ei inuidebant: pingebant urbes:quae illo dormiente ad raete ultro se implicarent. Itaque dicebat Timotheus :si

huiuſcemodi urbes capio dormiens: quid me facturum arbi/
tramini: cum uigilaro? Ad hæc cum ex audacibus prætori
ribus quidam atheniensibus uulnus oſtenderet: at me: inquit:
puduit: quod me prætore ueſtro in Samo catapulta prope cõ
cidit. Oratores autem cum chareta præferrent: talemque di
gnum eſſe prædicarent: qui Athenienſium prætor eſſet: inqt
Timotheus immo: qui prætori ſtrata portaret.

Habrias eos dicebat pulcherrime officio imperatoris Chabrias
c fungi: qui res hoſtium maxime noſſent. Et cum prodi
tionis accuſaretur ſimul cum Iphicrate: increparetque Iphicrates
Iphicrates illum experiendi gratia in gymnaſium proficiſci: Gymnaſium
& ad ſolitam prandere horam: Quid nam inquit ſi aliud quid
dam utriuſque noſtrum Athenienſes norint: te quidem ſquali Athenienſes
dum & expertem cybi: me uero & pranſum & unctum eneca/
bunt? Dicere etiam conſueuit formidabilius eſſe ceruorum
agmen ductu leonis: quam leonum ceruo duce.

Egeſippus cognomento crobylus cum Athenienſes in Hegeſippus
h Philippum irritaret: ſucclamauit quidam e concione Philippus
bellum ne ſuades? ita per iouem inquit: nigroſque amic
tus: & cum publicis funerum elationibus funebris orationes:
ſi ad libertatem niti: quam quæ macedones imperarint: factũ Macedones
ire maluerimus.

Ytheas adhuc adoleſcens decretis hiſce quæ de Alexan Pytheas
p dro ſcribebantur: contradicturus uenit. atque dicente Alexander
quodam: tu cum iuuenis es: de huiuſmodi audes loqui
rebus? At Alexander inquit quem ſuffragiis decernitis deum:
eſt me iunior.

Hocion athenienſis neque ridere neque lachrymare ab
p ullo unquam eſt uiſus. Et in concione cum quis di Phocion
xiſſet: cogitabundus uideris o phocion: recte coniectas
inquit: cogito enim ſiqua ualeo in his breuitate uti: quæ apud
Athenienſes dicturus ſum. Idem cum oraculum Athenienſi
bus redditum eſſet unum eſſe in urbe uirum: qui omnium uo
luntati opinionique aduerſaretur: & hunc uociferantes athe
nieñſes quæritãdũ iuberent: phocion ſeſe ait hunc eſſe: ſoli. n. ſi
bi eorũ placet nihil: quæ multitudo ipſa & agit. & dicit. Atq
cũ aliqñ apd populũ ſñiã dicẽs auditorib⁹ grat⁹ ẽẽt: ītueretq

omnes : qui communi eodemque consensu quod dixisset ad-
mitterent : ad amicos cõuersus ait : num fortasse mali quip-
piam locutus sum nescius? Athenienses uero cum ad sacrifi
Athenienses cium quoddã accessiones peterẽt:ac reliqui ea cõcederent :ro
gatus sæpius sñiam dicere: Puderet me iquit si uobis accessio
nes cederẽ : huic autem sua nõ redderẽ:simulq; fœneratorem
Demosthenes ostendebat. Rursus cum demosthenes orator dixisset:eneca
bunt te phocion athenienses:si insania eos ceperit: ita in quit
me enecabunt si insania.te uero:si sanitas eos cepit. Itẽ cum
Aristogiton Aristogiton calumniator in carcere foret aĩam efflaturus:erat
.n.dãnatus:phocionaq; rogaret:ad sese ut iret:neq; amici sine
rent:ad improbũ hoĩem proficisceretur: Et ubi nam loci quisq;
aristogitona iucundius rñdit adloquatur. : Atq; cum biz in
tiis athenienses irati essent qm̃ chareta quẽ illis auxilio aduer
Philippus sus philippũ cũ copiis miserãt recipe urbe noluissent:dixissetq;
Phocion phocion haud oportere irasci sociis:qui nõ crederent sed iis
prætoribus magis qui non crederentur:prætor ipse designat⁹
ẽ.Qui a bizantiis creditus:ut philipp⁹ infecta re abiret:effecit.
Alexander Alexander autem rex cum talenta centum illi misisset muneri
qui illa portabant:interrogauit:cur nam factum esset :ut in tã
to atheniensiũ numero ad se solũ hæc Alexãder daret?Respõ
dentibusque illis:quoniam eum solum honestumque & pro
bum putaret:Proinde inquit sinat me & esse & uideri talem.
Ad hæc cum alexander triremis peteret: nominatimque iube
ret populus phociona interesse ac sententiam dicere : ubi sur
rexisset:iqt:cõsulo igr̃ uobis:ut uel armis uĩcatis:aut dominã
tium amici sitis. Præterea cum de Alexandri obitu rumor si
Rumor ne auctore exortus esset:oratoresque tribunal continuo insili
rent:neque differendum sed quamprimum bellandum esse iu
berent:rogabat phocion ut expectarent:indubitatoque rẽ nos
sent. Si enim inquit:hodie obiit:at cras aderit uel diu mortu⁹.
Leosthenes Insuper cum leosthenes ciuitatem impulisset in bellum præ
clara libertatis nominis atque imperii elatam spe:illius uerba
cupressibus similabat:Nam cum pulchra sublimiaque essent:
fructũ tñ nõ hñt. Initiis ãt succedẽtib⁹ ꝓspere ac ciuitate se
cũdo nũcio discurrẽte ĩterrogat⁹.an hæc ita gesta uellet gesta
Attica hæc qdẽ:consulta uero illa rñdit. Atticã uero adortus mace

donibus:oramq; maritimã uastantibus:iuuentutẽ eduxit:per multisq; ad eum concurrentibus.& ut collẽ caperet:ibiq; copias instrueret:hortantibus:o Hercules inquit: ut multos ĩperatores intueor:milites uero paucos:uerumtamẽ cõgressus & uicit ac macedonum principẽ Niciona interemit. At paulo post Athenienses bello superati ab Antipatro præsidium ad misere: Menillusq; præsidii princeps cum photioni pecũias daret:turbatus inquit neq; illũ Alexãdro esse meliorẽ: & cãm qua propter nunc eas acciperet:cũ tunc noluisset:esse plane deteriorẽ. Atq; ait Antipr̃ cum duo sibi athenis amici essent: neq; phocioni ut a se munera caperet:persuasit: neq; demaden his ipsis expleuit. Idẽ cum ab Antipr̃o rogaretur:ut iniusti quiddã faceret. Non potes inquit Antipater & amico & assentatore phocione uti. Atq; ubi post Antipatri obitũ atheniẽsibus sese in popularẽ principatũ uendicãtibus phocion morti esset adiudicatus ĩ cõcione:amici uero flẽtes sequerenť:phocioni aũt qui silentio incedebat:quidã ex inimici s obuiã fcũs in faciẽ inspuisset:is ad magistratum ubi oculos conuertisset: non ne quis inquit:dedecori inseruientem hunc represserit?Cũ que eorum unus:qui una morituri erant:lamentaretur:affligeretur que:non amas:ait:Thudippe cum phocione mori? Iam uero allata ad eum culigna ĩterrogatus nunquid ad filium diceret:Ego ĩquit:iubeo:& rogo te:nequid rerum harum memoria atheniensibus irascare.

p Isistratus Atheniẽsium tyrãnus cũ ex amicorũ numero quidam ab eo defecissẽt:eiusq; cepissent phylã ad eos uenit collectũ stratum secum ipse portãs. At illis qd uellet interrogãtibus:si uobis inqt:persuasero:abibo.sin minus persuasero:uobiscũ mansurus sum ꝑinde paratus ueni. Atq; cũ ad eum delatũ esset eius mr̃em cuiusdã adolescẽtis amore detineri.& illius quidẽ formidãtis deprecantisq; plurimum clam congressu uti:adolescentẽ ad cænam inuitauit:ac rogauit ĩter cænandũ.quo pacto res acta esset:illo autem iucunde oĩa sua uissimeq; differente:hæc inquit:tibi ĩterdiu futura sunt:si mr̃i placueris. Itẽ cum thrasibolus eius amaret filiã: obuiãque factus suauiasset:proptereaq; in illũ ab uxore exasperareť:ait siqui nos amant:oderim⁹:quid iis faciemus:qui oderunt?Vxoremque thrasybolo uirginẽ dedit. Cantores lasciuiores qui

Athenienses
Antipater
Menillus
Demades
Thudippus
Phocion
Pisistratus
Trasybolus

dam cum in eius uxorem incidissent:multaq; petulanter egis/
Pisistratus
sent:dixissentq; interdiu uero pisistratũ ut sibi ignosceret : la/
chrymantes præcarẽtur:uos inquit enitimini post hac sanio
res esse. At mea uxor ni.sq; heri prorsus profecta ẽ. Interro
gantibus aũt filiis cum is alteram uxorem ducturus foret :nũ/
quid eos accusaret?minime inquit:quin laudo potius:ac uolo
alteros mihi huiusmodi natos fieri.

Demetri⁹ phalæreus

d Emetrius phalæreus monebat ptolemæum regẽ : ut de
regno imperioq; libros sibi compararet:atq; perlegeret:

Ptolemæ⁹ rex

Quæ enim amici non audẽt monere reges: hæc in libris scri
pta sunt.

Lycurgus

l Ycurg⁹ lacedæmoni⁹ assuefecit ciues nutrire comã.ĩquiẽs
formosos coma uenustioris effici:deformis uero formida/
bilioris. Ad illum quoq; q.populi principatũ in urbe faciundũ
hortaretur:tu primus respondit in ædibus tuis populare prĩ
cipatum efficito. Ad hæc iubebat ædes serra securiq; dun/
taxat laborandas: Sic enim puderet in humilis ac plæbeias
ædis pocula & strata sumptuosiorisque mensas importare.
Præterea pugilis ac pancratii certamen inhibuit : quo ne lu/
dendo quidem abnuere consuescerent. Expeditiones insu/
per aduersus eosdem hostes sæpius educere prohibuit : ne ii
bellicosiores redderentur. Itaque cum posteriore tempore

Agesilaus

Agesilaus esset uulneratus:ait Antalcidas præclaram eum a
thebanis disciplinæ mercedem capere:qui uel inuitos assuefe/
cisset docuissetque bellare.

Charilaus

c Harilaus rex rogatus:cur leges adeo paucas Lycurgus
tulisset:respondit:qui uerborum paucitate uterentur:le/
gibus haud multis indigere. Atque cum mancipium quod/
dam audacius sese illi inculcaret:per geminos ait:enecarẽ te :
nisi irascerer. Ad illum uero qui interrogaret:quid nutri/
rent comam:respondit quoniam ex omni ornatu hic quam
minimus sumptus est.

Teleclus rex

t Eleclus rex fratri:qui ciues criminaretur:quod sibi ma/
gis quã illi aduersarẽtur:tu enĩ ĩquit ĩiurias pati nescis.

Theopompus

t Heopompus cum quadam in Vrbe murum sibi quidã
ostenderet:& an sibi pulcher altusque uideretur: ĩterro/
garet:minime:si mulierum ẽ:inquit.

Archidamus

a Rchidamus cum in pelopõnensiaco bello socii roga/

rent:ut tributis modum eis statueret: respondit bellum non constitutis pacisci.

b Rasidas cum in carici s murē comprehendisset: morsus eum dimisit: deinde ad astātis ait: nihil est ita paruum: quod si ausit inuadentibus repugnare: non se incolumem ser uet. Ad hæc cum in prælio esset clipeo transuerberato ictu percussus: eadem ipsa quam e uulnere hastā eduxisset: hostem interemit. Rogatus autē qui saucius factus esset: quoniam me clipeus inquit prodidit. Brasidas

u Bi Brasidas occidit: liberatis iis græcis qui thraciam in colerent: ac legati qui lacedæmona missi sunt: eius ma/ trem adissent: primum illa interrogauit: an pulcherrime Bra/ sidas obisset. Thracibus autem efferentibus eum laudibus: aliumq; tale dictitantibus fore neminem: ignoratio uos hospi tes inquit tenet: nam brasidas quidam uir probus fuit: uerum lacedæmon permultos habet illo meliores. Brasidas Thracia Lacedæmon

a Gis rex dicere consueuit non esse lacedæmonios interro gandos: quot nam essent: sed ubi essent hostes. Idem ad mantineam cū hostes q̄m plures essent: expugnare nequiuisset ait q multis uellet dñari op⁹esse: ut cū multis quoq; pugnaret. Cum uero Elii laudarēt: quod olympiacos ludos præclare a gerēt: At qd inquit: admiratione dignū faciunt: si quattuor an norū curriculo diē unum iusticia utunt? Cumq; laudibus īsi sterēt: ait: quid mirandū: si pulchra ī re iusticia utantur pulchre? Item cū flagitiosus homo sæpius rogaret qs spartiatarū opti mus foret: q tui dissimillimus ē respondit: Rursus cū ab alte ro quæreret quot essent lacedæmonii: quot īquit satis sunt q malos arceant. Et cū idem ab alio quæreret: permulti ait tibi uidebunt: si eos pugnantis inspexeris. Agis rex Elii Olympiadi ludi Iusticia

l Ysander amictus: quos dionysius tyrannus ad ei⁹ filias preciosissimos misisset: nequaq; accepit: ueritus ingens: ne hisce deformiores uiderentur. Atq; a quibus carperetur: per inde atque degenerasset ab hercule quod dolo plæraque gere ret respondebat: quo leonis non attingeret. uulpis pellem as suendā esse. Insuper cū argiui iustius q̄ lacedæmonii de quo ābigebāt solo: uiderent dicere: districto gladio. q huius inqt: ius habet: optime de soli terminis differit. Lacedæmonios Lysander Dionysius Argiui Lacedæmonii

uero cum ad expugnandos corynthiorum muros timidioris aspiceret: ut leporem uidit exilientem e fossa: huiusmodi inqt: hostes metuitis? citra quorū muros præ inertia lepores dormitant? Et cum megarensis uir quidam in publico coetu audacter ad eum ac licentius loqueretur: Tua inquit. uerba ciuitatis indigent.

Agesilaus

Agesilaus eos qui Asiam incolerent dicebat liberos quidem malos esse. suos autem bonos. Cumq; ii consuesset persarū regē magnū appellare. At qua nā inquit re ille me maior est: nisi iustior temperatiorq; sit? Ad hæc cum de fortitudine iusticiaque rogaretur: utra esset melior? Nihil ait fortitudine indigemus: si iusti omnes simus. Item cum noctu repente ex hostili solo castra moturus foret: & cum cuius amore teneretur ob infirmitatem relinqui atque lachrymare intueretur. durum ē inqt misereſcere simul ac sapere. Rursum cū Menecrates medicus cognomento iupiter epistolā ad eum scripsisset: Menecrates Iupiter regi Agesilao salutē: Rescripsit rex Agesilaus Menecrati sanitatē. At cū lacedæmonii Atheniēses ad corinthū ac socios superassent: audita hostilium cadauerum multitudine: heu inquit græciæ: quæ tot ex sese perdidit: qui sat essent: quibus barbaros omnis uinceret. Atque cum oraculum a Ioue in Olympia ex sententia accepisset: deinde ephoris iubentibus ut etiam iisdem de rebus phythium consuleret: ubi delphos petisset: deum rogauit: an quæ patri: eadem sibi quoque uiderentur. Præterea cum amicum quēdam a carc icarieo peteret: ac rogaret: ad eū scripsit: Si Nicias iniustus in te non ē: dimittito. sin ē iniustus: nobis dimittito omnino autem dimittito. Ad hæc ut eum qui lusciniæ uocem imitabatur: audiret hortatus: ac ipsam inquit sæpenumero audiui. Cum uero post leuctrensē pugnā ephori q urbem exhaustam uiris intuerentur propter legem: quæ perterritos oīs notandos esse iuberet: uellet infamæ notā soluere: ac legislatorē. Agesilaū declarassēt. is ut ī mediū ꝓcessisset: ius legib⁹ postridie inciperet. Idem ad regem ægyptiorum socius missus cum una cum illo obsideretur. essentq; hostes & multo plures: ac fossa castra circundarent: egrediundum rex dimicandumq; iubebat de summa rerum. At Agesilaus inquit non esse hostes impediēdos: quos sibi ipis pares uellet. Præterea

Menecrates
Epistola

Delphos

Nicias

Agesilaus

tum parum deesset: quin fossa cõiungeretur: aduersus id quod reliquum erat instructa acie ac pari usi certamine uictoria potiti sunt. Ad postremum cum moreretur amicis iussit nullam sibi neque fictam neque pictam facerent: ita enim imagines appellabat. Nã si quod mihi opus illustre factũ est: hoc mihi monumentum est: Sin uero nullum: neque si omnis quidem statuas feceritis.

a Rchidamus ubi agesilai catapultam esset intutus: cum primũ ex sicilia aduecta esset exclamauit o Hercules periit uiri uirtus. Archidamus

Gis iunior cum demades diceret enses laconicos ob breuitatem a circulatoribus absorberi: attamen lacedæmonii: respondit: huiusmodi ensibus hostes uæhementissime assequuntur. Itẽ cum ephori cuidã proditori tradẽdos milites iuberẽt: haud illi se iqt alienos credere: q proprios prodidisset. Agis Iunior Demades

c Læomenes cum qs se gallos ei daturũ polliceret: qui pugnando interirent: istos mihi des: inquit: nolim: sed illos potius: qui pugnando interimant. Cleomenes

p Edaretus nõ electus in numerũ trecentorũ: qui quidẽ honos in urbe cæteris dignitate pstabat: hilaris surridẽsq abibat gaudere se inquiens: si quidem trecentos urbs haberet ciues sese melioris. Pedaretus

d Amonidas in ultimũ chori ordinẽ locatus a chori magistro pulchre tu quidẽ iuenisti: iqt: q ẽt ipe honorabilis fias. Damonidas

n Icostratus argiuorũ prætor cum ad cuiusdã castelli proditionẽ grãdi pecunia atq matrimonio lacænæ mulieris q̃ ipse uoluerit præter regias: ab Archidamo hortaretur: respondit Archidamũ ex herculis genere nequaq̃ esse. Herculem. n. lustrato orbe malos supplicio affecisse: at bonos archidamum facere malos. Nicostratus Hercules Archidamus

e Vdæmonidas cũ i academia xenocraten uidisset: q iã senex cũ discipulis disputaret: cũq audisset ab eo uirtutẽ queri: at qñ ea utet: iqt? Rursũ cũ philosophũ audisset: q solũ sapiẽtẽ esse bonũ imperatorẽ differet: dictio iqt admiratione digna: uerũ q loquitur: tubæ strepitũ nunq̃ audiuit. Eudemonidas Xenocrates

a Ntiloch⁹ cũ ephorũ gereret: audiẽs messeniis agrũ a philippo datũ: iterrogauit: num ẽt dedisset philippus: ut possiderent: cum pro illo pugnandum foret?

m

Antalcidas

a Ntalcidas cum atheniensis quidam lacedæmoniis imperitiam obiiceret: soli certe nos inquit mali nihil a uobis didicimus. Præterea cum alius Atheniensis ad eum dixisset: Atqui nos a cephiso sæpissime uos fugauimus: At nunquam nos: inquit: fugauimus uos ab eurota. Ad hæc cum Sophista quidam herculis laudationem lecturus esset: ait quis enim eum uituperat.

Sophista

Epaminōdas

e Paminonda thebano imperium gerente nunquam in castris repentinus tumultus exortus est. Dicebat autem belli pulcherrimum esse mori. Grauiori uero armatura peditum corpus asseuerabat exercitatum esse oportere non athlætarum solum sed etiam militū more. Itaque carnosioribus se infestum præbebat: ac talem quēdam amouit ab exercitu inquiens uix tribus quattuorue clipeis tegi eius uentrem: cuius magnitudine suam ipse mentulā ne uidere quidam posset. Sic etiam tenui uictu ac uili erat: ut cum a uicino ad cænam inuitatus inuenisset liborum obsoniorumque & unguentorum apparatum: abierit illico inquiens: ego te sacrificare nō contumelia uti opinabar. Et cum coquus dierum aliquorū sumptus rationem collegis redderet: olei solum multitudinem moleste tulit: Admirantibusque collegis: non sumptum inquit ægre se ferre: sed quod tātum olei intra corpus excepisset. Itē cum festum diem urbs ageret: ac potui omnes coituique studerent occurrit familiari cuidam sobrius atque mentis compos incedens. Illo autem admirante quærenteque: quid ita solus ambularet: quo liceat inquit omnibus uobis ebrietati & desidiæ indulgere. Atque nequam hominem qui flagitiose quid deliquerat: rogante pelopida non dimisit: at amicæ precibus dimisit: dicens amicas decere talia munera capere non prætores. Ad hæc cum lacedæmonii copias educerent: oraculaq; thebanis referrentur: quæ quidem alia uictum iri alia uictores eos fore dicerent: iussit hæc ad tribunalis dexteram: illa uero ad leuam poni. Quibus omnibus positis surrexit inquiens: si parere imperantibus: & cum hostibus congredi aduersi uolueritis: hæc uobis oracula sunt: melioraque ostēdit: Quod si formido uos ceperit: illa sunt: & in deteriora orationē uertit. Itē rū cū in hostes agmen opportune duceret: at tonitru facto sui

College

Lacedæmonii
Thebani

quærerēt:qd deum portendere arbitraret:hostes attonitos ēē rn̄dit:quod cum huiusmodi agri in ꝓximo essent:in talibꝰ ipi castramœtarent. Atq; ornatissimarū omnium quas gessisset: & optimarū rerum iucundissimū eā sibi dicebat :quod suis ad huc uiuis parētibus ad leuctra lacedæmonios superasset. Cū Leuctra
q; alio tempore unguentato corpore ac hilari facie apparere cōsuesset:post illud prælīū postridie squalidus ac demissa frō te processit in mediū. Percunctantibusq; amicis an ægri quicq; ei accidisset:nihil accidisse rn̄dit: uerū sentiebā me elatiore aīo heri fuisse:quā par esset. Itaq; īmoderatam lætīciā hodie plec to. At cū spartiatas sciret operam dare:ut huiusmodi casus absconderēt:uolensq; illorū calamitatis magnitudinē liquido patefacere:nō est passus ut oēs simul:sed ut singulæ potius ci uitates cadauera tollerēt. Quare lacedæmoniorū cadauerum mille & amplius uisū est. Itē cum Iason thessalorū princeps Iason
socius uenisset thebas:& Epaminondæ qui plurimum inopia premeret:aureū duomillia misisset:aurum quidem nō accepit: Iasona uero aspiciens:iniuriā inquit incipis. At ipse denariis quinquaginta mutuo acceptis ac ciue quodam ad exercitus cō meatum in peloponnesum irrupit. Rursum cum rex persarū Peloponessus
daricū triginta millia ei misisset :grauiter Diomedonta repræ hendit :quod nauigationis tantum ad Epaminondan corrum pendum enauigasset. Iussitque:regi diceret:si quæ thebanis cō ducerent:sentiret:Epaminondan gratis amicum habiturus fo ret:sin autem quæ non conducerent:hostem. Et cum Argiui Argiui
thebanorum societatem inissent:ac Atheniensium legati in ar cadiam profecti in utrosque inueherentur :a Calistratoq; ora Calistratus
tore tum orestes tum œdipus exprobraretur urbibus:ubi ēpa Orestes
minondas surrexisset:fatemur ait:& apud nos patricidam ex Oedipus
titisse & apud argiuos matricidam : uerum qui hæc perpetra Epaminondas
uit:nos quidem eiecimus: Athenienses uero excepere. Spar
tiatis uero qui multis magnisque in rebus thebanos crimina Athenienses
rentur ;his respōdit:uos breui oratione gaudentis otiosos red diderit. Atque posteaquam Alexandrum phereorum tyran num qui thebanis erat hostis:in amiciciam Athenienses socie tatēque recipissent:eisq; ille polliceret carnes quæ mina uænū dabāt:semiobolo se præbiturū: At nos igt epaminōdas ligna

ad hasce carnes atheniensibus gratis præbebim⁹. Istorum. n. agrū excidemus: si molestiores esse prexerint. Insuper cum

Boetii

boetios uellet in armis perpetuo esse: erant. n. per otiū dissolutiores quo tpre ipsorum princeps electus esset: eos monebat inquiens: etiā consultate uiri: nam si imperatorē gessero: imperio parendū est uobis. Itaq; campestrem patentēq; regionem belli orchestrā appellabat: perinde ut illā possidere nequeāt: nisi manum pro clipei loco hūerint. Et cum chabrias paucos the

Chabrias
Trophaeum

banos quosdam qui ad corinthium sub muros auidius prælia rentur: interemisset: trophæumq; statuisset: epaminondas deridens ait: hic nō trophæū sed hecatensiū hoc est hecates simulachrū statuendum est: Hecaten. n. ante portas in triuiis nō absurde erigebant. Ad hæc cū quidam nūciasset exercitum ab atheniensibus nouis ornatū armis in peloponnesū missum: qd

Antigenidas
Telles

ergo Antigenidas suspirat. īquit: si nouas tibias Telles habet; erat enī tibicen Telles pessimus: at Antigenidas optimus. Itē cum didicisset armigerum permultas ab homine captiuo pecunias accepisse: mihi: ait: clipeū redde. tibi uero faciūdo quæstui tabernam emitto: Non enim amplius æque discrimen subire uelis: qui unus e diuitibus beatisque factus sis. Interrogatus quoque utrum sese meliorem imperatorem duceret an Chabrian an Iphicraten: difficillimum est īquit: iudicatu: quoad uiuimus. Præterea cum ex laconica reuersus ad capitis causam una cū pretoribus collegis arcesseretur: quod menses quattuor

Boetia

boetiæ imperio præter legem adiecisset: collegas hortatus est: in se crimen referrent tanquam ui coacti. at ipse non habere inquit uerba: quæ rebus præstarent. Quod si omnino aliquid apud iudices dicendum esset: orare si se occiderint: ut statuæ cōdemnationem inscribant: quo græci norint thebanos uel inuitos ab epaminonda coactos esse: qui laconicam quæ annos

Laconica
Messena

quingentos neque prædam neque bellum passa esset: & Messenam triginta ac ducentos annos incoluisset: concremarint: cōposuisse etiam atque redegisse in unum arcadas: præterea græcis libertatem restituisse. Hæc enim ea prætura atque imperio gesta sunt: quare iudices multo cum risu egressi sunt ne suffragia quidem in eum admittentes. Ad postremum cum in ultimo prælio uulnus excepisset: delatus in tabernaculum uocauit daiphantum post hunc deinceps hyollidan: quos quidem

Daiphantus

uiros ubi efflasse animam accepisset: iussit: cum hostibus bellum soluerent: tanquam eis imperator non esset. Remque uerbo testatus est: utpote qui optime ciues suos nosset.

p Elopidas epaminondæ collega in prætura cum ab amicis diceretur necessarium negotium cogendæ necessariæ pecuniæ negligere: pecuniæ per Iouem ait: necessariæ huic sunt Nicomedi: hominem is quidem ostendens & claudum prorsus & debilem. Vxore autem cum ad pugnā egrederetur: eum precante: ut se saluum faceret: hoc alios ait monendos esse: at principem & prætorem: ut ciues faceret saluos. Item cum quidam dixisset: in hostes incidimus: quid in illos nos magis: inquit: incidimus quam in nos illi? Atque cum fractis foederibus ab Alexandro pheræorum tyranno & captus & uinctus esset: proindeque illi malediceret: tyrannusque dixisset properas mori? maxime inquit: quo thebani magis excandescant: ac tu citius pœnam des. Ad hæc cum Theba tyranni uxor ad eum uenisset: seque mirari diceret: quod uinctus ita esset hilaris: is magis illam se mirari respondit: quod non uinctum expectaret Alexandrum. Item cum ab Epaminonda ueheretur: gratias inquit habere Alexandro: quoniam in præsentia potissimum experiretur nō modo ad bellum sese: uerumetiam ad necem uti audentia.

Pelopidas
Epaminondas
Nicomedes
Alexander
Theba

EXEMPLA ROMANA.

m Arcus curius a quibusdam cum accusaretur: quod agri bello patri minimam partem uiritim distribuisset: plurimam uero publicam effecisset: optauit neminem romanorum fore: qui quod agri ad alendum satis esset: parum duceret. Samnites autem cum post aduersum conflictum ad eum profecti aurum darent: rapa elyxabat in fictilibus: samnitibus autem respondit minime se auro indigere qui tali cæna uteretur atque malle habentibus imperare quam habere aurum.

M.curius
Samnites

g Aius Fabricius cum romanos a Pyrrho uictos accepisset: labieno dixit: Pyrrhus romanos uicit: non epirotæ. Et cum multum ei auri daretur a Pyrrho: ad

G.Fabricius
Romani
Pyrrhus

quem pro redimendis captiuis uenerat :nequaquam accepit. Postridie uero qui maximus elephantus esset : instructu pyrrhi post terga ignoranti fabricio clamorem emittens repente apparuit : quo facto conuersus fabricius :ac subridens me:ait: nec aurum heri:nec hodie bællua permouit . Rogantéque eum Pyrrho:ut secum esset:ac proximū post se imperium haberet:neque tibi hoc:inquit:conducit : nam epirotæ si ambos nos norint:a me regi quam abs te malint. Rursum Fabricio consuli Pyrrhi medicus epistolam misit: qua polliceretur:si is iuberet:se Pyrrhum uenenis interfecturum . At Fabricius eam epistolam ad pyrrhum dedit saniore ut mente uteretur : monens : quoniam & amicorum & hostium pessimus iudex esset. Sed posteaquam insidiis compertis Pyrrhus medicum suspēdio affecisset:reddidissetque Fabricio captiuos sine redemptionis pretio :eos non accepit gratis :sed ne mercedem cepisse uideretur:totidem ei captiuos restituit:Nam neque Pyrrhi gratia insidias significasse affirmauit : sed ne romani dolo uiderentur uti ad necem : perinde atque palam uincere minus possent.

Romani

Fabius maximus

Annibal

f Abius maximus cum nollet cum Annibale acie confligere sed cunctando exercitum eius terere:qui tum pecuniæ tum annonæ premeretur inopia : per aspera ac montuosa loca insequebatur : & sese a latere egressus opponebat. Cūque a multitudine rideretur: & Annibalis uocaretur pædagogus:id minimi pendens cogitatibus suis atque consiliis utebatur. Et ad amicos conuersus dicebat eum sibi timidiorem uideri: qui cauilla conuiciaque metueret:quam qui hostes fugeret. Insuper cum de collega Minutio :quoniam hostes aliquos prostrasset:magnus rumor esset: quasi uir foret nomine romano dignissimus : magis se inquit secundam Minucii fortunam quam aduersam pertimescere. Pauloque post cum in insidias incidisset Minucius : & simul cum exercitu perire uideretur : ubi ipse auxilium tulit : cum magnum hostium numerum prodidit :tum illum seruauit . Itaque Annibal ad amicos dixit:non sæpe prædixi uobis fore aliquando ut montana nubes in nos imbris resolueret ? Atque post cannensem

Minutius

cladem creatus imperator una cum Claudio marcello uiro & intrepido :& qui cum Annibale quamlibentissime semper dimicaret : sperabat ipse si nemo pugnaret : breui futurum : ut Annibalis miles attritus fessusque deficeret. Quam ob rem dicebat Annibal maiori sibi metui esse Fabium pugna uacuum quam pugnantem Marcellum. Et cum miles lucanus apud eum esset accusatus : quod mulieris amore noctu sæpe in castris uagaretur : cæterum mirabili armorum uirtute uir esse narraretur: mulierem quam deperibat : compræhendi eo clā iussit :& ad se duci. Vt autem adducta est: accersito homine : quod præter legem : inquit :pernoctares : haud nos latuit : at ne prius quidem latuerat.quod probitati studeres: quare fortiter tuis ac recte factis errata condonentur : Reliquum nobiscum eris : habeo enim sponsorem : & adductam mulierculam ei commendauit : ac tradidit. Item cum Tarentinos Annibal præter arcem præsidio teneret :Fabius ubi quamlongissime dolo abscessisset : & cepit urbem:& in prædam uertit. Scriba uero interrogante quid de sacris simulacris statueret: relinquamus ait tarentinis deos iratos. Et cum. M .liuius: qui arcem præsidio teneret : urbem per se captam diceret:alii hominem ridebant : At Fabius ait : uera narras: nam nisi tu urbem amisisses: nequaquam ego recuperassem. Atque cum iam senior esset : ac filius consul de rebus gerendis in publico loqueretur : præsentibus pluribus ascendit equum atque procedebat. Cumque lictorem iuuenis misisset : iussissetque equo descenderet :aliis sese auertentibus Fabius ipse equo exiliens præter ætatem accurrit : natumque complexus : belle : inquit : sapis o fili: qui plane intelligas:quibus imperas :& cuiusmodi imperii magnitudinem susciperis.

Claudi⁹marcellus
Annibal
Fabius
Marcellus
Tarentini
Annibal
Fabius
M.liuius

SCIPIO MAIOR

Scipio maior cum a re militari atque urbana studium ad litteras conuerteret : dicebat cum otiosus esset : plura tunc negocia a se geri. Idē ubi carthaginem ui cepisset:ac milites qdam quam cepissent:captiuā præstanti forma ac uirginem aduæherent:atque illi darent:libenter inquit

Veneris tẽplũ

Sicilia

Carthago

L. Terẽtius

Antiochus

Scipio

Quæstores

Pætilius

Quintus

acciperem: si priuatus: non imperator essem. Rursum cum ĩ alto positam urbem obsideret: ubi templum Veneris eminẽtius apparebat. iussit: illic uadimonia consentirent perinde ut ad tertium diem in Veneris phano disceptantium causas auditurus: id quod sicuti prædixerat factum dedit urbe capta. Atque in sicilia cum quis percunctaretur: cuius rei fiducia ad Carthaginem classe foret traiecturus: ostensis ei armatis exercitatisque uiris trecentis & alta turri: quæ e mari eminebat: Nemo est horum ĩquit: q si super hanc turrim ascenderit: non se: si iussero: præcipitem iaciat. Cum uero & agro potitus est: posteaquam traiecisset atque hostium castra cõcremasset: missaque legatione Carthaginenses pepigissent ictis fœderibus tum bælluas tum nauis cum etiam pecunias datum ire: & quoniã ex Italia adnauigasset Annibal ea fiducia ductos conuentorum pœniteret: his auditis Scipio ait ne illis quidem uolentibus fœdera seruaturum sese: ni talentum etiam quinque millia ad ea priora soluerint: propterea quod Annibalem accersissent. At ubi omnino uicti Carthaginenses pro fœderibus ac pace legatos ad eum misissent: qui uenerant illico abire iussit perinde ac non eos auditurus quam. L. Terentium adduxissent. Erat autem romanus Terentius uir frugi & bonus: quem Carthaginenses captiuum egerant: Qui ubi adductus est: eum iuxta se in prætorio sedere pro tribunali uoluit. & ita Carthaginensibus responsum dedit: ac bellum soluit. Terentius autem eum triumphantem secutus est pilleatus tanquam donatus libertate. Atque post eius mortem iis qui uenerant ad efferendum funus: mulsum ministrauit: quæque alia ad sepulturam attinebant: quãdiligentissime curauit: Sed hæc postea. Rursum cum Antiochus posteaquam romani aduersus eum traiecissent in asiam: pro soluendo bello ad Scipionem misisset: prius inquit oportuit: non nunc cum & frænum & sessorem susceperis. Præterea cum ei pecuniæ a senatu ex ærario decretæ essent: neque eo die quæstores ærarium uellent aperire: se aperturum ait: Et enim per se clausum esse: qui tam ingenti pecunia illud implesset. At cum multa in eum crimina a Pætilio & Quinto cõicerẽtur apud populum: ait hoc ipso die Carthaginenses cum Annibale a se uictos:

quare coronatum sese ascensurum capitolium. Qui autem uellet suffragia ferret aduersus se iussit: quæ locutus Capitolium ascendit: populus uero secutus est accusatoribus adhuc dicentibus relictis. Capitolium

t Itus quintius ita statim ab initio fuit illustri fama: ut ante tribunatum ante præturam ante ædilitatem consul designatus sit. Is cum aduersus philippum cum imperio missus esset cum illo in colloquium uenire ausus est. Philippo autem obsides petente: illum enim esse cum multis romanis: se uero solum esse macedonibus: Tu enim respondit Quintius solum te fecisti: quoniam & amicos & cognatos occidisti. Atque ubi philippum acie uicisset: iussit in isthmiis proclamari liberos se græcos dimitti ac sui iuris. Atqui quotquot romani Annibalis temporibus in captiuitatem acti apud græcos seruiebant: hos singulos redemptos denariis quingentis Quintio græci dedere dono. & illi in urbe triumphantem secuti sunt pilleos capite gerentes: ut iis mos est: qui liberi facti fuerint. Atque Achæos: quibus ĩ Zacynthiorum insulam exercitum ducere mens erat: monuit: cauerent: ne quemadmodum testudines protenso capite extra peloponnesum discrimen adirent. Insuper cum Antiochus rex ingenti cum exercitu græciam peteret: cunctis perterritis cum ob militum multitudinem: tum ob armorum uarietatem: Huiusmodi ad Achæos dictione est usus: Ait enim cum chalcide apud hospitem cænaret: admiratum se multitudinem carnium at hospitem respondisse eas omnis porcinas esse sed cōdimentis modo apparatibusque differre: Proinde nec uos ait admiremini regias copias: cum hastatos cataphractos & pæzeteros: hoc est pedestris socios: cumque equestris sagiptarios auditis: Nam hi omnes syri sunt armis inuicem differentes. Philopoemeni quoque prætori achæorum: qui multo equite & grauioris armaturæ pedite abundaret: pecuniis uero indigeret: illudens aiebat: Philopoemeni & manus & crura esse: uentrem autem non esse: Et enim forma corporis Philopoemeni talis erat. Titus quintius Philippus Antioch⁹ rex Græcia Chalcis

g Aius domitius quem Scipio maior in bello aduersus Antiochum apud lucium fratrem suis legationis uici G.domitius Scipio maior

Antiochus bus fungi uoluit: cum hostium aciem esset conspicatus: præfectis hortantibus ut statim hostem adoriretur: horam nequaquam satis esse respondit: ut tot hominum millibus trucidandis: impedimentisque rapiendis repetentes castra seipsos curarent. Verum hoc in tempore cras factum ire. congressusque

Xlx. millia hostium desyderata postridie hostium quinquaginta millia ad internicionem redegit.

P. licinius Publius licinius consul imperator uictus equestri prælio a perse macedonum rege milites duo millia octingētos amisit ptī cæsos partī captos. Post præliū uero cū pses

Perses & p foederibus & pro pace oratores misisset: uictus uictori iussit: ut & regnum & res omnis romanis cederet.

Paul⁹ æmyli⁹ Paulus æmylius secundum consulatum petens repulsā habuit. Sed ubi imperitia & mollicia imperatorum bellum aduersus persen ac macedonas prolyxitatem accepit: & ob id consulem illum declararunt: ait eis se gratias nō

Callide habere: quoniam non eo esset imperator designatus: quod tam imperio sibi quam illis imperatore opus foret. Cumque domum e foro petisset: ac tertiam filiolam: quam lachrymantem offenderat: quid ploraret: interrogasset: atque illa

Perses respondisset: quoniā perses nobis mortuus est: erat autē catellus ita nominatus: in bonam fortunam ait o filia: omenque arripio. Atque cum multam in castris audaciam garrulitatemque offendisset: quam imperatores ac rerum minime necessariarum studiosi induxissent: ut quiescerent: ac solum gladios acuerent: iussit: sibi enim reliqua curæ fore. Nocturnas autem excubias iussit sine hasta & sine ense asseruarent: quo desperantes: qui hostibus repugnarent: magis sopno resisterent.

Macedonia Et cum macedoniam per locos saltuosos inuasisset: ac

Nasica instructos hostes aspexisset: Nasica enim eum hortante ut confestim illos adoriretur: facerem istud quidem: si tua mihi ait ætas esset: Verum multa mihi experientia impedimento est: ut itinere fatigatus aduersus iustructam aciem dimicem. At superato perse cum pro uictoria epulum præberet: dicebat expertum peritumque exercitum maiori hostibus terrori esse suauissimumque amicis conuiuium præbere. Ad hæc cum perses captus esset: ac in triumphum duci deprecaretur:

hoc inquit in te est : Ita enim potestatem ei dedit : ut se ipse interimeret. Grandi autem ac propemodum infinita inuenta pecunia nihil ipse accepit. At genero tuberoni phialam argenteam ponderis librarum trium militiæ præmium dedit: Et hanc aiunt primam æmyliorum domum argenteam supellectilem ingressam. Præterea cum quattuor ei masculinæ prolis filii essent :duos adoptioni aliis antea dediderat :reliqui duo qui domi erant : alter qui annos quattuordecim natus quinto ante triumphum die : alter quinto itidem die post triumphum agens annum duodecimum : diem obiere. Cumque procedenti ipsi populus eius uicem condoleret : collugeretque : nunc ait patriæ se metu atque periculo esse liberatum: quando successuum suorum inuidiam :quam ĩ familiam suã fortuna euomisset:pro omnibus tulerit.

C Ato senior cum apud populum in prodigalitatẽ & immodicos sumptus inuæheretur : inquit : quam difficile est habere ad uentrem orationem:qui aures non habet. Mirari autem : qui urbs illa seruaretur : ubi pluris uæniret piscis quam bos. Item cum uxorum effrænatius petulantiusque imperium aliquando repræhenderet: omnes :inquit: homines uxoribus dominantur : nos uero cunctis hominibus : nobis autem uxores. Aiebat etiam malle pro collato beneficio gratiam non recipere quam pro illata iniuria supplicium non subire :& iis semper omnibus qui delinquerent: præterquam sibi ueniam dare. Et cum magistratus ad delinquentis plectendos hortaretur : dicebat qui & possent : & non propulsarent iniuriam : eos lapidibus esse obruendos. Rursus iis se iuuenibus magis dicebat delectari :q rubescerẽt: quam qui pallescerent. Dicebat etiam eum sibi militem odio esse : qui ambulando manus : pugnando autem pedes moueret : ac sterteret maius : quam inclamitaret. Atque pessimum eum aiebat imperatorem : qui sibi ipse imperare non posset. Ad hæc maxime oportere existimabat : ut quisque sui ipsius pudore teneretur:neminem enim unquam ab sese abesse. Insuper cũ plurimorũ hoĩum erectas uideret statuas : at malo de me:ĩquit:hoĩes quæritẽt:cur catonis statua posita ñ est :ꝙ̃ cur est posita. Item qb⁹ potestas esset:ut ea ꝑce uterẽt

Cato senior

hortabatur:quo semper potestate liceret uti. Et qui uirtuti honorem auferrent: eos dicebat iuuentuti honorem aufer-re. Idem neque pro iustis rebus magistratum aut iudicem horandum esse dicebat neque pro rebus iniustis exorandum. Iniuriam quoque dicere solitus est etiam si in ferentibus min⁹ sit: omnibus esse periculo. Ac senectuti multa cum adsunt turpia: ne uitii turpitudo adderetur: hortabatur. Atque ira cum ab insano arbitrabatur tempore differre. Item illis mini

Fortuna

me inuideri: qui fortuna mansuete modesteque uterentur: Nõ enim nobis sed quæ nobis bona sunt: inuident. Præterea q essent in ridiculis studiosi: aiebat in seriis ridendos fore. Et pulchras actiones pulcherrimis quoque actionibus dicebat esse occupandas: ne illarum gloria paulatim defflueret. Cor ripiebat autem ciues: qui eosdem semper ad magistratum desi gnassent: Videbimini enim dicebat: existimare aut non multi magistratum faciundum: aut non multos dignos esse: qui ma gistratum gerant. Rursum quia agros maritimos emisset eũ sibi admirationi esse simulabat tanquam mari ualentiorem: Nam quæ illud uix inundet: hic facile absorbeat. Et cum cẽ

Censura

suram petens uideret alios: qui & rogarent. blandirentq́ mul titudini clamabat ipse indigere populum & seuero medico ac magna purgatione: proinde non eum designandum esse: q gra tificaretur: sed qui inexorabilem se præstaret: Quæ cum dice ret: cunctis in electione prælatus est. Item cum iuuentutem doceret audenter pugnandum esse: dicebat & uerbo magis q̃ ense & uoce magis quam manu plærunque uerti & consterna ri hostes. Atqui cum bellum aduersus eos gereret: qui ad be

Betis fl.
Celtiberi
Romani

tim flumen habitarent: magnoque in discrimine propter ho-stium multitudinem positus esset: uellentque celtiberi ducen-torum stipendio talentorum auxilium ferre: romani uero nõ sinerent mercedem barbaris hominibus decerni: eos ait erra re: Cum enim uicerint: non ab ipsis mercedem: sed ab hosti bus exactam soluturos: Quod si uicti fuerint: neque a qui-bus illa peteretur: nec qui peterent futuros. Et cum plures cepisset urbes: ut ipse ait dieb⁹: q̄bus ĩter hostes cõmorat⁹ ẽ: ni hil ipe pl⁹ cepit: q̃ quæ ex hostiũ agro comedit: ac bibit. Idẽ cũ argẽti librã uiriti distribuisset ĩ milites: ait meli⁹ ẽẽ ut mlti

cum argento quam pauci cum auro ab militia reuerterentur: magistratibus enim aliud nullum in prouinciis quam gloriæ additamentum faciundum esse. Atq; seruos quinq; militiæ habebat: horum unus cum tria captiua emisset corpora : neq; prius latuisset Catonem: quam in conspectum isset : hominem strangulauit. Et rogatus a scipione africano : ut achæorum exulibus auxilio esset : quo redirent in prias : simulabat eam sibi rem nulli curæ esse. At cum in senatu uerba plurima fierent: surgens tanquam nihil habeamus: inquit : quod nobis agendum sit: sedemus de græcis seniculis differentes : utrum a nostris an ab achæorum pollinctoribus efferantur. At cum posthumius labienus historias græce scripsisset: ac ueniam ab auditoribus peteret: ait illudens cato ueniam dandam esse: si coactus amphictionum decreto scripsit.

Scipio africanus

Pollinctores

Postumius labienus

Cato

Cipionem iuniorem ferunt annis quattuor & quinquaginta: quibus uixit: nihil emisse : nihil uændidisse: nihil ædificasse. libras autem argenti tris ac triginta duntaxat in magna substantia & auri duas reliquisse: cum tamẽ carthago ĩ ipsius potestate fuisset: & unus omnium imperatorum milites locupletasset. Præterea polybii præceptum obseruans studebat non prius e foro abire: quam aliquem ex adeuntibus familiarem sibi atque amicum quouis pacto effecisset. Et cũ iuuenis adhuc esset: tantam & fortitudinis & prudentiæ expectationem de se præstitit: ut Cato senior de iis interrogatus q ad carthaginem militarent: inter quos etiam erat Scipio : diceret solus is quidem sapit ac uiget , ad hunc autem umbræ concedunt. Item cum romam uenisset ab exercitu : eum inuitabant: non quo illi gratificarentur: sed quod per illum propediem ac facile carthaginem capturi essent. Atque cum murum superasset: & carthaginenses ex arce repugnarent : ne tu mare istud munies: id autem iacebat inter utrosque: nec admodum erat profundum: dicente polybio atque consulente : ut tribulos spargeret ferreos: aut tabulas stimulis perforatas iniiceret: ne transeuntes hostes aduersus aggeres pugnarent: ridiculum esse ait: qui muros cepissent: & intra urbem essent: inde ita se gerere: quo aduersus hostes non pugnarent. Et cum urbem græcis statuis oblationibusque ex sicilia aduectis refertam ĩuenisset: iussit per præconem: ut quæ præsentes urbium ciues

Scipio iunior

Carthago

Polybius

Cato senior

Roma

Sicilia

ſua cognoſcerent: reportarent in patriam. Atqui rerum illa-
rum neque ſeruum: nec libertum ullum accepit. At ne emit
quidem: cum & diriperent: & depraedarentur tamen omnes.
G. laellius Rurſum cum. G. laellio: quo & amiciſſimo & ſocio utebatur:
conſulatum petenti ſuffragaretur: pompium interrogauit: an
Pompius etiam ipſe peteret conſulatum? erat autem pompius tibicinis
filius: quo reſpondente nequaquam petere: quin potius cum
Laellius Laellius peteret: illius deſignādi gratia ſe quoque comitia am-
biturum crediderunt: & ita expectantes ab illo decepti ſunt:
nunciabatur enim eum circuire forum ac ciues dextera blan-
diendo apprꝏhendere: Quare aliis turbatis ſubridens Scipio
Scipio ſtulti: inquit: ſumus: qui quaſi non homines ſed deos immor
tales precaturi ſimus: tantum terentes temporis tibicinem
Appi⁹ claudi⁹ expectamus. Rurſum cum Appius claudius eius competi-
tor in cenſura eſſet: ac diceret romanos omnis ab ſe nomina-
tim ſalutari: Scipio qui omnes fere ignoraret: uera inquit nar
ras: nam maiori curae mihi fuit: ut a nemine ignorarer: quam
ut multos noſſem. Hortabatur autem ciues: quando quidē
aduerſum celtiberos bellum gerebant: ut utroque militatum
miſſo aut legato: aut tribuno militum ſumerent utriuſque
uirtutis teſtes ac iudices bellatores ipſos. Inſuper cenſor de
claratus adoleſcentem priuauit equo: quoniam ſumptuoſio-
re in caena quo tempore Carthago oppugnabatur: placentam
Placenta melle compoſitam quam in urbis ſimilitudinem figuramque
formarat: & hanc Carthaginem appellarat: conuiuiis propo
ſuit rapinae: percunctantique adoleſcenti quam ob cauſam
equum ſibi abſtuliſſet? prior enim quam ego: Carthaginem
G. licinius inquit diripuiſti. Et cum. G. licinium praetereuntem intue-
retur: ſcio hunc: ait: uirum peieraſſe: At nequeo nemine accu
ſante & accuſator eſſe & iudex. Ad haec cum a ſenatu ter-
tium miſſus eſſet: cum urbium nationum regumque inſpector
Clytomachus intueretur: ut ait Clytomachus. Quis urbes homineſque ani
Alexandria mis qua lege tuentur: Alexandriam uenit: cumque egreſſus
nauim incederet: capite toga operto. Alexandrini qui undi-
que ad eum uiſendum accurrerent: rogabant: ut & caput dete

geret : atque cupientibus sibi faciem ostenderet : Quod cum is fecisset : strepitu omnes sunt ac plausu prosecuti. Et cum rex propter corporis tarditatem atque molliciam uix sequeretur : incedentis illos Scipio submissa uoce immurmurans ad panætium dixit:iam alicui alexandrinis noster aduentus fructui & uoluptati est:propter nos enim ambulantem regem conspiciunt. Comitabatur autem eum amicus unus panætius philosophus & famuli quinque:quorum unus cum in ea peregrinatione uita defunctus esset:aliam quoniam emere noll et : ex urbe accersiuit. Rursum cum numantini uiderentur inuicti:ac plærosque imperatores superassent :secũdum populus ad id bellum consulem Scipionem declarauit. Et cum multi in expeditionem irent: id senatus quoniam exhauriretur italia : prohibuit neque pecunias ex ærario sumeret concessum est : sed prouentus uectigales quorum nondum tempus aderat : decreti sunt. At Scipio non opus sibi pecuniis esse dixit : suas enim atque amicorum satis superque fore. Sed de prohibitis militibus questus est: Nam bellum graue & periculosum esse. Si propter hostium fortitudinem totiens superati sunt: quod aduersum tales id geratur:sin propter ignauiam ciuium: quod cum talibus. Atque ubi in castra uenit: multamque & licentiam & luxuriam & superstitionem deliciasque offendit :uates continuo & hariolos lenonesque exegit :imperauitque: uasa cuncta dimitterent præter ollam ueru ac fictilem calicem : argenteum uero poculum non maioris quam librarum duarum ponderis pro arbitrio habendum permisit lauari. etiam uetuit: & unguentis quisque se ipse fricaret iussit: iumenta enim quoniam manibus carerent alterius fricatione indigere. Imperauit quoque : ut stantes crudum pranderent obsonium : cænarent autem discunbentes panem aut simplicem pultem & carnem assam aut elyxam. Ipse uero nigro fibulatus sagulo exercitum circuibat : eiusque lugere dedecus aiebat. Atque cum Memmii cuiusdam tribuni militum iumenta compræhendisset :

Scipio
Panætius
Memmius

quæ lapideas peluis & uitrea pocula deportarent:mihi igt: ac patriæ triginta dies:tibi uero ī omnē uitam cum talis es: temetipſum inutilē feciſti. Et cum alius pulcherrime ornatū ſcutum oſtentaret:heus inquit:adoleſcens ſcutum certe pulchrum eſt:uerū decet romanū uirū:ī dextra potius ſpes ſuas quam in ſiniſtra collocet. Item cum is qui uallū ſuſtuliſſet: uæhementer ſe premi diceret:recte īquit:fidis.n. magis huic ligno quam gladio. Et cum effrænatā hoſtium amentiam eſſet intutus:dicebat tempore ſecuritatem emi. Nam boni imperatoris ſicuti medici officium eſſe:ut ferri curatione utatur ad poſtremum. Verū tamē tempeſtiue adortus numantinos in fugam uertit. Cumq; uictos grauiter ſeniores ferrent:exprobrantes:quid eos fugiſſent:quos totiens fugaſſent:numātinum quendam dixiſſe fertur:pecudes eaſdem quoque nunc eſſe:at paſtorem alium. Ad hæc ubi capta numantia ſecundum triumphaſſet :contentio ei pro ſenatu ac ſociis aduerſū

G.gracchus

G.gracchum conſtituitur. Quare turbatus populus in eum qui in tribunali eſſet:tumultuabatur. Tunc ait Scipio :nunquam nos legionum clamor uociferatioque perterruit:ne dū hominum confluctuatio atque couſuſio: quibus non matrē italiam ſed potius nouercam eſſe ſcio. Et cū ab amicis gracchi ſublatus eſſet clamor de interficiundo tyramno:Recte inquit:qui patriam oppugnant:me prius uolunt de medio tollere: non enim romam caſuram putant ſcipione ſuperſtite: neq; uicturum ſcipionem :ſi roma ceciderit.

Scipio

Roma

Cæcilius metellus

c Aecilius metellus cum munitum caſtellum adoriri uellet:dixiſſetque centurio:ſi modo decem uiros amiſerit: fore: ut caſtellum caperet : rogauit Metellus : an uellet unus ex decē eſſe. Rurſum cū iunior quidam tribunus militum quæreret :quid facturus foret:ſi hanc: reſpondet : tunicham exiſtimarem mentis meæ conſciam eſſe : eam exutus in ignē mitterē. Atque ſcipionis mortem cui uiuo inſenſus fuerat: tulit quammoleſtiſſime:ac filiis iuſſit : ut ſubeuntes lectū tollerent:dixitque gratias habere ſe diis immortalibꝰ:quod nō eſſet apud alios natus Scipio.

Gaiꝰ marius

g Aius Marius ex obſcuro genere rempu. capeſſens ædilitatem ampliorem pollicitus eſt. Cumq; perſpicue aduertiſſet eodem ſe die defecturum : ad minorem tranſiit . atq;

illa quoq; frustratus non tamen futurũ diffisus est se romanorũ principem. Et cum utroq; in crure uarices patereť :solutus crus medico execãdũ præbuit neq; ullo emisso suspirio nec cõtractis superciliis sectionẽ pertulit. At cum medicus trãsitum faceret ad alterum crus:noluit inquiens curationẽ eo dolore dignam non esse. Insuper cum Clusius sororis filius ĩ eius secundo consulatu militi cuidam præstãti forma Trebonio nomine uim afferret:ab adolescẽte occisus est. Multisq; Trebonium accusantibus:is a se illum occisum:qui ĩ magĩratu esset:nõ negauit:sed necis cãm dixit:ac probauit. Itaq; Marius quæ ꝑ præclaris militiæ facinoribus corona dari consueuerat : ferri ad se iussit:treboniòq; imposuit. Atque cum aduersum teutonas in proximo castra posuisset eo in loco:qui parum hrẽt aquæ:dicerentque milites siti se affici:monstrato illis flumine: quod iuxta hostium uallum deflueret:illinc uobis potus est :ĩquit:emendus sanguine. Ii autem duci se rogabant:donec ĩ sãguine inesset humor:ac nõdum præsiti constringeretur. Præterea camertiũ uiros mille qui egregia uirtute in bellis aduersus cymbros extitissent:præter oẽs leges ciuitate uniuersos donauit. Quod quidem factum cũ a non nullis accusareť: aiebat uerba legũ ꝑpter armorum strepitũ exaudire nequiuisse. Et cũ in bello ciuili fossa circũdatus & obsessus occasionem ac tẽpus opperireť:dixissetq; Pompeius Silo:o Mari si magnus imperator es:descende in aciẽ:proinde tu inquit si magnus es imperator:coge me uel inuitum in aciẽ descendere. Varices Clusius Treboni⁹ Marius Cymbri Pompeius

c Atullus lutatius cũ in bello aduersus cymbros ad Atisonẽ flumen castra hrẽt:& romani quoniã barbaros ad transitũ niti intuerẽtur:cederent:ubi eos detinere nõ posset:contendit ad primũ cursim abscendentiũ agmen : ne romani fugere hostes sed imperatorem sequi uiderentur. Catullus lutatius Romani

ſ Ylla cognomẽto felix inter maximas suas felicitates duas existimabat:pii metelli amiciciã:& quod urbẽ athẽarum nõ æquasset solo:sed seruasset potius. Sylla Pius metellus Athenæ

g Aius popilius ad Anthiocũ legatus missus est cũ epl'a a senatu:qua iubereť Anthiochus:ut exercitũ ex ægypto abduceret:nec ptolemæi filiorũ q orphani essent :regnũ occuparet. Popiliũ uero p castra aduenietẽ cũ emin⁹ ãtioch⁹ q̃ humanissime salutasset :ille ñ seruata salutãdi uice tabellas G. popilius

reddidit: Quib⁹ lectis cũ rex dixisset cõsultaturũ sese daturũq̃ respo: s: popilius rege uirga ĩ gyrũ circũscripto: hic ergo stãs inqt consulta: & respõde. Cũctis ãt uiri grauitatẽ atq̃ animi ma gnitudinẽ admirantib⁹ stupẽtibusq̃ & antiocho facturũ se as sẽtiẽte q̃ romãi u. llẽt: ita popili⁹ & salutauit eũ. & cõplex⁹ ẽ.

Lucullus
Armenia
Tigranes
Cymbri
Romani

L Vcullus ĩ armenia cũ decẽ millib⁹ peditũ & mille eqtũ aduersꝰ Tigranẽ q cẽtũ qnquagĩtamillia hoĩum ĩ expe ditione hr̃et: pridie nonas octobres ꝓfectus est: Quo die prius scipionis copiæ a cymbris cõsumptæ sunt. Quare cũ q dã dixisset romanis illũ diẽ nefastũ esse atq̃ formidabilẽ: igr̃ pugnem⁹: inqt: hodie impigre: quo hũc quoq̃ romanis diẽ ex atro & tristi iucundũ hilarẽq̃ reddam⁹. Et cũ cataphractos

Catafracti milites

maxĩe milites metuerẽt: bono aĩo ẽẽ iussit: futurũ. n. plus labo ris ĩ illis spoliãdis q̃ uincẽdis. Atq̃ cũ collẽ primus ascẽdis set: barbarorũq̃ motũ aspexisset: magna uoce: inqt: uicim⁹ o cõ militones. Ac nemĩe sustinẽte dũ illos fugat: romãos qnq̃ loe to ĩterceptos amisit: hostes uero supra centũ millia occidit.

Gn. pompeius
Romani
Italia
Sylla

G Næum pompeiũ æque romãi amauerũt: atq̃ prem ode rãt. is cũ puer admodũ ẽẽt: syllanæ se pti asciuit: & cũ ne q̃ magistratu fungeret: neq̃ senator esset: magnũ ex Italia con flauit exercitũ. Cũq̃ a sylla accerseret: negauit se sine præda ac sine cruore copias imparori oñsurũ. Nec pri⁹ uẽit: q̃ hostiũ duces ꝑmultis prælíis uicisset. Idẽ cũ a sylla prætor ĩ siciliã

Sicilia

miss⁹ accepit milites egressos ĩ itinere uĩ ĩferre: ac rapina uti: q alias palãtes circũcursarẽt: supplicio affecit. sed iis q a se missi essẽt: ad gladios gemmas addidit. Ad hæc mamertinos q cõ

Sthenius

trariã ptẽ secuti fuerãt: poterat uniuersos occidere. At stheni⁹ factionis prĩceps cũ dixisset eũ nequaq̃ iuste agere: q ꝑ sonte ĩ sontes multos uocaret ad pœnã: hũc ãt scipm ẽẽ: abs quo & a mici ꝑsuasi & inimici coacti res Marianas elegissẽt: admirat⁹

Pompeius
Mamertini
Africa.
Domitius

põpeius ait ueniã dare mamertinis: q ab eiusmodi uiro essent ꝑsuasi: q p̃riam saluti suæ uitæ añferret: & cũ urbẽ tũ ẽt sthe niũ liberauit. Itẽ cũ ĩ africã aduersũ domitiũ traiecisset: & il lo magna pugna supato a militib⁹ ẽẽt ĩperator salutat⁹: r̃ndit ñ se honorẽ illũ admittere: q̃diu hostiũ uallũ staret. Itaq̃ s. ml' ẽt cũ imbri milites scõ ĩpetu castra expugnarũt: ceperũt: depo pulati sũt. Cũ ãt reuertisset: tũ cæteris eũ honorib⁹ prompto

Sylla

aĩo uultuq̃ amicissimo sylla excepit: tũ oĩum prim⁹ magnum

appellauit. At cũ uellet triũphare:qm̃ nõdũ senator esset: ne quaq̃ pmisit:q̃ ob rẽ cũ põpeius dixisset ad circũstantis igno rare syllã ẽt plures orientẽ solẽ q̃ occidentẽ adorare:exclama uit sylla triũphet. At seruili⁹ uir senatorius & si grauiter rẽ ferebat:tñ cũ plærique aduersarent̃ triũpho.qppe q largitiones aliquas exposcerẽt:dixissetq̃ põpeius se potius triũphũ dimis surũ q̃ blãde illos allocuturũ:nũc ait uero ĩtueri se põpeiũ & magnũ & triũpho dignũ. Insup cũ romæ mos esset: qñcunq̃ militiæ munus ꝑ legitĩo tp̃re obissent : æquũ ad duumuiros: quos cẽsores uocãt:ĩ forũ agerẽt:adnumeratisq̃ militiæ mũe rib⁹ qbusq̃ impatorib⁹ ea gesta sũt:aut laudarent̃ ꝑ meritis: aut uituperarent̃:Pompeius cõsulem gerẽs ipse equũ deduxit ad gelliũ & lentulũ cẽsores:Quibus ut mos ẽ pcunctantib⁹an oĩa militaria munera obisset :oĩa rñdit & me qdẽ impatore. Idẽ sertorii scripturis ĩ hispania potitus ĩter quas erãt multo rũ ducũ epistolæ:qbus ad pturbãdã mutandaq̃ rempu.Serto riũ romã accersebãt:illas oĩs cõcremauit facultatẽ qdẽ iis præ bẽs:ut mali ad sanitatẽ redirẽt:ac meliores fierẽt. Præterea cũ phrahates rex parthorũ p legatos eũ rogasset : ut termino eufrate uterent̃:qn poti⁹ romãi:inqt:termĩo utent̃ aduers⁹ par thos iure ipo. Rursũ cũ.L.lucullus militia functus uolupta tib⁹ sese dedisset:uiueretq̃ sũptuosius:pompeiũ ãt uituparet: qm̃ præter ætatẽ plæraq̃ sibi gerẽda appeteret.magis:inqt:se ni præter ætatẽ ẽ deliciis opam dare q̃ impare. Et cũ ipse ad uersa ualetudine laboraret:ut turdo uescerẽt̃.medic⁹ iussit.Il lũ sui frustra quæsiuerũt:erat.n.præter ãni tp̃us.Dixit quidã fore.ut apud luculũ turdi:q̃ ẽ penes annũ integrũ nutriant̃:ĩ uenirent.Ergo ĩqt:ni lucullus studeret deliciis:uiuere põpei⁹ ñ posset?Ac dimisso medico paratu facillimis uilibusq̃ cybis usus est. Idẽ cũ uæhementissima annonæ caritudine urbs p̃ meret̃:uerbo quidẽ cui annonæ cura mãdata esset: declarat⁹: re aũt terræ ac maris ius habens in africam & sardiniam sici liamque nauigauit.collectaque grandi frumenti copia ad Vr bem maturabat.Magna uero tẽpestate orta gubernatorib⁹q̃ perterritis ubi primus inscendisset nauim :& anchoram tolli iussisset : clamauit:quod ad nauigationem cogeret non ad ui tam. Idem cum eius aduersus cæsarem simultas ĩ aperto iã esset:& Marcellinus un⁹ ex iis q a põpeio ꝑducti ad dignita tẽ

Seruilius
Pompeius
Sertorius
Hispania
Phrahates rex
Eufrates
Romani
Parthi
L.lucullus
Pompeius
Cæsar

fuerãt:deinde mutato erga cæsarẽ aĩo multa in senatu in pom peium loqueretur:Nõ te pudet marcelline ĩquit:maledictis me onerare:per quẽ & e muto loquax fact⁹ es:& exuriem cum uo mitu cõmutasti? Et ad catonem grauius mordentẽ qm̃ quan sæpissime prædiceret potentiã & auctoramentum cæsaris ne/ quaq̃ reipu.bono cedere:respondit tua quidem magis ad diui nationẽ accedunt:at mea ad amiciciã. Atq; cum de se liberi us loquereť:ait omnem se magistratũ & accepisse citius: q̃ ex pectasset:& deposuisse citius:q̃ esset expectatus. Ad hæc cũ post conflictum pharsalicũ in ægyptũ fugiẽs ex triremi foret ĩ piscatoriũ nauigiũ:quod rex miserat:trãsiturus: cõuersus ad uxorẽ & filiũ aliud nihil q̃ illud sophoclis dixit: qsquis tyrã num petit:is & si liber it:illius est seruus. Cũ uero transcen/ disset ense percussus suspirio semel emisso nihil locutus ẽ: sed uelato capite se ipsum tradidit.

Cato

Cicero

Cicero orator ĩ nomẽ cauillatus & amicis ut id mutaret: hortãtibus ait ciceronis nomen sese facturũ q̃ & catonũ & catulorum & scaurorũ nomen illustrius. Et cum ar genteum poculum diis immortalibus uotum soluisset: prima noĩa lr̃is notauit:sed pro cicerone cicer incidit. At eos orato res qui altiore uoce uterenť:dicebat propter infirmitatẽ in cla morẽ ueluti claudos in equuũ ascendere. Et cũ uerres cuius filius corporis forma male utereť:Ciceronẽ maledictis lacesse ret:perinde quasi & mollẽ & cynædum criminareť: Ignoras:ĩ quit:decere intra fores conuiciis filios urgere. Rursum cum Metellus nepos ad eũ dixisset:pluris testimonio tuo occidisti: q̃ pr̃ocinio seruasti.Et.n.plus mihi ẽ:inquit:fidei .q̃ eloquen tiæ. Interrogãte ẽt Metello quis ei pr̃ esset:hanc:ĩquit: respõ sionem difficiliorem effecit mater tua:Fuerat.n.metelli mater ĩpudica. At Metellus ipe & leuis erat & ĩconstãs & libidinib⁹ deditus. Rursus cũ Diodoto rhetoricorũ doctori uita defun cto lapideũ coruũ metellus ipe apposuisset:iustam inquit retri butionẽ factam:uolandi.n.huic nõ dicendi doctrinã tradidit. Atq; cũ Vatiniũ hoĩem & inimicũ sibi & pditissimũ prius au/ disset interisse:mox certior de eius uita factus esset : male inqt pereat:q male mentitus ẽ. Ad eũ quoq; q genere libys esset:di ceretq; nõ audire ipsũ dicentẽ:neq; tamen :r̃ndit habes aurẽ ñ foratã. Castũ aũt popilliũ:qui se iurisperitũ haberi uellet : cũ

Cicer

Verres

Metellus

Diodotus

Vatinius

& rudis tñ & obtus⁹ eēt:ubi ad cõtrouersiā q̃dā aduocasset te
stē:atq; ille dixisset nihil scir̃:putas.n.ait: de iur̃ fortassis īter
rogari? Præterea cū hortēsi⁹ orator argēteā sphīga mercedē a Hortensius
uerr̃ accepisset:cūq; obliq; q̃ddā ac subdole cicerōe ad eū locu Verres
to:dixisset se enigmatū soluēdorū īperitū esse. Attñ r̃ndit cice Cicero
ro sphinx apud te ē. Et cū uoconiū cū tribus filiab⁹ deformo Sphinx
sissima facie obuiū habuisset:submissa uoce ad amicos dixit:
phœbo haud oriēte gēuit hic pignora. Atq; cū Faust⁹ sylla Faustus
puer ꝓpter æris alieni ac fœnorū magnitudinē supellectilē ꝓ Sylla
scripsisset:hāc ait:liberti⁹ q̃ patris ei⁹ ꝓscriptionē amplector. Pompeius
Pompeio āt ac cæsare dissidētibus ait:quē fugiā:noui:ad quē Cæsar
fugiā:ignoro. Ac pompeiū accusabat.q urbē deseruisset:esset
q; Themistoclen poti⁹ q̃ periclen imitatus:cū res nō illis sed Themistocles
hisce similes essent. Ad hæc cū uenisset ad pompeium:ac rur Pericles
sus uenisse pœniteret:ab eo īterrogatus ubi pisonē generū reli Piso
quisset:apud tuū:inq̃t:socerū. Et cum quidam ad Pompeiū a
Cæsare transfugisset:diceretq; præ celeritate atque alacritate
equum reliquisse:melius inquit eū de equo consuluisse. Item
ad eū qui nūciabat cæsaris amicos tristis esse:narras:inq̃t: eos
esse cæsarē exosos:ab eoq; dissentire. Cū aūt post pharsalicū
præliū pompeio fugiente Nonius quispiā dixisset adhuc aqui Nonius
las septē apud ipsos esse: & ob id ut bono aīo essēt hortaretr̃:
Recte inq̃t moneres:si cū graculis nobis pugnandū foret. Et
cū potitus uictoria cæsar prostratas pompeii imagines hono Cæsar
rifice erexisset:ea de re loquens cicero ait:cæsar in erigēdis pō Cicero
peii statuis suas firmat. Adeo aūt quod pulchre sciteq; dice
retur:plurimi faciebat:& ita ad id operam suam uæhementer
accommodabat:ut cum ei controuersia esset apud centum ui
ros constituta: & instāte die ab Eronte seruo nūciatum foret
in diem posterum controuersiam reiectam:eum libertate do-
nauerit.

G Aius cæsar cum Syllam fugeret adhuc adolescens in G.Cæsar
prædones incidit:& cum primum magna uis argēti ab Sylla
eo peteretur:prædones derisit tanq̃ eius:quē haberent:
ignaros ac duplum se daturum promisit. Deinde asseruatus
donec pecunias cogeret:ut & dormienti sibi quieti essent:silen
tiumque præstarent:imperabat. Quas aūt orōnes poemataq;
scriberet:eis legebat:& qui minus uæhementer ea laudassent:

fatuos ac barbaros appellabat. Ac ꝑ risum eos suspensurum seminabat̃:id quod ẽt paulo post effecit. Nã cũ post aduectũ sui redimẽdi pretiũ liberatus & uiros & nauigia ex asia cõgregasset:tũ cõpræhendit prædones:tum ẽt affixit cruci. Insuꝑ cũ romæ pontificatũ peteret:hẽretq; eius rei æmulũ atq; competitorẽ catulũ:q romanis reliqs dignitate præstabat:a matre ad fores deductus hodie inqt:mater uel pontificẽ filiũ uel exulem hẽbis. Atq; pompeiã uxorẽ:qm̃ esset de clodio ĩfamata:repudiauit.deinde clodio eã ob rẽ in iudiciũ acto testis adductus nihil neq; de uxore locutus ẽ:Accusatore aũt interrogãte qd igitur eã eiecisti:qm̃:inqt:decet uxorẽ cæsaris calumnia ẽt uacare. Præterea cũ Alexandri res gestas legeret:collachrymauit:dixitq; ad amicos:is cũ hac esset ætate:dariũ uicit:mihi uero ĩ hãc usq; diẽ gestũ est nihil. Et cũ in alpibus sterile inopsq; oppidulũ præteriret:amicis quærẽtib⁹ an ẽt hic seditiones aliquæ cõtẽtionesq; de prĩcipatu essent:subdubius cogitabũdusq; malim:ĩqt:hic prim⁹ esse ꝙ romæ secũdus. Fortissimorũ ãt facinorũ ea obeunda esse dicebat:quæ & ꝑiculosissima maximaq; essent:uerũ haud cõsultãda. Et cũ ex gallia ꝓuincia aduers⁹ põpeiũ rubicona flumẽ trãsiret:ait:iacta sit oĩs alea. Itẽ cũ ad mare põpei⁹ fugisset roma ac Metellus q ærario præsideret:cæsarẽ a capiunda pecũia ꝓhiberet:ærariumq; occlusisset:ei mortẽ minat⁹ ẽ. At Metello perterrito hoc:inqt:adolescẽs difficili⁹ erat dcũ mihi ꝙ factu. Ad hæc cũ seri⁹ dyrrachiũ ad eũ milites aduæherẽt̃ a brũdusio clã oĩb⁹ nauigiũ paruũ ĩgressus traiicere pelagus aggredit̃. Fluctuante ãt nauigio ubi sese gubernatori mãifectasset:clamauit:crede fortunæ certior factus cæsarẽ abs te uæhi. Et tũc qdẽ uæhemẽtior tẽpestas insurgẽs ei ĩpedimẽto fuit. Atqui milites cõcursu fcõ magna cũ aĩorum ægritudine quærebant̃:ꝙ uires alias expectaret:quasi ipsis diffideret. Sed posteaq; pugna fcã uictor põpeius nõ ẽ usus uictoria:sed ĩ castra rediit:erat:ĩqt:uictoria apud hostes:sed uincẽdi gnarũ nõ hñt. Rursũ cũ ad pharsalũ ĩstructã aciẽ locis suis stare:hostesq; recipere põpeius iussisset:eũ errasse cæsar dicebat ꝙ illã militũ animi ex cursu incitationem illam uim:illam pugnandi alacritatem naturaliter minatam debilitasset. Atque cũ primo impetu facillimeq; pharnaca põticũ uicisset ad amicos scripsit:ueni.uidi.uici. Præterea

Asia
Catulus
Clodius
Darius
Gallia
Rubicon flu.
Metellus
Dyrrachium
Brundusium
Pompeius
Cæsar

ubi pompeiani ĩ libya ĩ fugã uersi supatiq; sunt: ac sese cato ĩ teremit: ĩuideo tibi: ait: Cato mortis tuæ &. n. tu mihi salutis tuæ inuidisti. Rursũ cũ a quibusdã hortaret: ut Antoniũ atq; Dolobellã: de qbus male opinabant: sibi caueret: rñdit nõ hos sibi rubicundos & pinguis timori esse sed gracilis illos ac pallidos bruto cassioq; osñs. Et cũ inter cænãdũ ortus esset de morte sermo: quæ nã foret optima: inopinata respondit. Cato Antonius Dolobella Brutus Cassius

Caesar q prim⁹ ẽ augustus cognominatus: cũ adhuc esset adolescẽs: ab Antonio repetiuit duomillia qngenta sex tertiũ. quæ ex primi cæsaris ĩterfecti ædib⁹ Antoni⁹ ad domũ suam trãstulisset: uolebat. n. romãis soluere: quos cæsar legauerat uiriti. nũmos quinq; ac septuagĩta. At cũ Antonius pecũias h:et: & illũ moneret: ut ab iis repetũdis desisteret. si sanus esset: pñna bona ꝓclamauit: ac uændidit: largitionẽq; persoluit. Qua ex re & sibi beniuolentiã apud ciues cõparauit: & in illũ odiũ concitauit. Atq; cũ Rhœmetalces rex thracũ qui ab Antonio ad eũ transierat: nõ moderatũ se ac demissũ in cõuiuiis sed petulantẽ odiosumq; præstaret societatẽ exꝓbrãs: proprio cuidã aliorũ regũ ait cæsar: ego ꝓditionẽ amo: sed ꝓditores ñ laudo. Itẽ Alexãdrinis post captiuitatẽ extrema se mala passuros opinãtib⁹ ubi cæsar suggestũ ascẽdisset: Ario alexãdrino corã cõstituto ait se Urbi ignoscere primũ ꝓpter ei⁹ & magnitudinẽ & decorẽ: dein ob cõditorẽ Alexãdrũ: demũ uero pp ariũ amicũ. Idẽ cũ accepisset erota q ægyptiacas res gereret: emisse coturnicẽ: quæ cæteras oĩs pugna superaret ẽẽt q; ipsa inuicta: & eã assam deglutisse: eo accersito atq; agitata quæstione nauis malo hoĩem: ubi rẽ cõfessus est: iussit affigi. Ac siciliæ ꝓ theodoro Ariũ præfecit. libello ãt sibi a quopiã reddito ubi scriptũ erat: caluus theodorus tarseus fur erat: qd tibi uideť: cæsar scripsit uideť. A mecoenate ãt sodali singulis dono ãnis phialã ĩ nataliciis accipiebat. Athenodoro ẽt philosopho ut domũ dimitteret ob seniũ precãti cõcessit: sed cũ ĩ se salutãdo & ĩ extremo abeundi gratificãdiq; offõ Athenodorus dixisset: cũ ira te cæsar cepit: nihil prius neq; dixeris nec feceris q̃ ipsas quattuor ac uigĩti lĩas tecũ ipse ꝑcurreris: eo manu appræhenso adhuc: inqt: tua mihi præsentia opus est ipsumque annum totum detinuit: inquiens esse taciturnitatis quoque numerationem tutissimã. Insuper cũ audisset Cæsar augustus Arius Sicilia Athenodorus Cæsar

Alexander Alexandrũ ubi duos ac triginta natus annos maximã orbis partẽ subegisset: admodũ dubitasse quid reliquũ tp̃us facturus esset. miratus est: quod nõ maius opus Alexãder existimasset ĩstituere partũ imperium ꝙ̃ magnum cõparasse. Et cum de adulteris legẽ tulisset: qua sanxerat: quo pacto rei iudicandi ac depræhensi puniẽdi essent deinde ira lapsus adolescentẽ: q de Iulia eius filia esset ĩsimulatus: percuteret manibus: cumq; ille reclamaret legẽ tulisti o cæsar: ita pœnitẽtia ductus ẽ: ut diẽ illũ cænam omiserit. Rursũ cum gaiũ ex filia nepotẽ in armeniã mitteret: optabat ab diis ĩmortalibus: ut pompeii beniuolẽtia & audentia alexãdri ac sua ipsius deinceps fortuna illi contingeret. Atq; cũ se romãis imperii successorẽ dicebat relicturũ: Tiberius qui nunꝙ̃ bis eadẽ de re consultasset de Tiberio loquens. Itẽ cũ iuuenes illos: qui in cõsultatione tumultuarent̃: instituere uellet: nec attenderẽt: sed turbulentius potius clamarẽt. Audite inquit iuuenes senẽ: quẽ iuuenẽ senes audiebãt. Præterea cum atheniensiũ populus quippiã aduersus eũ deliquisset: scripsit ex ægina putare se suã illis irã obscuram non esse: non. n. Aegina æginæ hyematurũ sese: aliud uero his nihil neq; dixit: neq; fecit. Ad hæc cũ unus ex euryclis accusatoribus temere atq; petulanter libertate dicẽdi ad conuiciũ uteretur: ac insolẽtius efferretur: huiusmodi quiddã locut⁹ est: si hæc tibi cæsar haud uident̃ magna: iube is mihi reddat septimũ Thucydidis uolumen. Quare cæsar iratus eum abigendũ iussit. sed cũ didicisset ex posteris brasidæ hunc esse reliquum: hoĩem accersiuit: castigatumq; modice dimisit. At cum Piso ædes a fundamẽtis ad totum usque tectum accuratissime ædificaret: bono me animo lætoque inquit facis: qui ita ædificas: tanquam perpetua roma futura sit.

Eurycles · Cæsar · Thucydides · Piso · Roma

FINIS.

Plutarchi cheronensis Apophthegmata ad Traianum Cæsarem expliciũt feliciter ab eodem Francisco philelfo equite aurato laureatoque poeta quandiligentissime & reuisa & emendata.

FRANCISCI PHILELFI PRAEFATIO AD NICOLAVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM IN PLVTARCHI CHERONENSIS APOPHTHEGMATA LACONICA.

Nicolaus quîtus pontifex

q VO DE TE MAGIS NICOLAE QVINTE dies ac noctes mecum ipse cogito: eo benignius nostro sæculo immortalem deum consuluisse arbitror: qui ut res omnis humanas incredibili curat moderaturq; prouidentia: eum te uniuersæ christianæ ecclesiæ pontificem præesse uoluerit: î cuius mirabili uirtute sũmaque sapientia suam spem omnẽ doctí oẽs & boni uiri positam esse constitutamq; intelligant: Haud .n. uitio naturæ fieri puto: ut magis alia quã alia ætate minor sit hominũ doctissimorum & eloquentiũ numerus: Si. n. in diuina: quam uocant: essentia nihil est: quod minus omni parte perfectum sit: perfectam quoq; esse hominũ naturam quam ipse creauit deus omnipotens: dubitare quis debet? Itaq; eãdem semper inesse humano in genere uim ingenii & interiorem mẽtis agilitatem quam græci ενεργειαν energian nominant: ad egregium quodque obeũdum atque præclarũ opus plane credendũ est. At fit nescio quo deprauato hominum more: ut nisi pulcherrimis qbusdã præmiis honoribusue propositis nulli uirtuti laudi nulli opera detur. eaq; solum florescãt studia: quibus sese homĩes î pretio magis fore opinent. Quare quod bonum sit ꝓpter se expetendum: id haud honore aut emolumento metiũtur. Et certe paucissimi admodum sũt: qui uirtutem ullam uirtutis sequantur studio. Itaque eo maior est laus tua pater beatissime eo admirabilior eo diuinior: quod tuas uigilias omnis curas omnis labores omnis ad uirtutem semp deumq; rettuleris nullam tibi proponẽs inanem gloriam nullam mundi huius utilitatem. Quibus tuis optimis cogitatibus & laudatissimis institutis factum est diuina benignitate: ut neq; petens neque cogitans per omnes deinceps dignitatis gradus ad summum maiestatis fastigium ꝑis euectus. Sedes tu quidem unus îter mortales î diuinæ altitudinis solio: christi optimi maximi uicem geris in terra humani generis saluatorem cum auctoritate & gratia tum per illi⁹ uitæ similidinẽ

Prouidentia

ενεργεια
Energia

omnibus repræſentas. Te ſibi omnes ante oculos ponunt: &
qui uirtutem propter uirtutem colunt: & qui eam commodis
ſuis definiunt: Quam ob rem boni omnes undique ad te ue/
niunt: Quiſquis aut ingenio aut eloquentia aut elegantiore ul
la diſciplina excellit: ad te confluit. Tu uero ut es animo ingē
ti ac benefico: negligis neminem. omnes libenter admittis. Te
in omnes beneficentiſſimum præſtas. Qua tua tanta facilita/
te liberalitateque naturæ fieri uidemus: ut iam ueluti excita/
tis non nullorum ingeniis: quæ obdormierant: & indocti do/
ctrinam adamare incipiant: & docti fiant quotidie doctiores:
Nam prodes tu quidem omnibus & exemplo uitæ & donādi
magnificentia: Non igitur non poſſum eos omnis qui ullum
uel bonitatis uel diſciplinæ ſimulacrum præſe ferunt: accuſa
tione dignos exiſtimare: ſi minus perſæpe aliquos ingenii ſui
fructus tibi pro ſua quaſi uillicatione reddiderunt: ut intelli/
gas operam tuam in tam illuſtri benefaciendi munere non eſſe
omnino fruſtra. Qua ratione cum ipſe quoque me tibi debere
Neapolis — plurimum cenſerem uel pro ea qua in me nuper cum Neapo/
Roma — lin petens romam diuertiſſem: pulcherrima beneficentia uſus
Beneficentia — es: aliqua ſtudiorum meorum monimenta tuæ beatitudini re
ferre uolui: Nam cum mihi tempeſtiue e græco ī latinum con
Plutarchus — uerſa eſſent Plutarchi cheronenſis laconica apophthegmata
Apophthegma ta laconica — quæ a noſtris tum dicteria tum dicta nominantur: ea uiſa ſūt
non indigna: quæ ſanctiſſimo tuo nomini dicarem rem ſane
non admodum magnam ſi uolumen ipſum conſyderetur: pul
chram tamen & uiris doctis in primiſque eloquentiæ ſtudio/
Oratio — ſis non inutilem. Oratio enim quæ huiuſmodi ſententiarum
argutia exemplorumque grauitate ac lepore referta fuerit: nō
poteſt omnibus non placere. Et enī duo a plutarcho libri qui
ſcilicet extent: de huiuſmodi dictis: non hiſdem temporibus
Traian⁹ cæſar — ſcripti ſunt alter ad Traianum cæſarem: quem ipſi iampridem
Philippus Maria anglus — interprætati illius præſtantiſſimi principis Philippi Mariæ
Angli nomine inſigniuimus: & hic alter: quem tuo ueluti mu
nere & cognoſci a latinis & haberi uoluimus. Non multo au
tem poſt ut ſpero. maiores a nobis aliquæ lucubrationes &
fortaſſis etiam gratiores ad te ibunt. Vale pater beatiſſime.

PLVTARCHI CHERONENSIS APOPHTHEGMATA LACONICA.

GASICLES REX LACEDAEMONIORVM admirante quodam Philophanen sophistam ab a ipso non admitti præsertim cum is discendi desyderio teneretur: opus inquit: est mihi horum esse discipulo: quorum sum etiam fili⁹. Ad illum uero qui dixisset. quonãpacto sine spiculatorib⁹ tuto imperare quis possit? si ita respondit suis imperarit: sicuti patres filiis. Agasicles rex

a Gesilaus ille magnus cum esset aliquando conuiuii princeps sorte constitutus: interrogatus a pincerna quantum cuiq; afferret. Si multum ait uini paratum est: quantum quisque petierit: sin autem parum: ex æquo omnibus dato. Et cũ latro quidam toleranter perferret quæstiones. ut improb⁹ admodum inquit homo flagitiosis turpibusque in rebus patientiam constantiamque definit. At cum laudaret quidam oratorem. quod res paruas quanuæhementissime augeret: equidem ait: cerdonem illum minime bonum duco: qui paruo pedi magna calciamenta induit. Præterea cũ quispiam aliquãdo ad eum diceret: promisisti: idemque sæpius loqueretur: ita me hercule promisi: inquit: si istud quidem est iustum: Sin autem iniustum: locutus sum: non promisi. Cumque idem subdidisset: uerum tamen decet reges: quidquid capite annuerint: perficere: non reges magis respondit: quam illos qui reges adeunt. petere iusta decet: & ita loqui: ut & quod tempestiuum sit & quod regibus accommodatum consentaneumque: considerent. Ad hæc cum uituperantes aliquos laudantisue audiret: non minus eorum qui dicerent: quã de quibus dicerẽt: perdiscendos mores arbitrabatur. Et cum puer adhuc palæstricis puerorum ludis in obscurum locum a chori magistro constitueret: obtemperauit: quãuis esset rex declaratus: Inquiẽs tu quidẽ ut libet facito: ostendã. n. nõ locis uiros: sed uiris locos honoratos reddi. Idẽ cum medicus quidã difficiliorẽ curationem & eam minime simplicem ĩperaret: per geminos ait: nõ omnino mihi proposita uita ẽ: neq; si bona etiã oĩa reciperem. Atqui præfectus aliquãdo aræ chalcidicæ butytarum

Agesilaus

Latro

De pmissis

mineruæ cum a pediculo morderetur:non se auertit: sed eo in omnium conspectu compræhenso atque interfecto addidit p immortales deos libenter insidiatorem interficio uel in ara. Rursum cum alio tempore puellum intueretur: qui ex ostio murem traheret:ubi mus in eum cõuersus detinentis manum momordisset:fugissetque: astantibus ostenso mure: Quando illud minimum inquit animal sic eos excipiat:a quibus iniu/riam patitur:quid uiris faciendum sit: consyderate. Volens etiam bellum aduersus persas uæhementius aggredi:quo græcos asiam incolentis liberaret:oraculum iouis dodonæi consuluit: Illo uero militandum esse iubente oraculum ephoris

Agesilaus rex

rettulit:qui cum iussissent Agesilaum etiam delphos petere & eisdem de rebus numen consulere:profectus ad uaticinium ita interrogauit. Apollo uideturne tibi quod etiam patri tuo?

Apollo

Tissaphernes

Apolline uero comprobante lectus imperator ita expeditiones duxit. Cum initio Tissaphernes cum Agesilao fœdera metu percussisset regẽ græcas ei ciuitates liberas dimissurum: deinde accersito permagno a rege exercitu bellum ei indixisset:ubi minus abiret ex Asia:libẽter transgressionem illam peierationemque suscipiens exercitum mouit perinde quasi in cariam ꝓcessurus:ubi cum Tissaphernes copias cogeret:Agesilaus soluens in phrygiam impetum fecit. Ibique quamplurimis captis urbibus grandique pecunia dixit amicis: frangere fœdera impium quidem est: At hostium cogitatus fallere non modo iustum est & gloriosum uerum etiam tum iucũdum tũ perutile. Equitatu autem diminuto ephesum concessit: ꝓnunciauitque opulentis si se militia solutos uellent: equum ꝓ sese quisque uirumque præberent. Quare statim pro timidis & diuitibus tum equi tum uiri idonei congregati sunt. Itaque di

Agamemnon

cebat imitari se agamemnona: Illum enim cum equam bonã accepisset:ignauũ diuitemq; uirum militia liberasse. Cũ uero iussisset captiuos nudos:uænire uenderentq; huiusmodi prædæ uẽditores & uestis quidẽ emptores permulti essent:at corpora quoniã alba & omnino mollia ob delicias otiaq; erãt:ea sane tanq; inutilia nulliusq; pretii deriderent:astans Agesila⁹ hæc sunt:inquit:pro quibus pugnatis. isti ãt quibus cum pugnetis. Et cum Tissaphernen in fugam in lydia uertisset pluribus deletis: in agrum regium incursionem facit. At rex ubi

pecuniis ante ad eum missis Agesilaũ de belli solutione roga
ret:respõdit is pacis ius penes ciuitatem esse:lætari autem ma
gis locupletandis militibus q̃ se ipso. Ad hæc pulcherrimum
ducere non munera græcos ab hostibus capere:sed spolia po
tius prædamq; parare. Insuper cum Megabates spithridatis
filius qui formæ præstantia cæteros anteiret: ad eum saluta
tum osculatũq; accessisset: Videbatur.n.diligi uæhemẽter :de
clinauit Agesilaus. Sed posteaq̃ ille adire destitit:eum ultro
quæsiuit Agesilaus.dicentibus autem amicis ipsũ esse in causa
qui a pulchri illius osculo se auerterit.quare præ metu illum
minime uenturũ:ubi non parũ temporis silentio secum ipse co
gitasset:Nequaquã inquit oportet illum nobis persuadere : nã
uelle mihi uideor rebus huiusmõi imperare magis q̃ præpol
lentem hostium urbẽ ui capere:Melius.n.libertatem tueri sibi
q̃ aliis auferre. Præterea cum aliis in rebus ueritatem iusti
ciamq; seruaret existimabat in amicorũ negotiis prætextum
esse nimia aduersus eos iusticia uti uelle. Itaq; breuis e.⁹ quæ
dam epistola ad Hydriæũ cara qua quendã ex amicis peteret Epistola
ita fertur:Niciam si minus iniustus est:dimittas:uelim:Sin ãt
iniustus:mihi dimittito. In pluribus igitur talẽ se præstabat
Agesilaus. Interdum uero cũ expediret pro amicis tempore
potius utebatur. Quare cũ aliquando tumultuosius castra
mouerentur puero cuius amore tenebatur propter aduersam
ualetudinem debilitatẽq; relicto:& illo quidem precibus eum
ac lachrymis ad se reuocante:Agesilaus cõuersus ait:q̃ est dif Agesilaus
ficile miserere simul & sapere. Atqui hisce in rebus quæ ad
corpus attinent:nihilo iis qui secum aderant:præstabat:quip
pe qui sacietate & ebrietate omnino abstinebat . Sopno autẽ
eo utebatur:non qui imperaret:sed cui a rebus gerendis impe
raretur. Aduersus calorem ac frigus ita habebat:ut solus sem
per anni temporibus uteretur. Et inter ipsos milites taberna-
culum habẽs nolebat meliorem lectum:q̃ cuique esset . Idque
assidue dicẽdo usurpabat:principis esse non mollicia sed con
stantia atq; fortitudine priuatis hominibus antecellere. Cũ
ergo quidam ĩterrogasset quid spartæ profuerunt lycurgi le- Spartæ
ges:ut uoluptates:inquit:contemptui essent. Ad eum quoq;
qui tum ipsius tum aliorum lacedæmoniorum uestis alimen
tique tenuitatem miraretur : dixit : pro hoc hospes uiuendi

more libertatem metimus. Item cum quis eum hortaretur: ut se remitteret:diceretq; ne ob incertum fortunæ morem aliquādo eius rei occasio fieret:at ego ait ita me ipsum consuefacio:ut in nulla mutabilitate mutabilitatē quærā. & eodē instituto uel senex utebatur. Itaq; cum a quodam rogaretur:quare uæhementi hyeme sine tunicha circūiret:quo iuuenes inquit imitentur:habentes ii quidem & senis & principis exemplum.

Thasii
Agesilaus

Thasii quoq; cum per ipsorum agrum Agesilaus cum exercitu iter faceret:cum farinam anseres bellaria liba melle cōfecta ac multiplices alias epulas pretiosasq; potiōes ad eum misere. Sed ipse farina duntaxat accepta:reliqua qui tulerāt: iussit ad Thasios referrent:perinde atq; nec ipsis forent utilia. Illis aūt precantibus obtestantibusq; ut ea acciperet:iussit inter mancipia distribui. Et cum causam illi percunctarentur:quoniam inquit non eos decet istiusmodi crapulis delectari:qui probitatē fortitudinēq; exercent. Nā quibus mancipia capiuntur:ea sūt a liberis hominibus aliena. Rursum Thasii quoniā magnis ab eo beneficiis affecti uiderentur:cum & templis eum & diuinis honoribus prosecuti essent:& hac de re legatos misissent:

Agesilaus

Agesilaus lectis honoribus:quos legati ad se tulissent: rogauit an eorum patria deificandorum hominum potestatem haberet? quod cum illi affirmassent:agite inqt. facite deos uos ipsos prius:quod si feceritis:tum cred iturus sum potestatem uobis esse deificandi etiam mei. Ad hæc cum eæ græcæ nationes quæ Asiam incolebāt:decreuissent in præclaris florentissimisque urbib' eius imagines erigere:ad eas scripsit. mei nulla imago esto neq; picta neq; fabricata. Et in asia domum intutus quæ culmen haberet quadratis trabibus: possessorem interrogauit:an quadrata apud eos ligna nascerentur? qui cum non quadrata sed rotunda nasci dixisset: Num igitur si quadrata inquit essent: rotunda redderetis? Interrogatus etiam quandoque usque quo laconici soli confinia porrigerentur. hasta uibrata quo usque:inquit: hæc assequatur. Alio etiam percunctante quamobrem sparta careret muris? ostensis armatis ciuibus hi sunt:inquit:lacædemoniorum muri. Rursus idē alio quærente non lapidibus:inquit. & lignis sed habitātium uirtutibus muri sunt fabricandi. Insuper amicos monebat non pecuniis sed fortitudine & uirtute studendū esse diuitiis.

At cum uellet per milites quicquam confeſtim effici : ipſe pri-
mus aggrediebatur in omnium conſpectu . Gloriabatur au
tem eo magnifice:quod laborando cederet nemini:quodque ſi
bi magis quam aliis imperaret. Et cum quidam qui claudū
lacona intueretur exeuntem ad bellum :equum quæreret:non
ſentis :ait:non fugientibus ſed manentibus bello opus eſſe.
Rursum cum xerxes scripsisset: Mitte ad me arma: rescripsit: Veni: & accipe. Et cum iam hostes adoriri uellet. ac magistri equitũ dixissent. alios ei socios expectãdos esse: Non enim ii adsunt: inquit: qui sint pugnaturi? an nescitis eos solos pugnare aduersus hostes qui & uerentur & metuunt reges? Milites autem monuit: ut pranderent tanquam apud inferos cænaturi. Insuper interrogatus quur uiri fortissimi illustrem ac præclaram mortem obscuræ uitæ anteponunt: quoniam inquit. alterum naturæ alterum sui ipsorum proprium putant. Et cum cælibes uellet incolumes: sciretque perspicue illos id minime toleraturos scuticis insertis epistolis cuique datis eos ad ephoros misit. Item cum ex adulta ætate tris seruare uoluisset: ii re cognita eas epistolas accipere noluerunt. Quin unus dixit non nuncius sed pugnator secutus sum. Secundus istic inquit manẽs melior sim. At tertius: Non equidem post hosce ait: sed ante pugnabo.

l Ochagus polyænidæ ac sironis pater cũ ei esset a quodam nunciatum e duobus filiis alterum mortuum esse: diu sciebam inquit cum mori oportere. Lochagus

l Ycurgus legumlator uolens ab inueterata præsentiꝗ uiuendi cõsuetudine ciues ĩ temperantiorẽ uitæ ordinẽ traducere: & honestos probosque efficere. erant enim uictu & sumptuoso & delicato: duos enutriit catulos eodem patre ac Lycurgus

matre genitos:quorum alterum dimissũ:domi edacitati crapu læq; assuefecit:alterum secum ducẽs uenationibus exercuit. Deinde iis in concionẽ actis uepres illic posuit & quædam gu læ irritamenta . subinde leporẽ dimisit. Cũ uero cõsueta uter que petiisset:& alter cepisset leporẽ: ait aspicitis o ciues :ꝙ eo dem nati genere ĩstituto uitæ ꝙ̃ uæh menter inuicẽ diss miles differentesq; euaserũt :quodq; ad res honestas atq; illustres ar tificiosior existit exercitatio ꝙ̃ natura : Sed: ferunt aliqui nõ eos adductos catulos:q eisdẽ parẽtib⁹ nati essẽt:sed alter ex ci curib⁹ alter ex uenatoriis:deĩde deteriore natũ genere uenatio nib⁹exercuit.at meliore natũ lurchationib⁹solũ assuefecit. Inde uterq; ad quæ fuerat assuetus:impetũ cũ fecisset:essetq; declara tum: quanto educatio & ad bonum & ad malum adiumento sit.ait lycurgus:Sic nos quoque o ciues splendor generis quẽ multi admirantur:herculisque posteritas nihil adiuuat: ni ea gesserimus:quapropter ille oĩbus se hominibus clariorem no biliоremque ostendit:& id quidem si res honestas per omnem uitam exercemus ac discimus. Idem solo diuiso & in omnes æqua portione sorteque distributo:fertur aliquando posterio re tempore:cum ex peregrinatione per agrum nuper demessũ transiens positos aceruos similes æqualesque uidisset : affectũ læticia surrisisse dixisseque ad astantis:Quam omnis laconita multorum fratrum uidetur esse:qui eam modo diuiserint. Et cum ad æs alienum rescindendum hortatus aggreditur etiam omnem supellectilem ex æquo diuidere : quo inæqualitatem omnino & dissimilitudinem tolleret : intuens lacedæmonios grauiter ac moleste ferre manifestam ablationem nũmum tum aureum tum argenteum infirmum irritumq; effecit : ac ferreo solo utendum imperauit:ad cuius solutionem definiuit: ut ad id usque quod necessarium foret:totam substantiam haberẽt. Quo quidem facto omnis iniuria e lacedæmone est eiecta :Nã nec furari:nec corrumpere muneribus :nec alium priuare aut rapere quispiam amplius quicquam poterat :quando quidem id neque occultare:neque possidere iucunde neque uti sine pe riculo neque aut exportare aut importare tuto quiret. Ad hæc inutilia ex urbe omnia superuacaneaque exegit . Quare neque mercator neque sophista neque uates nebuloue neque rerum laboratarum artifex spartam ingrediebatur: Nec enim

nummum apud eos qui esset in usu: lycurgus concesserat: sed ferreum duntaxat constituerat: quod mina est æginensis pon deris. ualoris autem æreorum quattuor. Et cum aduersus delicias bellum aggredi diuitiarumque desyderium auferre a nimo uolutasset: conuiuia introduxit. Itaque ad illos qui per cunctarentur: quamobrem hæc constituisset: & cum armis mi nutatim ciues diuisisset: quo inquit alacriter ac facile impe/ ria admitterent: ac siquid tumultuarent: paucis daretur erra/ tum: & ut etiam ex æquo cibus potusque esset nec ullis potu/ lentis esculentisue: præterea nec strato aut uasis aut alia qua/ piam re omnino diues pauperi antecellat. Cumque diuitias negligendas contemnendasque reddidisset: quippe quæ nemi/ ni nec usui nec ostentationi esse possent: dicebat ad familiares: quam pulchrum est o socii ex operibus diuitias demonstrare: cuiusmodi uero sunt: quoniam cæcæ. Insuper curam adhi buit: ne ante cænatis domi facultas esset ad conuiuia profi/ cisci: aliis esculentis potulentisue repletis. Vituperabant autẽ eum reliqui perinde atque incontinentem & ad cõmunem ui/ ctum demollitum: qui minus secum aut biberet aut ederet. Mulctabaturque is: qui manifesto esset depræhensus. Itaque Agis diu posteaquam rex creatus ẽ militia reuersus: debella uerat enim athenienses: cum uolens uno die apud uxorem cæ nare portiones accerseret: eas tribuni militum non misere. Quod cum ephoris innotuisset: ab iis mulctatus est. Huius modi ergo constitutiones cum locupletes inique molesteq; tulissent: in eum insurrexere: maledictis iactuque insequen/ tes: quippe quem lapidibus uellent obruere. Pulsus autem e foro elabitur. Et aliis anticipato itinere in ædem defugit Mi/ neruæ chalcioecæ. Et cum retro faciem uertisset: eius oculum baculo Alcander insequens eruit. At hunc publico decreto cum accepisset ad crutiatum: nec male affecit: nec repræhen dit quimpotius eum uitæ uictusque socium habens reddidit non modo laudatorem cum sui ipsius tum etiam cõmunis ui/ tæ ac uictus: uerum etiam totius uiuendi morumque institu/ ti studiosum. Illius uero calamitatis monumentum in sacel/ lo chalcioecæ Mineruæ statuit: quam optiletin appellauit. oculos enim Dores optilos dicunt. Idem interrogatus

Agis

Minerua

Alcander

Minerua chal cioeca

Minerua opti letis

quur scriptis legibus non esset usus: quoniam inquit eruditi ac prouecti necessario instituto quod pro tempore usui est: probant. Item quibusdam percunctantibus quare culmen ædibus securi imponendum imperarit: ualuas autem serra dũ taxat nulloque alio ferramento: quo inquit ciues omnibus in rebus quas in ædes important: mediocritatem seruent: nec ha beant ex iis quicquam: quæ apud alios habẽtur ĩ pretio. Ex

Leotychides

qua quidem consuetudine Leotychiden ferũt qui primus spar tæ regnauit: cum apud quempiam cænaret: uidissetque do/mus tecti apparatum & sumptuosum atque tabulatum: hospi tem rogasse: an quadrata apud eos l gna nascerentur. Inter/

Lycurgus

rogatus etiam lycurgus quamobrem aduersus eosdem ho/stes sæpius expeditiones ducendas prohibuisset: quo ne sæ/pius inquit: repugnare consuescentes bellandi peritiam cape

Agesilaus

rent. Quare Agesilao quoque regi non mediocri dandum cri mini uisum est: quod continuis in boetiam irruptionibus ac pugnis thebanos instruxerit: qui lacedæmoniis resisterent.

Antalcidas

Propterea saucium Antalcidas cũ eum uidisset: Perpulchram ait: doctrinæ a thebanis mercedem recipis: quibus uel iuui/tis ac nescius pugnandi disciplinam tradideris. Alio etiam quærente quamobrem uirginum corpora cursibus & luctatio nibus ac discorum iaculorumque iactibus exercuisset: quo in quit: radicatio gignendorum robusto principio in robustis sumpto corporibus pulcherrime germinet: Ipsæque partus robuste perferentes & facile & pulchre doloribus resistant: ac siqua necessitas acciderit: possint & pro seipsis & pro natis & pro patria pugnare. Et cum uirginum in pompis nuditatẽ quidam repræhenderent: atque causam quærerent: ut inquit: iisdem quibus uiri studiis exercitatæ nulla eis re cedant neq; corporis uel uiribus uel ualetudine neque animi ambitione ac uirtute & ut etiam ob exteram gloriã sint animo elatiore.

Gorgo
Leonidas

Itaque de gorgone uxore leonidæ huiusmodi quoque respon sum traditur: Nam cum quædam: ut uidetur: peregrina ad eam dixisset: solæ uos lacænæ uiris imperatis: respondit: so/læ enim nos uiros parimus. Et cum eos qui nubere noluis/sent: a spectaculo gymnicis in ludis prohibuisset: eisdem

que ignominiam addidiſſet: effecit: ut gignendis filiis quan/ diligentiſſime proſpicerent: Nam eo honore atque obſeruantia quam ſenioribus iuniores præſtant: illos priuauit: & illud in Dercillidan dictum quanuis ſpectatus imperator eſſet: re/præhendit nemo. Ei enim aduenienti quiſpiam e iunioribus ſubſellium nequaquam ceſſit: inquiens: Nam nec tu mihi qui cederet: genuiſti. Percunctante autem quodam quur ſanxiſſet nuptui puellas ſine dote dari: quo inquit neque ob ege/ſtatem ſine uiris ulle dimitterentur: neque propter opulen/tiam expeterentur: ſed quiſque potius ſpectato puellæ inge/nio ac moribus in capienda uxore moueretur. Ob id autem ornandi etiam ſtudium ex urbe amouit. Idem cum nuben/di tempus certum ſtatuiſſet tum mulieribus tum etiam uiris: ad eum qui huiuſce rei cauſam quæreret: reſpondit ut partus ei adultis geniti ualentiores eſſent. Ad illum uero qui miraretur: quod uirum ſimul cum nupta cubare prohibuiſſet: imperaſſetque: ut plurimum diei cum æqualibus una eſſet: no/ctes autem totas quieſceret: cum ſponſa uero & clam & non ſine pudore congrederetur: ait: ut & ualentiores corporibus quandoquidem ad ſatietatem uſque non coiuerint: & amando ſemper ſint noui: natoſque robuſtiores præſtent. Ad hæc odorum pretioſumque unguentum amouit perinde atque olei contagium ac perniciem: Itemque tingendi artem tanquam ſenſus aſſentationem. Et omnibus cultus ornatuſque corporei opicificibus ſpartam inacceſſibilem fecit: penride ut artis prauitate artes inquinantibus. Tanta uero illis temporibus mulierum erat pudicicia: tantumque aberat ab ea quæ poſteris ſæculis ſecuta eſt: mulierum procliuitate: ut incredibile ſit: eas ſuperiore tempore adulterio obnoxias extitiſſe. Atque Geradæ cuiuſpiam hominis ſpartiatæ uetuſtiſſimi dictum celebratur: qui rogatus ab hoſpite quid apud eos adulteri paterentur: nam ſe nullam uidere legem hac de re a lycurgo latam: inquit nullus o hoſpes adulter apud nos fit. Subdẽte aũt illo at ſi fieret: idẽ inquit Geradas: Nã quo inquit modo adulter fiat ſpartæ: ubi diuitiæ deliciæ cultuſque omnis or/

Dercyllidas

Geradas

natusque corporis ignominiæ est. Verecundia uero ac decorũ magistratuumque obedientia & habetur in pretio: honoraturque in primis. Idem lycurgus ad eum qui popularem principatum in urbe constituendum hortaretur: ait tu primus in tuis ædibus popularem principatum facito. Percunctante uero quopiam quamobrem parua adeo tenuiaque deorum immortalium sacrificia statuisset: quo inquit nunquam ab honoranda diuina re desistamus. Et cum ea sola certamina in quibus manus minus tolleretur: exercere ciues iussisset: eiusce rei causam percunctanti quo nullus ipsorum ait: laborando defatigari assuescat. Interrogante etiam quodam quare frequenter castra mutanda iuberet: ut maiore inquit detrimento inimicos afficiamus. Alio iterum quærente quur turris oppugnare prohibuisset: ne ĩquit aut a muliere aut a puero aut ab aliquo huiusmodi homine fortiores interimantur. Item cõsulentibus thebanis de sacrificio ac luctu: quẽ leucotheæ præstarent: consilium dedit: ut si quidem deam ducerent: haud lugerent: Sin autem hominem arbitrarentur: non perinde ac deæ sacrificarent. Rursum quærentibus ciuibus quo pacto hostium impetum repellamus: si pauperes inquit fueritis: nec alter magisquam alter interrogetur. Ac iterum de muris quærentibus inquit eam urbem quæ uiris non lateribus cincta esset: sine muris nequaquam esse. Præterea spartiatæ diligentiam comæ adhibebant quoddam lycurgi de hac re dictum celebrantes: quod & pulchros coma magis decoros: & turpes formidabilioris faceret. Monebat autem qui belli in fugam uertissent hostes uicissentque: eo usque insequerentur: quoad foret uictoria confirmat. deinde continuo reditum fa cerent: non modo non moris græcanici esse inquiens illos qui cessissent enecare: sed eam quoque esse utilitatem: quod cum hostes scirent lacedæmonios eis parcere qui cederent: sustinentis uero tollere: fugiendum utilius quam manendum esse ducerent. Atque percunctante quopiam quamobrem hostium cadauera spolianda uetuisset: ne circa spolia tempus terẽtes inquit haberent in pugnando neglegentius: quimpotius paupertatem una cum ordine seruarent.

Thebani
Leucothea

Lysander

l Ysander cum a Dionysio siciliæ tyranno ad eius fi-

lias pretiosi sumptuosioresque amictus missi essent: eos ne/quaquam accepit inquiens uereri se: ne hisce turpiores uide/rentur. At paulo post ad eundem tyrannum ex eadem urbe Aristas missus: cum ad ipsum quoque dionysius duas misisset stolas: iussissetque: utram mallet: acciperet ac portaret ad fi/liam: ipsam inquit illam melius electuram quare utraque ac/cepta abiit. Acer item Lysander cauillator & admodum decipiendo uarius: utpote qui & iustum in eo quod cōducit: & honestum in commodo collocaret: aiebat uerum præsta/re mēdacio: Vtriusque autem perinde ut expediret: & æstima tionem & pretium definiri. Ad eos uero a quibus uitupe/raretur: quod plurima decipiendo ageret: perinde atque dege nerasset ab hercule: quodque res non aperto marte efficeret sed dolo: surridens respondebat: quo leonis non assequeretur: uulpis pellem assuendam esse. Et cum ab aliis accusaretur: quod quæ Mileti iuratus fuerat: nequaquam obseruaret: aie bat puerorum esse talis decipere: uirorum autem iureiurādo. Idem ubi ad capræ flumen athenienses ex insidiis uicisset: ac eos pressisset fame: urbem cepit: scripsitque ad ephoros: athe/næ captæ sunt. Ad argiuos uero qui de soli finibus cum la cedæmoniis disceptarent: seque iustiora iis loqui dicerent: di stricto gladio qui huius inquit ius habet: optime de soli fini/bus disserit. Boetios quo tempore per eorum agrum transi ret: tumultuantis inter se intuens misit ad eos percunctatum: utrum rectis hastis an declinatis per ipsorum agrum iter face ret. Et cum uir megarensis in publica concione audacius di cendi licentia apud eum uteretur: tua uerba o peregrine īquit ciuitatis indigent. Idem ubi corinthii defecissent: ad eorum muros profectus cum lacedæmonios timidiusculos adoriēdo aspiceret: lepusque uisus esset fossam transiliens: non uos pu/det inquit o spartiatæ huiusmodi hostes formidare: ad quo/rum moenia lepores ob otiosam inertemque uitam dormiūt? Ad hæc in samothracia oraculum ei petenti sacerdos ut sibi diceret: iussit: quod iniquissimum esset a se opus in uita perpe tratum. Quare lysander interrogauit utrum tuo an deorum iussu facere hoc oporteret? Illo autem præ metu iussu deorum ī quiente. Tu ergo ait: absis eminus: & ego illis iniquitatem

Dionysius
Aristas
Miletum
Capra flumen
Athenienses
Athenæ
Argiui
Boetii
Megarensis
Corinthii
Samothracia

enarrabo:si percunctētur. Item cum a persa interrogaretur: quam potissimum remp. laudaret: eam īquit: quæ fortibus ac timidis præmia digna reddiderit. Ad eum uero qui dixisset ipsum a se & laudari & defendi: duo inquit boues mihi ī agro sunt. Vtroque autem silente: plane scio: & qui nihil operatur: & qui operatur. Idem cum a quopiam conuiciis afficeretur: ait: dicito crebrius o peregrinelle: dicito nihil omittēs: si tuum iis malis euacuare animum possis: quorum plen⁹ uideris esse. Atqui postero tp̄re cū post eius obitum in contradictione so/ciali Agesilaus uenisset in Lysandri ædes: quo litteras de ea controuersia consyderaret: eas enim Lysander apud se serua bat: reperissetque libellum ad Lysandrum de rep. scriptum: ut oporteret ab Euryprotidis ab Agiadisq; regnum auferre. atque in medium ponere & ex optimatibus electionem facere: quo non herculis posteris sed illi potius daretur honos: qui talis foret uirtute iudicatus: qualis Hercules extitisset: cum ob eam etiā ille in diuinos honores sublatus esset: Et hanc quidē orationem ædere & ad ciues efferre aggressus est: quo inde de monstraret: quod latebat: qualis Lysander fuisset ciuis: & id quidem iis agens in Lysandri amicorum calumniam: at aiunt Cratiden qui per id temporis princeps inter Ephoros esset: ue ritum ne oratio si lecta foret: assensionem faceret: repræhen/disse Agesilaum dixisseque non Lysandrum effodiendum esse: sed eam potius orationem callide persuasiueque compositam una cum illo defodiendam. Ad hæc illi qui eius filias proca ti fuerant: deinde post obitum quoniam pauper esset inuent⁹: eas abnuerent: ab ephoris mulctati sunt quoniam quem diui/tem existimātes colebant: ubi iustum ubi frugi ac probum ex paupertate cognossent: despiciebant.

Agesilaus | Euriprotidæ | Agiadæ | Hercules | Cratides

m Amertes missus legatus cum a quopiam ex illius loci ho minibus laudibus summis efferretur: quod amicis plur i/bus abundaret: interrogauit: an exploratum haberet quonam modo abundans amicis pluribus periculum facturus sit. Id alter cum item discere quæreret: aduersa inquit fortuna expe/rimentum faciet.

Mamertes

n Icander cum quidam dixisset Argiuos male de ipso lo/qui: Num ergo īquit: dant pœnam: qui de bonis loquun

Nicander | Argiui

tur male? Percunctante autem quopiam quare comam barbamque nutrirent: quoniam inquit proprius ornatus uiro est omnium pulcherrimus ac minime sumptuosus. Et cum ex atheniensibus quidam dixisset otium Nicander admodum ad mittitis. uera inquit narras: at non quemadmodum uos ut acciderit: studemus negotiis. Athenienses

p Antheodas legatione in asiam fungens ostentantibus ei quibusdam murum & magnum & sublimem. per deos inquit peregrini: pulchra est mulierum domus. Idem in academia cum philosophi multa seriaque disfererent: ac deinde Pantheodam interrogarent: quid hi sermones ei uiderentur: quid uero aliud inquit: quam boni. cæterum utilitatis habentes nihil: si minus uos ipsis utamini. pantheodas Asia Academia

p Ausanias cleombroti filius deliis aduersus athenienses de insula disceptantibus dicentibusque ut secundum suam ipsorum legem neque i mulieres in insula pariunt: neque mortui humantur: Quo nam igitur: inquit: pacto hæc patria uobis sit: in qua neque fuit uestrum ullus: nec erit? Exulibus autem hortantibus ut aduersus athenienses exercitum duceret: dicentibusque cum de ipsius laudibus in olympiacis ludis prædicaretur: solos athenienses aduersus eum insibilasse: Quid nam igitur existimatis: inquit: eos facturos: si male affecti fuerint: qui bene affecti insibilant? Et quopiam percunctāte quur Tyrtæum poetam ciuitate donarint: quo inquit nunꝗ̄ peregrinus nobis præesse uideatur. Ad eum quoq; qui cū corpore esset infirmus: cōsuleret aduersus hostes terra mariq; dimicandum: uisne igitur: īquit: teipsū exutis uestib⁊ ostēdere: qualis es: q nobis pugnandū cōsulas? Idē sumptuositatē uestis ī barbarorū præda cū qdā admirarēt: meli⁊ esse īqt ipos ēē multifaciūdos ꝗ̄ quæ multifaciūda sūt possidere. At post uictoriā de medis ad platæas iussit præparatā persarū cænā suis apponēdā. Quæ cū mirabili sūptu esset: p deos īqt: lurcho erat psēs: q cum tam multa hēret: ad massam nr̄am ueniebat. Pausanias Delii Athenienses Athenienses Tyrtæus Medi Platææ

p Ausanias plistonactis fili⁊ ad illū a quo ēēt īterrogat⁊: ꝗ̄ obrē ex priscis legib⁊ nullā apd̄ ipos mouere liceret: qm leges īgt uiris non legib⁊ uiros oportet dn̄ari. Itē cū tegææ post exiliū lacedæmonios laudib⁊ efferret: ait qspiā quur igr̄ Pausanias Tegæa

non mansisti Spartæ: sed fugisti potius? quoniam ne medici quidem: inquit: apud eos qui bene ualent: sed ubi sunt ægrotātes: uersari consuerunt. Ad illum uero qui ab eo percunctaretur: quopacto thracas uincere quiret: si medicum inquit constituerimus ducem. Et cum medicus eum consyderaret: diceretque nihil habes mali: Non enim te medico inquit utor.

Idem cum ab amico quodam repræhenderetur: quod ī quempiam medicum malediceret: nec eum tamen expertus nec ulla affectus iniuria: quoniam inquit si essem istum expertus: minime uiuerem. Insuper cum medicus ei dixisset: senex es factus: quia inquit: non sum te usus medico. Dicebat etiam hunc medicum esse optimum: qui non sineret ægrotantis morbo marcescere: sed quancelerrime sepeliret.

Pædaretus p Aedaretus dicente quopiam magnum esse hostium numerum: Ergo inquit eo maiorem gloriam consequemur: quo pluris enecabimus. Quendam uero intutus qui tam& si mollis natura erat: tamen propter modestiam laudaretur a ciuibus: ait nec uiros mulierum similis laudandos esse neque uirorum mulieres: nisi mulierem necessitas aliqua coegerit. Idē cum in trecentorum numerum non esset electus: qui honos in urbe ordine præstabat: hilaris subridensque abibat: Reuocatus autem ab ephoris & quid rideret interrogatus: inquit: quoniam urbi gratulor: quæ me trecentos melioris habet ciues.

Plistarchus p Listarchus leonidæ filius ad eum qui interrogasset: quā ob causam a primis regibus minus appellarentur: quoniam inquit illis erat opus rege agide: at illorum posteris nequaquam. Et cum quidam patronus causarum ridicula diceret: non cauebis inquit peregrine continua ridicula: quo ipse non fias ridiculus: quemadmodum ii luctatores fiunt: qui

Luscinia se continuos in luctando præstant. Item ad eum qui lusciniam imitaretur: libentius ait hospes lusciniam ipam audirē. Dicente autem quodam ipsum a quopiam maledico laudari: miror id quidem ait: ni me fortasse mortuum ei quis nūciarit. Nam bene loqui de uiuo nemine ille potest.

Plistonax p Listonax Pausaniæ filius cum atticus quidam rethor inscitiam lacedæmoniis obiiceret: recte inquit narras: Nā e græcis omnibus soli nos mali nihil a uobis didicimus.

p Olydorus alcamenis filius cum frequentius quis minita Polydorus
ret̃ inimicis:nescius inq̃t es maximã cruciatus partẽ abs
te consumi. Idem cum exercitum aduersus Messenam educe Messena
ret:interrogauit quidam an esset aduersus fratres pugnaturꝰ s
minime inquit:sed in id agri se profecturum:de quo nondum
esset sors habita. Argiuis aũt rursus post trecentorum illorũ Argiui
pugnã uniuersis acie superatis:Polydorũ socii hortabant̃: ne
opportunitatẽ prætermitteret: sed hostiũ ad ꝰ murũ urbẽ
caperet:Nam cũ & uiri perissent:& uxores desertæ essent:id fa
cillimũ factu fore:Quare ad eos ait æqua pugna aduersarios
uincere mea sententia honestum est. Sed qui de agri terminis
pugnauerimꝰ:urbem capere cupiamus:iniustum esse duco:ue
ni enim ut agrum recuperarem:non ut urbẽ occuparẽ. Inter
rogatus etiam quamobrẽ spartiatæ fortiter ĩ bello discrimen
subeunt:quoniam inquit uereri duces nõ metuere didicere.

p Olycratidas ad regios prætores una cum aliis legatio- Polycratidas
ne fungens cum ab iis interrogaretur:utrum priuati ad
essent:an publice missi essent:si ait impetrauerimꝰ:publice mis
si sumus:sin minus impetrauerimus:priuatim adsumus.

p Hoebidas cum quidam ante leuctrense discrimẽ dicerẽt Phoebidas
diem hũc demonstraturum fortẽ uirum:inquit multi di
em illum esse faciũdum:qui fortem uirum monstrare saluum
posset. Et cum in eo loco a clitoriis obsideretur:qui & diffi- Clitorii
cilis esset & expers aquæ:fertur in ea foedera uenisse:ut solum
bello partum eis cederet:si una secum sui omnes e proximo fõ
te biberent:Nam fontem hostes præsidiis tenebãt. Post iusiu
randum uero coactis oĩbus qui cũ eo aderant:uoluisse illi qui
nollet bibere regnum dare. Quod cum nemo admisisset: sed
bibissent omnes ipsum ubi post omnes descendisset: at sese a
qua insperisset:etiam præsentibus hostibus adortum esse a
groque potitum:perinde atque non bibisset.

t Elecer ad eum qui dixisset patrem maledictis in ipsum Telecer
uti:nisi iis inquit:dignus essem:haud pater uteretur.
Dicente autem fratre non æque ciues ei aduersari atque sibi:
cũ iisdẽ tamen parẽtibus natus sit:At istud inquit absurdius:
Nam quas ipse nescis: ego iniurias pati scio. Interrogatus
etiam quid mos apud eos esset: ut iuniores senioribus assur
gerent: quo inquit ita hi habentes in maioribus natu hono

randis maiore honore parentes prosequantur. Et cum quis piam esset percunctatus: quantum substantiæ possideret: plus inquit: quam sat est.

Charilaus Lycurgus

c Harilaus interrogatus quamobrem Lycurgus paucas adeo tulisset leges: quoniam inquit pauca dicentibus paucis etiam legibus opus est. Percunctante autem quodā quare puellas aperta facie: uxores autem uelata in propatulū agerent: quia inquit puellis uiri sunt inueniendi: at uxoribus uiri seruandi. Idem cum mancipium quoddam audacius ei aduersaretur: ni ait: irascerer: enecarem te. Atque interrogatus a quopiam quam putaret optimam esse remp. inquit: ī qua plurimi ciues inuicem sine seditione uelint de uirtute certare. Item cum quis percūctaretur: quur omnia deorum signa cum armis essent apud ipsos posita: quo inquit nec quæ in homines exprobrationes obprobriaque dicuntur: propter timiditatem in deos referamus: nec iuuenes inermes diis immortalibus preces habeant. Ad illum quoque qui esset percunctatus: quare nutrirent comam: quoniam inquit ex omnibus hic & naturalis ornatus est & minime sumptuosus.

s Amiorum legatis prolyxiore oratione utentibus dixere spartiatæ: Prima quidem obliti sumus. postrema uero ignoramus: quia res memoria exciderunt. Cum longa orator prolyxaque usus oratione responsiones peteret: quas quibus referret: refer igitur dixere & te dicendo & nos audiendo uix desisse. Et ad thebanos aliquibus de rebus contradicentes dixerunt: aut sapere minus oportet aut plus posse.

Lacon

l Acon interrogatus quam ob causam menti pilos plurimum nutris? quo inquit canos intuens: nihil agam ipsis indignum.

a Lius cum esset quis percūctatus. quare sicis breuibus uti mini? quo inquit cōminus cū hostibus manus cōseram?.

l Audante quopiam fortissimos pugnatores: lacon inquit: in Troia.

a Lter cum audisset quosdam in cæna ad bibendum ui cogi: non etiam ad edendum inquit ui coguntur?

Pindarus

p Indarus cum scripsisset: Græciæ sustentaculum athenæ: lacon ait græciam funditus ruituram: si huiusmodi sustineatur sustentaculo.

e T cum quis intutus in tabula quadam picta laconas ab athenienſibus iugulari diceret fortes quidem athenienſes :lacon tempeſtiue ſubdidit:& ii quidem in tabula .

a D quēdā uero q calumniosa male dicta libēter audiret: lacon ait deſine aures aduerſus me benigne præſtare.

a D eum qui plecteretur : ac diceret:inuitus erraui : dixit quiſpiam inuitus igitur etiam plectere.

i Ntutus quidam homines qui dum uita decederent : in ſellis curulibus ſedebant:abſit inquit:ut hic ſedeam: unde non licet aſſurgere ſeniori .

c Hii cum olim e cæna abeuntes in ephororum curia uomuiſſent:curulibuſque in ſellis ubi ſedebant ephori: deieciſſent:uæhementer primum qui ea feciſſent:inquirebant:an ciues ii eſſent. Vt uero chios extitiſſe ſenſerūt :proclamauere: chiis permittitur laſciuire . Chii

c Vm quis amygdalas duplo uiliore pretio quam duros ſilices uænire aſpiceret:nunqd rari inquit ſunt lapides?

l Vſciniam cum quis uelliſſet:ac parum īueniſſet carnis: ait uox hoc eſt:& aliud nihil.

l Acon quis cum cynicum diogenen complecti ſtatuam æream uidiſſet in magna ui frigoris : percunctatus eſt: an rigeret : Quod cum ille negaſſet:ait quid nam igitur magnum facis. Lacon

e T cum metapontino cuidam lacon metum exprobraret attamen inquit non parum alieni habemus agri . hic āt ait non ſolum igitur meticuloſi ſed etiam iniuſti eſtis .

p Eregrinus quidam cum ſpartæ rectus in alterum crus inducretur calceis : ait ad lacona:Nequaquam tu lacon mea ſententia quantum ego temporis tantundem ipſe ſtares ſuper pedem:Qui excipiens non enim ſtarem inquit.& ex anſeribus quidem nullus eſt qui non ſtaret . Peregrinus

c Vm quis artis rhetoricæ laudibus efferretur: aliquis lacon ait: At pēr geminos ars ſi ueritatem non tetigerit: nec eſt nec unquam ſit futura.

a Rgiuus aliquando cum dixiſſet:multa ſpartiatarum ſe pulchra apud nos ſunt dixit lacon:at argiuorum apud nos ne ullum quidem.perinde atque ii ſæpe argos adorti eſſēt at ſpartam argiui nunquam. Argiuus

Lacon — l Acon captiuus cum uæniret: diceretque præco: lacona uændo: increpauit inquiens: captiuum proclamato.

Lysimachus — q Vidam ex iis militibus qui apud Lysimachum merebãt: ab illo interrogatus nunquid esset ex mancipiis: Tu autem putas inqt stipẽdio quattuor obolorũ lacona ad te iturũ.

Thebani, Leuctra, Eurotas — c Vm thebani laconibus uictis ad leuctra ad ipsum Eurotam essent: & quidã iactabundus diceret: ubi nũc lacones sũt: lacon ab iis captus non adsunt: inquit: Non enim uos huc uenissetis.

Athenienses, Samus — a Theniensibus rogantibus quo tempore urbem tradiderãt: Samum sibi dimitterent: dixerunt: Cum uestri fueritis: tunc alios quoque habere postulate. Ex quo etiam prouer

Prouerbium — bium illud est: Qui sese ipse non habet: samum uult.

u Rbem quandam cum lacedæmonii ui cepissent: ephori dixerunt: periit luctatio iuuentutis: Non enim posthac iuuenes habebunt: qui eis repugnent.

a Liam urbem rege lacedæmoniorum pollicente se penitus euersurum: Nam ea laconibus negotia plærunque præbuerat: nequaquam permiserunt inquientes nullomodo euertes: nec tolles iuuentutis cotem.

l Vctantibus pædotribas qui pueros exercerẽt atque erudirent: haud præficiebant: quo non arte sed uirtute honori studerent.

Lysander, Charon — Itaque Lysander interrogatus quonammodo eum charon uicisset: ingenio inquit atque industria.

Philippus — p Hilippus quo tempore ĩ eorum uenisset agrum: cum scripsisset: utrum amice se ire uellent an hostiliter responderunt: neutrum.

Antigonus — l Egatum quendam cum ad Antigonum demetrii filium misissent: eũ mulctauere: quoniã audissent uocauisse illũ regem: quanuis medimnum annonæ cuique a rege in caritate portaret.

Demetrius — d Emetrius cum crimini daret: quod legatum unum ad se misissent: Non igitur satis est dixerunt ad unũ unus.

Flagitiosus — f Lagitiosus quidam sententiam optimam cum tulisset: hanc quidem admiserunt: at illo amoto sententiam alteri qui honeste uixisset inscripserunt.

f Ratres cum inuicem dissentirent: ii patrem mulctauere: quod filios dissidentis despiceret.

p Salten aduenam mulctauere:quoniam digytis citharā Pſaltes
pulſaret.
d Vo pueri pugnabant:quorum alter falce alterum uulne
rauit loetali uulnere. familiaribus autem pueris cum is
eſſet pugnam dimiſſurus:pollicentibus auxilium ſe laturos &
illum qui percuſſerat īterempturos:nullo modo per deos īqt:
Non enim eſt iuſtum. Et enim ego feciſſem hoc ſi iſtum aſſe De iuſticia
qui potuiſſem:fortiſque fuiſſem.
a Lter puellus quoniam adeſſet tempus:quo furari liberis
pueris lege fas erat:quodcunque quis poſſet: dabaturꝗ
turpitudini depræhendi:ubi qui cum illo una aderant:pueri
uiuam uulpeculam furati ei cuſtodiendam tradidiſſent: & ii
qui illam amiſerant:quæſitum ueniſſent:uulpeculam hic ſub
iecit ſub amictum. beſtia uero exaſperaſcente ac pueri latus ad
æſta uſque deuorante:ne palam fieret:quieſcebat. Sed ut de/
mum poſt illorum abitionem factum pueri aſpexere:culparēt
que dicentes melius fuiſſe manifeſtare uulpeculam quam cela
re ad mortem uſque:minime quidem inquit:ſed longe melius
eſſe doloribus quam ſopno diem obire & quā hominum ſer/
monibus diuulgari:ꝗ ob molliciam turpiter uiuere curauerī.
ç Vm quidam in laconas in itinere incidiſſent: dixiſſent
que ſecunda eſtis fortuna uſi:nam hinc nuper latrones
abiere: dixerunt hi nequaquam per bellicoſiſſimum Enyaliū:
ſed illi potius uſi ſunt:qui in nos non inciderunt.
l Acon interrogatus:quid ſciret:dixit liber eſſe. Lacon
Ver ſpartiata ab antigono rege captiuus factus ubi uæ Antigonus
p niſſet:aliis in rebus omnibus emptori parebat quaſcun/
que libero faciundas exiſtimabat. Vt uero imperauit:ut
matulam ferret:haud paſſus eſt inquiens non ſeruiam. Et cum
ille ſurrexiſſet:hic aſcenſa teſta ubi dixiſſet diſces emere: ſeip
ſum immiſit:atque obiit.
a Lter cum uænirect:dicente quopiam ſi te emero: eris fru/
gi:etiam ſi minus inquit:emeris.
a Lius captiuus cum uæniret: addente præcone mancipiū
uænundare:execrabilis:inquit:non captiuum dicis?
l Acon muſcam inſignis loco habens in clipeo & hanc Lacon
ſane non maiorem uera muſca:ubi deridentes quidam
dixiſſent hoc ad latendum eſſe ab eo factum: īmo inquit ut

manifestus fiam sic enim proxime hostes aggredior :ut hoc in signe ipsorum uisui magnum sit.

a Lter cum in symposio lyra esset adducta :Non laconici inquit moris est nugari.

Spartiata

s Partiata interrogatus an secura esset ad spartam uia:inquit:qualis accesseris. Leones enim eminus proficiscuntur a leone.lepores autem uenamur etiam itra tabernaculum.

i N palæstrico manuum nexu cum prostratus quispiam colluctatorem frustra pulsaret:atque ad terram traheret ubi corpore defatigatus deficeret:illius brachium mordebat. & alter ait mordes o lacon sicut mulieres : nequaquam inquit alter:sed ut leones.

Claudus

c Laudus ad bellum egressus quibusdam eum sequētibus ac ridentibus conuersus ait:mala capita non est cum hostibus fugiendo pugnandum:sed manēdo ordinemq; tuendo.

a Lter ictus sagipta cum uitam relinquerent:non hoc inquit sibi curæ esse:quod moreretur sed quod a molli ac semiuiro sagiptario esset occisus :egissetque ipse nihil.

c Vm in tabernam meritoriam quis diuertisset:parandumque cauponi dedisset obsonium : ubi alter caseum atque oleum petisset : ait:si caseum haberem:etiam obsonio egerem?

Lampis

a D eum uero qui lampin æginetam beatum diceret:quoniam ditissimus esse uidebatur : erat enim gubernator multarum nauium:lacon ait:Non attendo felicitati :quæ pendeat ex funibus.

c Vm quis dixisset lacona mentiri :is respondit : liberi enī sumus .alii uero si quando uera nō dicunt:plectendi sūt.

c Vm quis cadauer rectum sistere uellet :atque niteretur: ubi factis omnibus id nequisset : per geminos ait intus aliquid esse oportet.

Tynnichus
Thrasybulus
Epigramma
Pitane
Argiui

t Ynnichus Thrasybuli filii mortē fortiter tulit . In hunc uero epigramma huiusmodi factum est .

// Exanimus pitanen clipeo thrasybulus in acri
Confossus septem uulneribus rediit.
// Passus ab argiuis quæ ergo nulla gerebat.
Tinnichus hunc igni cum daret:hæc loquitur.
// Flere decet timidos oculis te nate sepulchro
Condo meum siccis ac lacedæmonium.

a Lcibiadi atheniensi cum aquæ plurimum balneator fū deret:lacon ait quidnā hoc: ut immundo ualdeque sor/dido plus præbet. Alcibiades

p Hilippo macedone quædam per epistolam lacedæmoni is imperante ii rescripserunt. Lacedæmonii philippo. // de quibus nobis scripsisti:non. Cum autem in agrum laconicum philippus fecisset impetum:ac omnes perire uiderentur dixit ad quendam ex spartiatis:Quid nunc facietis o lacones? Quid enim inqt aliud:quam fortiter moriemur. Soli enī græcorum nos liberi esse ac non parere aliis didicimus. Philippus Epistola

p Ost aduersam Agidis pugnā obsides Antipatro petente pueros quīquaginta :Eteocles ephorū gerens ait pueros quidē minime datum ire:ne malis moribus imbuerentur pria institutione priuati:nec ciues forent:senes uero aut mulieres si uellet duplo ēt pluris datū ire. Eo aūt grauiter minitāte nisi acciperet: publice responderunt: si grauiora morte imperites facilius moriemur. Agis Antipater Eteocles

s Enex in olympiis dum ludus pageretur spectare affectabat:ubi aūt sederet:non hēbat. In multos uero pfectus locos erat & cōtumeliæ & cauillo:recipiebaturq; a nemine. Vt autē ad lacedæmonios uenit:pueri oēs assurrexere:pluresq; uiri cessere locum. At cæteris græcis plausu morē admiratis ac sūmis laudibus efferentibus:senex ut mouit canūq; caput barbamq; senilē & lachrymasset ait:Heu misero mihi:ut oēs græci quæ honesta sint norunt:sed iis lacedæmonii utuntur soli. Olympia

f Erunt aūt quidā idem athenis quoq; accidisse. Nam cum Panathenæa agerentur:attici ipsi senem probris insequebant:quippe q eum ut suscepturi inuitabant. Si uero accederet:nō recipiebant. Vt aūt petitis fere oībus ad lacedæmonios uenit spectatores:oēs e sedilibus assurgentes locum cedebant. Eo aūt facto mirifice turba delectata insigni admodū significatione applausit. Atq; spartiata quis dixit:Per geminos Athe/nienses quidem quæ honesta sunt:sciunt :nō autem agunt. Panathenæa

m Endicus a lacone petiit:at si tibi inquit dedero:eris pauperior. Tuæ uero huius ineptitudinis qui primus por/rexerit:auctor est futurus:quippe qui inertem te fecerit. Mendicus

l Acon ubi quempiam uidisset:qui res diis īmortalib⁹ cōgregaret:nihil ait curare deos:q se essent pauperiores. Lacon

c Vm quis adulterum apud turpem uxorem compræhen disset:afflicte ait:quæ tibi necessitas?

a Lius oratorem audiens:qui magnos uerteret orationis ambitus:at per geminos ait.fortis quidem homo hic ad nullam propositum instruit atque exercet linguam.

c Vm lacedæmona quis uenisset:honore inspecto quem iuniores senioribus præstabant:In sola inquit sparta senescere conducit.

i Nterrogatus lacon cuiusmodi Tyrtæus poeta esset: bonus inquit:qui iuuentutis animos & contumelia imbuat & stulticia.

a Lter cum in dolore oculorum egrederetur ad bellum:& aliqui ei dicerent:quo uadis ita affectus aut quid facturus?Si aliud inquit nihil egero:saltē hostis gladiū hebetabo.

Buris
Spartis
Xerxes

b Vris & spartis lacedæmonii ultro ad Xerxen persarum regem ad crutiatū cui lacedæmon pro oraculo erat obnoxia:profecti:Nam caduceatores a rege ad se missos lacedæmonii occiderant:ubi uenissent ad regem:iusserunt:quo uellet modo se pro lacedæmoniis interimeret.Sed ut ille admiratus uiros liberauit:rogaretque:apud se ut manerent: Et quo nam pacto dixere uiuere hic possimus patria legibusque relictis & is uiris:pro quibus tantum itineris morituri uenimus? At cum Indarn⁹ dux maiorem ī modum rogaret:ac fore diceret: ut ii æque honorarentur atq; illi:qui amici maxime apud regem ad dign'tatem prouecti essent:dixerunt:Ignorare uideris nobis:cuiusmodi res est libertas:cui mentis compos persarum regnum haud prætulerit.

Indarnus

Lacon

l Acon quoniam die superiore hospes eum declinasset: postridie uero stratis usus large magnificeque excepit: inscendit strata:eaque pessundabat addens: propter hæc heri ne in storio quidem dormiui.

a Lter cum uenisset athenas:aspiciens athenienses qui pernas & obsonium proclamarēt:& pub'.icanos ac lenones gererent:& alia inepta opera agerent:nihilque turpe ducerent ubi in patriam reuertisset: percunctantibus ex eo ciuibus qualia essēt: quæ athenis uiderat: per simulationem dicebat omnia esse honesta: orationeque monstrabat omnia apud athenienses honesta censeri:turpe autem nihil.

a Lius quapiam de re interrogatus respondit:non. Vt au/
tem is qui interrogarat:respondisset : tu mentiris:uides
ne inquit : te uanum esse : qui quæ noris:interroges ?

u Enerunt aliquando legati lacones ad lygdamin tyran/ Lygdamus
num. Vt uero ille differens sæpe congredi tardaret:dice
rent autem eum omnibus in rebus molliter habere:at isti nar
rato dixere nos nequaquam per deos immortalis ad ipsum
uenisse:ut palæstram cum eo luderemus : sed ut differerem⁹.

l Acona quempiam cum quis mysteria edoceret:interro/
gabat : quid impium maxime egisse sibi conscius esset:
Hic autem ut dii ipsi norunt. At ubi ille magis magisque ur
geret : ac diceret : omnino id eloqui te oportet : contra lacon
interrogauit : cui me prius oportet eloqui tibi ne an deo ? Illo
autem dicente:deo. Tu igitur inquit abscedito.

a Lter cum noctu monumentum præteriret:ac dæmoni/
um quoddam uidere uisus esset : incurrebat : ut id lan/
cea tolleret : atque infigens inquit : quo me fugis bis moritu
ra anima ?

a Lius cum optasset ab leucade seipsum iacere : locum in
scendit.altitudineque inspecta auersus est. Quod cum
ei daretur probro : inquit : non existimaram optioni alia ma/
iore optione opus esse.

a Lius in acie cum esset ensem in hostem demissurus :quo
niam receptui cecinissent : non etiam demisit. Quodam
uero percunctante:quur hostem quem ceperat :non occidisset
quoniam inquit melius est parere principi quam necare.

l Aconi cuidam cum in olympia uictus iterum esset : di
xit quis tuus aduersarius o lacon te melior fuit:minime
inquit:sed prosternendo aptior.

e Orum qui ad conuiuia ingrederentur cuique natu maxi
mus monstratis foribus per has ait : uerbum nullum
egreditur.

e T cum nigrum quod dicitur ius apud eos maxime pro
baretur adeo : ut seniores ne carnem quidem appeterēt
sed eam adolescentibus cederent : fertur dionysius siciliæ ty Dionysius
rannus huius gratia emisse laconicum adolescentem : eique
imperasse : ius illud sibi pararet : ac sumptui nulli parceret :
quod cum deinde gustasset : offensus despuisse : coquumque

Eurotas dixisse: o rex hoc ius tibi uescendũ est: ubi te & laconice exercueris: & in eurota laueris.

Lacones l Acones ubi modice in conuiuiis biberint: abeunt sine funali. Non enim licet pergere præuio lumine neq; hãc neque aliam uiam: quo assuescant & ex tenebris ac noctu fidẽter intrepideque proficisci.

l Itteras pro necessitate discebãt. Reliquarum uero disciplinarum admittebant nihil: Nec hominum magis quã librorum. Erat autem illa iis disciplina: ut honeste parerent: labores constantissime tolerarent: pugnandoque aut uincerẽt: aut interirent. Degebant autem sine tunicha amictum unũ in annum capientes. Erantque corporibus squalidi. Et qui balneis utplurimum unguentisque abstinerent. Dormiebant etiam una pro alis & turmis in thoris ex arundinibus factis: quas secus eurotam nascentis ipsi conuehebant summitates manibus non ferro confringentes. Per hyemem uero eos qui Lyco-

Lycophones phones appellantur sibi subiciebant thorisque immiscebant. Ea enim materia calidi quiddam habere uidebatur. Auare præterea eos pueros qui probo essent animo: permissum erat: coire autem cum iis turpissimum censebatur. perinde atque non animus sed corpus potius amaretur. qui uero esset accusatus perinde ut ad dedecus congrediens: is erat per omnem uitam infamis.

m Os etiam fuit iuniores interrogari a senioribus: & quo proficiscerentur & quamobrem: atque qui minus respõderet: aut causas necteret: obiurgari. Qui uero se præsente delinquentem non obiurgasset: pari castigationi erat obnoxius: cui etiam delinquens ipse. Et qui castigationem moleste ferret: in magno erat opprobrio. Quod si quis in delicto esset depræhensus: oportebat hunc quandam in urbe aram circuire ac uituperationem quandam in seipsum uersu compositam canere. Quod aliud nihil erat quam ipsum semet obiurgare. Erat etiam mos non proprios duntaxat uereri patres atque his parere sed omnes etiam seniores uerecundia prosequi. Et illis in uiis cedere e sedilibusque assurgere: quietissimeque transire. Itaque ius quilibet habebat non quẽadmodum in aliis ciuitatibus suorum filiorum & seruorum ac possessionum sed æque proximi ac suarum rerum ut quam

maxime iis communibus uterentur: & perinde atque de rebus domesticis curam gererent. Et qui puer a quopiam castigatus ad patrem detulisset: turpe erat audienti patri: si minus cũ rursus castigasset. Credebant enim sibi ipsis ex institutione patria nil turpe filiis imperare.

f Vrantur autem pueri ex esculentis quidquid possint: discentes hi quidem ingeniosissime dormientibus aut negligentius custodientibus insidias tendere. Qui uero fuerit depræhensus: uerberibus esuriaque mulctatur. Tenuis enim iis uilisque cæna est: quo sua industria indigẽtiam propulsantes audere callereque cogantur. In faciundo autem conuiuio propterea parsimonia utebantur: ut assuescerent repleri nunquam: possentque famem ferre. Ita enim arbitrabantur uel ad bellum utiliores fore: si possent etiam sine cibo labores tolerare: & continentiores tenuioresque in multum usque tempus degerent a paucitate sumptus. Et sine obsonio degere æque atque escam omnem admittere id existimabant: ad meliorem ualetudinem corporum ab alimenti paucitate habitudinemque accedere: putantes ii quidem ipsum spiritum. qui præ nimio alimento in profunditatem latitudinemque premat: in altitudinem corpora non pressum attollere: facereque pulcherrima. Graciles enim & macilenti habitus artuum agilitati parent: habitiores uero & carnosi onere suo reluctantur.

a D hæc nemine minus modulis carminibusque studebãt In iis autem stimulus quidam inerat ad uim animi incitandam & ad impetum quasi furẽtem quendam atque strenuum inducendum. Ac dictio erat & facilis & seuera. habebatque aliud nihil: quam tum eorum laudationes: qui generose fortiterque uixissent: ac præclare & fauste pro sparta occubuissẽt: tum etiam eorum uituperationes: qui metu id agere detrectassent: perinde atque tristem uitam miseramque uixissent. Erat præterea præceptio quædam atque iactantior excitatio pro ætatum dignitate ad uirtutem. Tribus enim choris pro tribus ætatibus in celebritatibus constitutis unus senectutis incipiens canebat: Nos olim fuimus robusti iuuenes. Florentis uero ætatis alter respondens: inquiebat. Nos autem sumus: quod si uelis: periculum facito. At

puericiæ tertius: Nos autem erimus multo profecto robustiores. Atque numeri primi illi quibus & in tripudiis & ad tibiam cum in hostes ferrentur: utebātur: ut & fortiter & audēter agerent: mortemque contemnerent: incitabant: Nam lycur-

Lycurgus

gus bellicæ exercitationi studium musicæ admiscuit: quo bellandi uæhementia modulatione temperata consonantiam cōuenientiamque haberet. Itaque rex ante quam pugnas iniret:

Musæ

sacrificabat musis: quo & oratione præclaraque memoria digna facinora pugnantes redderent. Quod si quis priscæ musicæ quicquam transgrederetur: haud sinebat. Vnde etiam

Terpander

Terpandrum: qui & uetustissimus esset: & reliquis per id temporis citharœdis præstaret: ac heroicas res gestas laudibus efferret: ephori tamen mulctauere: eiusque acceptam citharam affixere: quod unum solum neruum ob soni uarietatem superfluo intendisset. Simplicioris enim duntaxat modulos proba-

Timotheus

bāt. At Timotheum quoniam carniis modulis studeret: epho-

Carnii moduli

rorum unus arrepto gladio interrogauit: ex utra parte absci-deret: qui superessent ad septem neruos.

Lycurgus

p Ræterea omnē sepulchrorum superstitionem Lycurgus sustulit concedens & in urbe sepeliendos mortuos & secus sacella habenda monumenta. Piaculaque amouit. & nequid una sepelirent uetuit: sed condentes corpus puniceo amictu & oleæ frondibus æque omnis circundarent. Inscriptiones quoque quæ in sepulchris fierent: prohibuit nisi eorum: q belli obissent. Itemque & luctus & lamentationes.

forte uerbosiores q̃ necesse ẽ simus:ipsi Galeno cedam⁹
de medicinæ prĩcipiis locuturo. si tamen prius recensueri
quid ipse apud amonium philosophum post aristotelen
inter primos habitum de medicinæ diuisione annotarim
in libro si quidem diuisionum omnis inquit ars subiectũ
habet & finẽ. itaq; medicina subiecta habet corpora atq;
medicamina. finem uero ad sanitatem corpora perducere
diuiditur porro medicina in speculandi uim: & agendi.
speculandi quidem uis diuiditur in naturæ & causæ:& si
gnorum explicationem. agendi autem uis in sanatile &
curatile. Rursus naturæ explicatio diuiditur in elementa
temperamenta:potentias:humores:& membrorum parti
culas. Causæ explicatio ĩ proposita:& capitularia:& cõ
prehensa. signorum explicatio in recordatile:discretile &
futurorum præsagium quod prognosticon uocant. Rur
sus sanatile est in cohibendo & nutricando & expellendo:
Curatile in remedia adhibendo:uictum deligendo:& chi
rurgicam exercendo. hæc sunt quæ Amonius. nunc quæ
reliqua inspiciamus.

GALENI MEDICI AD MEDICINAM INTRODVCTORIVM.

Edicinæ artis intentio quidem est sanitas: finis autem sanitatis adeptio: at medicis illa cognitu necessaria sunt: ex quibus aut absens abduci sanitas potest: aut præsens conseruari. atqui absentem adducentia sanitatem medicamina quidem & adiumenta appellantur: præsentem uero conseruantia salubres uictus. hæc demum & ipsam medicinam scientiam salubribus: & morbosis constare priscorum ostendit oratio. salubria quidem uocans quæ præsentem conseruent sanitatem: & quæ sublapsam: atque afflictatam reuocent morbosa uero his contraria. medico siquidem duplici cognitione opus est: una quidem ad delectum faciendum & assumendum: altera uero ad fugandum: hinc etiam horum exquisiuere: ac inuestigauere scientiam. nec tamen omnes idem consentiunt. sed alii quidem solam aiunt arti experientiam sufficere. aliis autem non parum uidetur ratio perficere. hinc igitur ab experientia illegitime excitati empirici nominantur: itidem & a ratione rationales & perinde primæ sunt hæ inter medicos factiones. altera quidē ab experientia medicaminum petens inuentionem: altera uero a demonstratione factionis nomen īuenere: has empiricen & logicen nominare consueti sunt empiricen quidem obseruantem & comminiscentem. Logicen siue rationalem opinantem & ratiocinantem: factionibus quoque similes uiros protulerunt. empiricos quidem obseruatores: & commentores earum rerum quæ euidentes essent illis: qui experientiam consectati sunt rationales porro: & opinatores siue dogmaticos: & commentores quicunque se rationi accommodarunt. Institutam uero hoc pacto artem empirici ferunt cū in multos delabi morbos hoīes uidissent alios qdē temere: ac spōte ægrescere: ac sa

nescere animaduerterũt uelut sanguinis fluxu ex narib⁹: aut sudore: aut alui profluuio: aut id genus aliorũ: quorum singulis ad adiumentum: aut detrimentum quispiam per ductus est: nec tamen quod sensile est id in causa fecerũt alios autem quorum morbi causa appareat non tamen ex electione nostra: sed aliquo euẽtu: ac fortuna sicut eue nerit aliquando lapsum aliquem: aut percussum: aut quo quo modo sautium sanguinem profundere. necnon cupi ditate uictum in morbo bibere frigidam aquam: aut ui num: aut huiusmodi quidpiam aliud: quorũ singulis ad cõmodum: aut incõmodum perducatur. Primam itaq; cõ modorum aut incõmodorum speciem naturalẽ appella rũt: secundam autẽ fortuitam: utrãq; uero ipsarũ primã circũcidentiam uocauerũt: quod ex improuiso rebus ad ueniat & circũ eas cadat nomen ĩposuerũt. aduẽticia igitur experientiæ species est huiusmodi. sui autẽ cuiuslibet in stigatione cũ ultro ad experiendũ peruenerint: aut in som niis cõmoniti: aut quoquo modo aliter opinãtes. Cæterum tertiũ quoq; experientiæ genus est imitatorium cũ iuuan tibus aut lædentibus siue utcũq;: aut natura: aut fortũa: aut sua spõte ac monitu ad eosdẽ rursus morbos ab expe riẽtia perducãtur. idq; est quod ipsorũ artem ĩprimis con stituit. nec tamẽ bis aut ter: sed etiã sæpi⁹ imitaturi profe cerũt. deĩde ĩ eisdẽ morbis idẽ faciẽdo inueniẽtes ut pluri mum eandem recordationem: speculationem nominãtes iã fidem factam putauerunt: & artis partẽ esse: postq; ue ro multæ huiusmodi coiuissent speculatiões medicina di ceretur ut sit medicina quidem præceptorium huiusmo di aggregatio & qui ea aggregat medicus. talis autem aggregatio sua cuiusq; perspectio uocata ẽ: quæ recorda tio quædam est eorum quæ sæpius & identidem perspe cta sint: nominauerunt autem hoc ipsum quoq; experien tiam: eiusq; expositionem historiam. id enim ipsum per sese obseruãti perspectio: discenti autem quod ab alio fue rit obseruatum historia est. Sed quoniam in morbos ali

quos inciderunt est quando non peruisis: aut quibusdam cognitis quidem utantur: sed in locis in quibus medela rum copia non erat. Tum ad experientiam se conuertunt auxiliarium obseruationum sibi aliquod inuenientes instrumentum ad similis rei transitum: quo utentes sæpe numero etiam a morbo ad morbum ut simile idem ad iumentum transferuut & a loco ad locum: & a prius cognito auxilio ad proxime accedens: a morbo quidem ad morbum ut si ab igni sacro in serpentia transitus fuerit: a loco ad locum ut a brachio ad crus ab adiumento ad adiumentum ut in alui profluuiis a pomo ad mespilum. omnis autem talis transitus uia profecto est ad inuentionem. Inuentio uero ante experientiam nuspiam est. sed cum quod speratum fuerat ad experientiam perductum est ab ea testimonio iam fides facta. hoc nihilotamen minus utcunque pluries ac identidem ita habere fuerit obseruatum experientiam similis transitum secutam exercitationem uocant: quod eum qui hanc habiturus sit inuē tionem ita arte exercitatum esse oporteat. Cunctaque experimenta: ante experientiam inuenisse quibus ad se confirmandam ars indigebat: & quæ circa euenientia fieri potuere. hæc nempe ab experimēto ad artis finem ē uia.

Væ rursus ratione duce perficitur: ea corporis cui mederi inuestigat naturam iubet ediscere: necnon causarum omnium uires in quas quottidie īcidens corp⁹ aut sanius aut magisquam fuisset ualetudinarium euadit præterea aerum quoque naturas: & aquarum: & locorū & institutionum: & ciborum: & potuum: & consuetudinum medicum percallere aiunt oportere: quo ægritudinum omnium causas īueniat: & medicaminum uires possit coniectare & de eis ratiocinari: ut talis rei causam norit ad talem uim auxilium accommodet quod usui esse cognouerit: prius enim multifariam exerceri impossibile

ei aiunt:qui ad medicādum subdubitet quemadmodum (ī paruo siquidem exemplo id omne tibi licebit intueri) Esto pars corporis aliqua languida: & dura : & resistens & tumidiuscula hic causam medicum inuestigare primū oportet cur plurimus profluens humor per id quod a natura est in eam partem eruperit exiccatque ipsum : ac distendit qui langorem adducebat . deinde si amplius profluxerit:cohibet ne profluat: quod si eam partem ab illo humore immunem non reddideris quonam pacto inhibebis quominus profluat ? languidam ergo partem exinanies refrigerando quidem & astringendo atque obturando influere prohibebis : calefaciendo autem & emungendo quod aggregatum fuerit exinanies . Ita igitur ab ipsa affectione eis conferens efficitur ostensio:non tamen hanc solam aiunt sufficere : uerum & ab egrotantis potentia alteram esse ostensionem: & ab ætate aliam necnō a sua languentis natura . aliis hoc pacto etiam ab anni tempore:a natura regionis:ab institutionibus:a conditionibus : a consuetudinibus: & ab horum singulis sua fieri posse ostensio existimatur : uerbi causa quo id exemplo manifestius depræhendas . esto quispiam acute febricitans:ad se mouendum piger:corpore grauiter sentiente : esto etiam nunc longe turgidior quam prius : plusque ruboris habeat:sint præterea uenæ multo turgidiores non dubium uulgo aiunt:quin huic calidi sanguinis copia redundet:quænam igitur medela ? aut quænam exinanitio multitudini nanque hoc aduersatur quod contraria contrariis sint adhibenda medicamina:quo pacto igitur exinaniemus ?aut quousque ? id enim a sola causa cognoscere impossibile est.oportet siquidem:& uim:& ætatem: & tempus:& regionem & cætera quæ paulo āte dicta sunt

animaduertere. nam si ualidus fuerit uiribus: & ætate adolescens: & anni tempus uernum fuerit: & locus fuerit temperatus: nō errauerit quispiam: si incisa uena sangui nem detraxerit: quantum causa ipsa iubet: quod si ui/ ribus imbecillis ac ualetudinarius fuerit: ætateue puer ac ualde pusillus: aut admodum senex: & in frigidis regioni bus quales sunt apud scythiam: aut feruidis quales sunt apud æthiopiam. & anni tempus aut ualde frigidum aut ualde calidum: ne sit quisq̃ qui ex uena sanguinem mitte re audeat. ita sane & consuetudines & institutiones: & na turas corporum iubent animaduertere: ipsis namque su/ am conferentis ostensionem fieri putant a quibus autem conferentis ostensio dogmaticis est: ab eiusdem obserua/ tio est empiricis. prædictam enī ī febricitante casuū aggre gationem: quam syndromen idest concursum nominare consueuerunt: dogmatico quidem exinanitionem edicit empirico autem obseruationis recordationem: nam hoc pacto habentibus plerunque exinanitionem profuisse animaduertit quamobrem nūc quoque ea usurus sperat profuturam. Cæterum ætate nempe adolescentes idone/ am euacuationem minime moleste ferre uidit: ex quibus id sæpe aduertit ita autem uere magis q̃ æstate: in locoq; temperato: necnon si languenti euacuandi fuerit consue/ tudo: uelut per hæmorrhoidas: aut nares. at dogmati/ cus abstulerit certe etiam ob hoc plus sanguinis a rei natura excitatus. empiricus autem quod ita sane ob/ seruarit: & in uniuersum in eisdē langoribus eadem esse oportere medicamina ratus est. tam dogmatici: q̃ empiri ci ita sibi assumunt hæc ut circa eorū ambigant inuentio nem in eisdem enim apparentibus in corpore casibus do gmaticis causæ nascitur indicatio unde curationē inueni

unt. empiricis autem est cõmemoratio sæpe ac identidem obseruatorum. sane in quibus dogmatici casum nullum apparentem habent qui ostendat causam in iis percunta ri non detractant: idq; principale causam appellamus: ut si rabidus canis: aut uipera aliudue huiusmodi quempiã momorderit hulcus certe ipsum nihilo magis aliis uide bitur hulceribus alteratum: aut profecto a principio cum de rabiente cane emanauit simile uidebitur morsibus ab alio factis animali. In uiperis autẽ ad primos quidẽ dies hulcus ẽ aliis simile. posttemo autem cum iam passiones laborauerint: quædam eis adueniunt perniciosa & fere ta les casus: quales qui ex uirulentis & lethalibus oboriri di cuntur animalibus: quæ non facilem admittunt curatio nem: & quæ confestim a principio ad postremum usque euadunt perniciosa. quæ nam igitur huius recta erit cu ratio? an uidelicet exhauriendum est qui subiuit aculeus cum corporis discerptione eius qui compunctus ẽ an ad cicatricem agere oportet: ac festinandum ut hæc conclu dãtur. sed hoc aliquando contrarium est. secant enim sæ penumero ipsa si omnino exigua fuerint: calidisq; & acu tis & ad trahendum ac exiccandum uirus aptis utuntur medicaminibus. propter eandem causam eadem medica mina etiam empirici suscipiunt non ab ipsius rei natura ad inuentionem perducti: sed eorum quæ ab experimen to apparuerunt memores. quemadmodum enim in ætati bus & temporibus: & regionibus & in uno quoq; eorum quæ dicta sunt curatio ab experientia ipsis cognoscitur: ita in eis causis quæ principales nominantur. si quidem uias inuentionis ueras esse utrasq; pariter sibi asciuerunt non est quod longiore utãtur oratione sed quoniam ex perientiam dogmatici increpant alii quidem ut instabilẽ alii autem ut imperfectam: alii uero ut artis expertem.
Contra uero empirici rationem utpote persuasibilem qui dem: sed nõ uenam impugnant: ob hoc duplex utrisq; ra tio ẽ: ac longi⁹ extendit̃ accusantq; & particulatĩ defensa

ut quæ ab æsculapio de experientia dicta sunt: qui osten dit ut arbitratur nihil sæpe idẽtidem perspici posse: atque ita eam prorsus instabilem esse uult: & ne quidem ad exiguum aliquid inueniendum esse idoneam: necnon ab Erasistrato qui ait simplicia quædam & ĩ simplicibus ab experiẽtia comperiri: ueluti quod stupori portulaca medeatur: nec tamen hæc composita & incompositis idem etiã fieri concedit. non impossibile quidem ipsam omnino inuenire: nec tamen in uniuersum idoneam esse uult hæc & huiusmodi sunt quæ proferuntur ab illis: qui ab experiẽtia aliquid concedunt inueniri: sed culpãt ipsam quod uagetur: quod termino nullo cohibeatur: quod longa: & qđ ut ipsi aiunt disciplinæ expers sit. deinde alii qui hãc rationem exercent atq; prosequuntur non instabilem neq; non existentem ut rem aliquam artis expertem esse uolũt itaq; etiam aduersus has incessentes rationes respondent & stabilem & per se idoneam: & artem ostendere tẽptant experientiam & iidem multifaria ratiocinatione aduersarios incessunt itaq; dogmaticis ad unãquãq; eorum accusationis speciem respondere necessarium arbitrati: prædicantes se corporis naturam tenere & ægritudinum omnium generationes: & medicaminum uires ĩ omnia pariter insurgentes empirici calumniantur: quod persuasione tenus iure procedant: cæterum firmitudinem nullam habeant cognitionis. est etiam quando cognitioni suæ cedant rem inusitatam indicare temptantes: & hoc aliquando dantes superfluum rursus coarguunt. hæc certe ĩ uniuersum ambigũt empirici pariter & dogmatici. speciatim autem multa in unoquoq; ipsorum ueluti in his quæ ad inuentionem pertinent & eorum quæ non appareant quæstionibus & in eis quæ in anatome: quæ in ostensione: quæq; in dialectica speculatione laudãtur instrumenta siquidem hæc ipsis incerta uenãtur: sed nequidem empirici anatomen inuenire concedunt neque si etiam inueniat id ad artem percipiendam esse necessarium at ne quidem ostẽ

sionem ullā oīo esse quod alterū ex altero cognosci īpossi
bile sit quod cūcta sua indigeant cognitione atq; incertæ
natura rei unius quidem signum esse:neq; porro ulli arti
opus esse dialectica: pinde dialectices ad diffinitiones ali
qd conferre:uerū demonstrationem aiūt nō esse principiū
ullius incertæ natura rei. iam uero ex īprobis demonstra
tionis modis:qbus dogmatici uti consueuerūt:aliqd de ra
tiocinatiōe ī uniuersum dicūt:& eodē qdē mō q̄ uero enū
tiāt īuenire eisdē īpossibile esse. neq; ars ulla alia pp̄ter id
consistit:neq; uita ut aiūt humana procedit. Hæc autem
ratiocinatio:quā apparentem esse aiūt rationem utilis q
dem ad incertarum occasionum īuentionem ita enim ipsi
uocāt quæcūq; generis quidē sunt sensibiliū nō tamen eti
am demonstrauerūt. utilis autem etiam ad redargutionē
eorū q audent aliqd ī id quod apparet dicere. utilis quoq;
in apparentibus rebus ostēdere quod despicitur & ad so
phismatis occurrendū ad nullo manifesto abstinens sed ī
his semper uersat̄ nec tamē hic ratiocinatio īquiunt : sed
ab apparētibns quidē incipiūt:& ad ī uniuersum īcerta p
cedūt:& ob hoc multiformis ē nā ab eisdē apparētib⁹ ali
qñ ad aliud : quod ī numero incertoꝝ sit accedit:hinc ēt
dissonātiam sibi iniudicabilē præstruunt:quā in cōprehē
sibilitatis signū esse asserūt: ita enī ipsi uerā ac stabilē co
gnitionē cōpræhensibilitatē uocant illi autē contrariā in
cōpræhensibilitatem atq incōprehensibilitatē dissonātiæ
cām esse aiūt ad improbandū. dissonantiā porro incōpræ
hēsibilitatis signū esse. īprobationē uero circa īcerta pro
portionē eē aiūt nō circa apparētia hīc unūquodq; appa
rēs testimoniū affert uera dicētibus falsos uero coarguit.
talia īter se īuicē ambigētes ēpirici & dogmatici ī morbis
eisdē curationē eandē faciētes:quicūq; in utraq; se factiōe
exercuerūt .

De methodicis.

T qui methodici nominantur:ita enim se uocant non
quemadmodum dogmatici artem doctrina tractandā

esse asserunt: uerum mihi ueterum uidentur opiniones ci tra rationem instituere artisque opera multa transformare hi sane neque passum locum ullo modo conferre aiunt ad curationis ostensionem: neque causam: neque ætatem: neque tempus: neque ad ægrotantis potentiæ considerationem ne que naturæ aut habitus eius. excusant sane etiam se & a regionibus: & a temporibus: & a consuetudinibus a solis passionibus conferentis ostensionem sufficere asserentes nihil ab his speciatim: sed communiter: & in uniuersum apponentes: uocantque ea etiam communia quædam. Hæc certe ipsa in omnibus prosecuntur quæ particulatim tra ctantur: & experiuntur alii quidem per uictum ægritudi nes. nonnulli autem omnium duo oio communia osten dunt & tertium ex his mixtum nominaque ipsis imposue runt astrictionem: & fluorem: omneque ægritudinem asse runt aut astrictam: aut fluentem esse: aut ex utroque mixtā: quod si naturales corporum deiectiones scaturiant strig mentum uocant: sin uero adhuc magis ferantur fluores dicere solent. quando autem & scaturiant: & ferantur in hoc minutionem consistere sicut in oculo inflamato: pa riter. & profluente: inflamationem uero: quæ strigmentū passio est quod sola non sit: sed cum fluore circa unum & eundem locum totum simul mixtam efficere passionem: commodi uero ostensionem in strigmento digestionem. in fluoribus autem ut contineatur esse: genu (si modo ita contigerit) inflamato: digerendum esse aiūt: profluentem autem aluum aut oculum cohibendum: ac continendum in mixtis uero uehemētiori insistendum. nā magis uexāti & periculū afferenti: hoc est magis īgruenti occurrēdum esse aiūt potiusque alteri. quid igitur se nō dogmaticos uo cauerunt ostensione adiumenta præbētes: quoniam scru tantur aiunt incerta dogmatici. nos autē in euidentibus ut opus est uersamur: factionēque suam totam ita diffiniūt euidētium eorum quæ cōmunia sunt cognitionem ac ne cunctis aliis artibus communis uideatur diffinitio: illas

si quidem euidẽtium qualitatum cognitiones esse arbitrã tur: ob hoc adiecerunt quæ medicinæ finem consequunt ipsorum porro quidam non quæ consequuntur sed medi cinæ conueniunt apposuere. complures autem utrũq; cõ iungentes cognitionem esse euidentium eorum quæ com munia sunt disciplinam asserunt quæ medicinæ fini con ueniat ipsumq; consequatur quidam autem quemadmo dum thessallis intentionum & necessariorum ad sanitatẽ sic certe dogmatici indignantur appellari: non enim sibi opus esse incerto aiunt sicut illi: neq; empirici: & si quod maximũ illis est circa euidens habeant: quod ab illis ostẽ sione distinguantur: nec tamen in ipso circa euidens exer cendi modo se cum empiricis aiunt conuenire illos enim ut ab incognitis distingui ab incertis se uero tanq̃ ab inu sitatis: & empiricos quidem in euidentibus obseruationẽ se uero ostensionem habere. in his igitur se ab utrisq; dis ferre asserunt: & præsertim ĩ quibus tempora & regiones & ætates & huiusmodi omnia excidũt: quæ inusitata ma nifesto sunt ut illi censent: gloriæ autem causa a priorib⁹ medicis in primis rebus habita: idq; methodices factionis maximum ac singulare bonum esse aiunt & ob hoc se ip sos uenerantur & admirationi haberi putant breuemque uitam asserentem: artem uero longam increpant nam ecõ trario prorsus id accipiendum: esse enim ipsam breuem: uitam uero longam: quod cunctis falsis ablatis ars pro sit: & si ad communitates omnes nos respexerimus non longa neque difficilis sit medicina sed facilis & aperta: quæ mensibus sex aut quam celerrime percipi possit. ita enim in ægritudinibus esse per uictum si in angustum uniuersum ualde contrahatur itidem & in eis quæ per chirurgiam: & medicamentariam: quando quidem in illis quoq; in uniuersum cõmunia quædam inuenire per temptant: medicaminumq; mœtas numero paucas subii ciunt. Proinde mihi quidem in peruulgatis sex mensi bus nihil negotii habuisse uidentur sed multo citius to

tam artem ediſcere credidiſſe:conciſamq; diſciplinam cã uere cognoſcendi temporis ſatis ſuppetiuiſſe:ſi modo nõ mentiuntur:mentientium uero negligentiam nobis liceat ĩcrepare. at quo poſſit quiſpiam maxime iudicare iurene circa utile ſe excæcarint aut rectene ſuperfluum tantum effugiant iam dicere non recuſabo. enimuero non parua uidetur cõſideratio neque ad rationem uſque modo procedere : quemadmodum in dogmaticis & empiricis ſunt ubi de adiumentorum inuentione contendunt præſentẽ uſum admittentes:uerum etiam artis opera uehementer offenduntur itaque ante methodicam factionem neceſſarium uel maxime adiuuare.

Vm in rebus omnibus adminiſtrandis duplex ſit iudicium:unum quidem quod a ratione : alterum uero quod a manifeſto euidentibus manat : quod a ratione ſola proficiſcitur:id ſane maius eſt quam ad introducendũ adhibendum eſſe uideatur. non ergo nunc eius eſt locus. alterum autem:quod in euidentia poſitum eſt : omnibus commune exiſtit hominib⁹. quid ergo prohibet hoc nos uti quod & primum & apertum pariter eſt ad introducẽdum quodque ab ipſis magnifactum ẽ methodicis quippe qui nihil aliud:quam euidenſ extollunt:& ubique efferunt:at contra incertum omne inuſitatum eſſe aiunt. age itaque de his potius coniiciamus:quæ principaleſ cauſæ nominantur. Iudicii regulam ad ipſum euidens adhibẽtes. primuſque methodicus accedens dicat quid nam frigora:& æſtus:& ebrietates:& cruditates: & expletiones : & inedias:& labores:& otia : & pulmentorum qualitates & conſuetudinum commutationes o dogmatici pariter & empirici paſſim tractatis ? utrum his uos mederi oportet?affectiones in corporibus diſpicienteſ ubi principium nullum talium prorſus eſt : uerum ipſa quidem abeunt : quod autem ab his factum in corpore manet & huic medicari oportet: id enim ipſa paſſio eſt. Conſiderandum igitur. ipſum cuiuſmodi ſit. nam ſi ſtrigmentum ſit:dige

rendū: sin autē fluidū continendū:a quacūq; causa utrūq; factū fuerit quid igitur adhuc causam iuuat:neq; fluido digestione indigēte:neq; strigmēto ut cōtineatur aut omnino nihil:ita sane res ipsa indicat similiter est methodicis sermo:& de incertis:& de eis quæ ueræ:ac principalissimæ causæ nominant & illa quoq; aiūt eē superflua passione curationem suam indicante etiā si causa unde emanarit nō cognoscatur. hoc autē modo rationibus ad tempora:ad ætates:ad regionesq; transcendūt:hic ueteres demirātur medicos nisi ita medeantur:re ipsa tam aperta. nā inflamatio inquiunt cum passio fuerit strigmentosa:& non sit æstas digerentibus indiget adiumentis. sin autem hiems aliis quibusdam:uerum in utroq; tempore eisdem neq; in puerorum ætate digerentibus : senum autem cōtinentibus opus erit medicaminibus:ne in ægypto quidem digerentibus athenis autem continentibus:& e contrario in inflamtione quæ fluida passio est:nunq̄ digerentibus sed continentibus perpetuo opus esse aiunt:tam hieme q̄ æstate:ureq; atq; autūno:siue puer sit ægrotus:siue adolescēs:siue senex. siue id ī thracia acciderit siue in scythia ioniaue ut sit ægrotus:nūquid huiusmodi nihil ad quicquam aiunt proficere:sed īcassum hæc omnia satagi:atq; exquiri:quid porro corporis partes:nūquid & ipsæ quoque ad curationis ostensionem frustra dinoscuntur:aut audeat quispiam dicere quod in neruosa quidem parte inflamatio digerenda sit:in arteriosa autem aut carnosa aut uenosa continenda atque cohibenda:aut omnino si strigmentum in aliqua corporis parte fuerit audeat quisquam dicere quod non sit digerendum aut non continendum quicquid erit fluidū:quod si nunc partis natura non submutat curationis modum:sed semper iuxta passionis genus adiumētorū est inuētio: īcassum ē manifesto partis consideratio. ac methodicus quidem talis quasi per nebulam ac figuram expressus. accedat nunc secundo loco empiricus ita quodammodo.

De empiricis.

Go euidentibus nihil noui antiquius: nec quicq̃ dice re possum sapientius eis quæ sæpe prospexi. quod si quis id quod euidens est floccifacit: quemadmodum quē dam mihi uideor audiuisse sophistam qui nos ipsum eui dens magnificientes cauilationibus amouebat: ad quem nos: tu profecto iam uictoriam uiceris cadmeam. sin aūt quemadmodum a principio te audiui incertum inutile es se asserentem. sed sequenda concedentem manifesta: forte uidebor ad euidens abs te despectum inducere. duo a ra bido cane morsi hoīes ad consuetos medicos ierūt reme dia petentes horum alterius exiguum fuit hulcus: ut to tam pellem non uideretur discerpsisse. Is autem curatio nem abhibebat hulcus solum & nihil aliud curans. Ita qu~ intra paucos dies sana ea pars esse uisa est. alter autē posteaq̃ canem rabire nouit: tantum absuit ut celeraret hulcus ad cicatricem perducere: ut ei contrarium fecerit: & semper maius efficere studuerit: ualidis & acutis usus medicaminibus ad addictum usque tempus & perpetuo hoc tempore rabiei medicamina: ut aiebat ipse eum bibe re coegit atque ita ambobus uniuersum absoluit. siqdem sanus is euasit: qui medicamina ebibit. alter autem qui se nullo existimabat malo obligari confestim aquam expa uit & subuulsus periit. nunquid tibi uidetur principalis causa in his frustra perscrutata esse aut ob aliamne cām ille homo mortuus est? q̃ propter negligentiam medici cām prorsus nullam sciscitantis: neq; curationem a se ob seruatam amplectentis: mihi pfecto ob nullam aliā cām q̃ ob hanc uidet̃. Sed qm̃ euidentiam sequētes huiusmo di cām nullā præterire nō possunt. Ita ēt ætatē præterire non possum & pinde neq; euidentiā paruipendere. siqdē hic ī euidentiā cogimur in eisdē prorsus: passionib⁹ nō ris q; quaq; eandē curationē indicantib⁹. Veꝝ est qñ tm̃ di stātes fuerūt īdifferētibus ætatib⁹ ut nō q̃titate solū: aut adiumētoꝝ mō distīguant̃: sed toto ēt gener̃. pleureticos

igitur multos adolescētes & ualidos uidi ego sæpenume ro & a nobis ex uena sanguinem emiserunt: uerum cuiꝙ in extrema senectute: aut puero admodum paruo neque uos ausi estis ex uena mittere sanguinem: neq; alius ullus unquam. qd autem cum hippocrates inquit sub cane & ante canem operosa sunt medicamina: & cum rursus īqt æstate supiores medicandum esse uentres: hieme autem ī feriores utrum nobis ue℞ dicere: aut mentiri uideatur? In utroq;.n. afferendam delectionē dubitaturos puto. mē tiri enī si dixeritis euidens ipsum floccifacietis: quod ma gnificere dicebatis. uidet quidem ita habere ue℞: ut hip pocrates dicit. sin autem ipsum uerum dicere asseratis ad mittitis tempora: & regiones quas īutiles esse definiuistis Ve℞ puto uos a uestra nunꝙ longe peregrinatos fuisse patria: neq; in regionū differentia ullum fecisse experimē tum: aut oīo scisse ut quidē sub septentrione nō ferant ac cumulatas sanguinis missiones quemadmodum neqdem ad ægyptum: totumq; meridiem: quæ aūt inter hæc sunt media manifestū sæpe a sanguinis missione sumunt auxi liū: idcirco ne corporis qdem partes consideratis. ꝙ admi rabilis hæc ratio uestra mihi uideri solet & uehementer absurda non uera dicentibus modo: sed ēt illisq; a nobis aguntur prorsus contraria. o dii immortales hinc si īfla matio fiet eadē indigebit curatione? siue in lacerto: siue ī aure: siue in ore: siue in oculis fuerit? quidnam igit aliqñ uos prospexi in lacertis īflamationes uulsella: ac scalpro abstergere & oleum irrorare. In oculis autem nunquam quid autem oculos obstypantibus medicamini medica minibus inflamatos? nunquid lacertos eisdem inungitis? quid porro aures inflamatas nunquid oculorum medica mini adiumentis? quid oculos nunquid aurium? atqui lō ge aliud aurium inflamationis: aliud oculorum est medi camen. acetum siquidem cum oleo rosaceo aurium est in flamationis præsentaneum remedium. Cæterum nemi nem puto tam dementem qui oculis inflamatis ipsum au

deat adhibere.quod si audeat nõ exiguum detrimentũ cũ audacia ac temeritate audebit. præterea gurgulioni ĩfla mato egregium medicamẽ est spinæ ægytiæ fructus: alu men autem tritum præcipuum est nunquid igitur hæc & oculis inflamatis & auribus profuerint aut e cõtrario ex tremũ attulerint detrimentum somniaq; hæc ego ita esse ro ut primum uobis concedam propositũ: quod oporte at in lacertis aut manibus inflamationem digerere:nec ta men etiam oculorum:aut gurgulionis:aut aurium.quod si inflamationem quæ in lacertis:& manibus nõ quocũq; modo digerendã cõmemorem:forte cognoueritis si sapia tis:quantum aberretis:qui autem nũc habetur sermo:cui dẽtis ẽ recordatio. In quacũq; si quidẽ parte non ulla pla ga inflamatis aliquibus sed sponte præsentem affectionẽ inchoantibus quæ plethorice nominatur:nemo censebit particulæ digestione indigere:ante totius corporis deie/ ctionem ac euacuationem. nam præsentem inflamationẽ si id feceris non modo non imminues:uerum etiam adau xeris.inde est quod tali sane tempore obstipantia & refri gerantia ei parti accõmodamus. cum autẽ totum corpus deiecerimus:tum etiam inflamata particula digestiones tolerabit.quod si hæc dicens:ut exorsus omnem habui orationem uobis non persuadeo: tempus utiq; fuerit mi/ hi auerso euidens magnifacientibus liberari & bona ue/ nia illos dimittere. hæc empirico memorãte accedat dog maticus:ita ferme dicat.

De dogmaticis.

Orte recte sentienti tibi illa sufficere potuerunt ubi di ctum est neq; ætatem:neq; tempus:neq; regionem: & ne quidem principalem causam partemue corporis ullam inutilem arbitrari.quod si euidentia commemorans non dum persuasit empiricus sed alia adhuc opus sit oratio/ ne illud mihi apponendum duco:quo tuæ factionis pro positum fractum & imbecillum esse demonstrem.nempe uos euidentium cõmunitatum cognitionem dicentes au/

dimus:interrogabam autem ipse ubi libet circa quid cō/munitas ipsa in primis cōsistat:& quo nam pacto ipsam cognouerim?:at id nondum ut puto potuit cognosci:causam plane nominum tenus pariter conceditis in rebus autem ipsis estis differentes qui nam si quidem uestrum stri gmentosum & fluidum naturalibus egestionibus dimetiuntur:detentionibus si quidem ipsis strigmenti passionis nomen indiderunt īmoderatis autem egestionibus fluxus alii autem ex uobis non nulli : īmo equidem non pauci in ipsis corporum affectionibus aiunt esse passiones:accusantq; grauiter eos qui ad deiectionem ac euacuationem respiciant. mihi autem ubi utriq; errare uideantur fortassis iam exposuero . sit autem prior nobis aduersus illos oratio qui passiones egestiones per naturam esse iudicāt demiror enī ipsos si neq; sudores unq̄:neq; urias:neq; uomitus:neq; secessiones plures q̄ quæ per naturam sint in morbis uiderunt utiliter euacuantia & quod omniū maxime alienum est si ex naribus quidem fluxum aliquādo morbum eiecisse aīaduerterunt cuius nō q̄titas modo sed totum genus contra naturam existit. sudorum autem & urinarum quæcūq; p uētrem aut in uomitum proruūt genere quidem non contra naturā:neq; tamen immoderata est tota multitudo:ut ego quidem uidi quosdā in tantum sudorem excessisse ut culcitras quoq; sudore perfuderint: necnon alios tantum ex uentre egessisse ut supra triginta cotylas expleuerint. sed non uidetur horum quicq̄ tollere quo minus ægritudinem afferens euacuetur :quanquā regulæ ad omnia:quæ a natura sunt egestionibus utenti Cuncta huiusmodi fuerint impedienda:quamobrem probabiliores quadammodo esse uidētur: qui affectiones in ipsis corporibus communitates subiciunt : sed hos quoque demiror quonam. pacto eas euidentes ausi sint dicere. nam si ex aluo non fluens est fluxus:uerum corporū affectio ex qua ipsum est fluens:hanc nullo sensu euidentem esse contigit:quo pacto euidentes etiam fuerint com/

munitates? nam & ĩ colo fluoris affectionem esse possibi le est & in tenuibus ĩtestinis: & circa ieiunum: & circa uẽ trem & mesareon: & multa alia interiora quorum nihil sensu percipere possibile est: non ipsum neq; ipsius passio nem: quonam pacto igitur euidentes dici poterint cõmu nitates? nisi aliquid quod per signa intelligi queat euidẽs esse quispiam uocare noluerit: quod si hoc in quonam ue teres adhuc medicos excellunt? quo pacto etiam confestĩ ac sex mensibus artem se docere prædicant? nõ enim par ua utiq; doctrina indigeant necesse est aliquid cognoscen dum: quod sensum effugiat uerum qui hoc ex sententia uelit exercere anatomen opus est singulorum quæ intus natura tegat doctrina: & naturali non parua specula tione perdiscere: quo singulorum opus & usum conside ret. si quidem priusq; hæc inueniantur quæ in portioni bus sunt corporis penitissimi ullius impossibile est passio nem diiudicare atq; percipere. quid porro dicetur: quod hic profecto dialectica magnopere opus est: quo aliquid quod ex aliquibus cõstet ac perficiatur manifesto depræ hendat. nec unq; admittenda sophismata non a se nec ab alio contorta. est enim uideri ubi nobis inuitis aliquan do nobiscum sophismatis cauillamur. & tamen: uerbi causa: quid est fluor: clæmenter a se quæsierint: si dif ferendi facultatem tenuerint. nec sane id solum suffi cere putandum est: quod a quibusdam eorum dictum est. fluor affectio quædam contra naturam est. nam nisi quid sit affectio teneamus nihil admodum plusquam prius cognouerimus. nunquid digestio quædam est aut mollicies: aut rarefactio. non enim dicentibus ipsis au diri quicquam manifestum potest: sed quod aduenerit nũc quidem hoc: rursus autem illud. sæpe uero simul oĩa tanq; nihil inter se differant: quod si quis ubi hæc ĩter se differãt ĩter se eos docere tẽptauerit & uelut eorũ singula sua ĩdigeãt curatione: audire nullo mõ patiũt: sed ueteres

incessunt & carpunt quod huiusmodi incassum ac temere
diffiniant. ita illaboriose ac negligenter circa ueritatis in
quisitionem habent. at neqꝫ quod contracto explicatum
contrarium sit molli autẽ durum: raro quoqꝫ densum au
dire patiuntur & ut præter hæc omnia aliud quiddam
est naturales cohiberi egestiones & fluere: & quemadmo
dum hæc ab hippocrate omnia diffinita sunt: uerum de
his ipsis per q̃ petulanter iudicium ferunt. & inflamatio
nem ita sane uocant durum ac resistentem necnon dolo
rem afferentem & calidum tuberculum admodum perui
caciter & inconsiderate strigmentum passionem esse dicũt
exinde porro alias ĩflamationes implicitas nominant ue
lut in oculis ubi cum fluore fuerint necnon in gurgulio-
ne: & palato: & cicatricibus. inde supponunt spiramento
rum alia quidem rara facta esse: alia spaciosiora & prop
ter hæc utraqꝫ passiones perpessos. quidam uero non dif
fitentur circa unum & idem spiramentum una consiste-
re fluorem & strigmentum quod neqꝫ facile cognouerunt
ita in omnem proruunt temeritatem. ex his pauci admo
dum pati possunt plus de his omnibus audire & despice-
re: uixqꝫ ipsos poenitet ut ad id quod uerius est se conuer
tant. inter hoc igitur quicunqꝫ aliquatenus accurrate de
primis ac generalibus passionibus uolunt perdiscere sua
scripta esse ferunt. at quod nunc introducendis utile futu
ram ducimus non iniuria aduersus ipsos pauca dicenda
sunt: putem uero aliquid illos etiam a se mutuari: id au-
tem fiet si a cauillatione alieni rationem & a ratione ex-
quirant.

Oc autem edicit ratio: ut uocata etiam aduersus illos
ipsos inflamatio contra naturam tuber est dolorem
afferens: & resistens: & calidus nihilo magis rarius aliqd
exercens iuxta suam rationem: aut sua parte densius: aut
durius: sed plenum fluore superfluo & ob hoc extensum
nec tamen si quid omnino extendatur: id densius: aut du

rius se effectum est:discas nempe hoc in coriis & seribus: tricisq;:ac loris:si prorsus extendere temptaueris. ita etiã medela impletorum ac inflamatorum deiectio est ac exi/nanitio id enim repletioni contrarium quibus deiectis cõfestim consequitur ut particulæ digestiores euadant. te/nor porro impletas necessario:ut etiam deiectas digestio consequitur densitas autem aut raritas neutrum necessa rio:& nequidem fluor:aut detentio neq; enim si rarum ex ipso iam continuo fluere necesse est. quid si crassum & pu sillum fuerit comprehensum & si neq; densum cohibe/tur:nam multum ac tenue etiam per dẽsos effluit meatus satius igitur fuerit ipsos quoq;: quæ a ueteribus tradita sunt didicisse. quot modis prius in particulis tectum rur sus eiicitur. nam rarefacto comprehendente ipsum & ipo comprehenso tenuato: ac maiori effecto & uehementius moto:& ab aliquo exteriore attracto aut ab aliquo ĩterio re impulso:& tanq; refluente ad aliquid eorum quæ intus sunt si quis hæc omnia transcendens unam deiectionis causam esse putarit spiramentorum rarefactionem uide/bitur euidentia plane ignorarẽ. nempe lanam:aut spongi am:aut aliquid huiusmodi manifeste intuemur si parum intra se humidum habent: teguntque neque dimittunt: sed plus refundunt. quidnam igitur? nonne in oculis: & naribus:& ore aliis quam ita raris id ipsum nouerunt ut accidat aliquando præ multitudine depræhensæ ĩ ipsis humiditatis non corporum humiditate effluere:enimue/ro fidelitas sæpenumero uidemus tam raras ut infusa in eis aqua perfluat. at si mel infundas nequaquam efflu it:crassiora si quidem mellis essentiæ: quam fideliæ sunt spiramenta. an non illud æquum erit cognoscere ob te nuitatem sæpenumero aliquid effluere utcunque ipsum compræhendẽs corpus a natura non fuerit perforatum. Cæterum an non sæpenumero natura: quæ animalis cor pus administrat: ac regit impulsu uæhementiore insur/gens eo redundans quod ẽ exhausit deiecitque perinde ac

illidens : & expellens . quid igitur non erat difficile accu rate exercitato artis opera cognouisse multum enim cor porum hoc pacto fiunt eiectiones reliquas quoque facto rum causas prætereo . Itidem retentorum æquales nu mero his prorsus contrarias . non enim illorum inuito rum talis ratio disciplina est: hoc autem mihi aliquando uidentur scire . Insuper transeo posse aliquando fluitare oculum: aut multo fluore: aut facta tenuitate multa : aut ab hac parte natura expellente corporibus ipsis nihil præter naturam alteratius habentibus . Oportet sane te nuem fluxum crassum efficere : multum uero deiicere ac euacuare: naturæ uero motum si opportune se se obtule rit excipere: neque oculorum corpora tractare : sicut ne quidem fluoris causa extitere . nam arbitrari inflamatio nem quidem aliquam strigmentum esse passionem alte ram uero implicitam nescio cur non dementis esse uidea tur . Primum nanque suorum sunt obliti præceptorum : quod fluidum deiectione secernendum non sit : aut strig mentum cohibitionibus : sed ad ipsas corporum oporte re affectiones respicere . Cum igitur prorsus similes eua serint sibi intersæ & in nullo differre feratur quæ nunc dicta inflamatio a priore quam quod affluat : nunquid non ualde alienum est mixtam & implicitam hanc qui dem nominare: illam uero strigmentosam esse arbitrari . deinde ne hoc quidem : quod in promptu positum fuit ipsis in mentem ratiocinari uenit quod neque in manu : neque in pede: neque in brachio : neque in crure : neque in coxa : neque in alia aliqua corporis parte inuidens ui sa fuerit unquam inflamationis species huiusmodi ut ex torsus aliquid effundat. at solis quæ in ore : quæ in ocu lis: quæ in naribus sunt id eueniat. utrum iuppiter omni bus implicitis communitatibus instituit ut earum nulla

unquam in nullam aliam corporis partem se immittat sed oculos tantum:& nares:& os oppugnet. Inflamatio quidem cuncta potest occupare :quæ eius generationis causam excipere inoleuerunt . scire quidem expedit alia natura rara esse:alia densa . ab aliis quidem aliquid fluoris effundi : ab aliis autem cohiberi : nam si utrem imples aut aliud id genus obstrictum liquida re al qua nihil diffluit:at ex spongia aut ex re aliqua rara confestim qcquid fuerit redundans effunditur . quid igitur difficultatis afferebat ipsis cognoscere quanto omnis alia pellis sit astrictior : ea quæ ad oculos est & nares & os corporis partes & rei naturam apponere : longum uerborum complexum ambagesque multas dimittendo . quod autem hoc ita habeat indicant nobis quæ in aliis sunt particulis per attractum inflamationes.nam in illis quæ tenuiora suis sunt partibus fluitant: quemadmodum in oculo : & naso : & ore: idq; tantisper quoad passionis expers fuerit & omnis astricta pellis horum nihil retundet : causa huius non inflammationis est species . Cæterum quemadmodum porro si melle aut liquida pice nō admodum immensa copia : spongiam aut lanam madefacias: nihil propter liquidi crassitudinem fluitat. Item si aqua aut id genus ita tenuibus : & eis parum aspergas ne ita quidem tum fluitat ob liquidi exiguitatem:ac eadem:puto:ratione ex oculis non usquequaque aliquid profunditur : aut propter liquoris crassitudinem : aut quod non redundet: utpote quæ secundum naturam habeant . proinde contīgit hoc inflammationis genus nihil ab alio differre præterquam profluentis effluuiæ crassitudine ophthalmiamque absque fluore perficere : quam sapientissimi methodici strigmentum uocant : & ab implicitis mixtisque differre putant suos sermones suscipientes : quos

sursum ac dehorsum transferunt ad corporata passionũ praeparationes esse uideri uoluerunt non autem in humidis constitisse. quonam pacto igitur quando in ipsis corporibus affectio nullam habens differentiam. sola uero ea quae humida natura tenuia: aut crassa sunt cõsequunt aliquando quidem fluitare aliquid: aliquando autem cohiberi dicitur: & communitates arbitrantur esse differentes. Ita nempe etiam mixtum atq; implicitum a uobis. ĩtelligentia percipi non potest. alia uero omnia: quae particulatim digeruntur non per uictum modo uerum etiam per chirurgian: & pharmacian: quaecunque aberrarint nimium forte didiceritis si haec persuadere nõ possunt. sed iam plura loqui desinam: quando quidem ad introducendum in medicina rudes haec satis multa esse arbitror.

ΤΈΛΟΣ

91

perfect
JF
xi.9.93

BMC VI, 251